BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
B
514
NAPOLI

BIBLIOTHECAE DE ROSA

4 – 8

ACTORVM BONONIENSIVM

S. JANVARII

ET SOCIOR. MART.

VINDICIAE REPETITAE.

Digitized by Google

R. VIII B. 514

ALEXII SYMMACHI MAZOCHII

Neapolit. Eccleſiae Canonici, Regii Sacrae Scripturae Interpretis

ACTORVM BONONIENSIVM
S. JANVARII
ET SOC. MARTYRVM
VINDICIAE REPETITAE

Cum pluribus eo pertinentibus lucubratiunculis

Quarum Syllabus exſtat poſt Dedicationem, ſive paginâ XI.

NOCTV...NEAPOLITANI BEATVM IANVARIVM
SIBI PATRONVM TOLLENTES
A DOMINO MERVERVNT
In Actis Bonon. Vatic. &c.

NEAPOLI
EX OFFICINA JOSEPHI RAYMVNDI
ANNO CIↃIↃCCLIX. KAL. SEXTILIBVS
AVCTORITATE PVBLICA.

Digitized by Google

CAROLO
REGI VTRIVSQVE SICILIAE ET HIERVSALEM
PIO FELICI AVGVSTO.

ALEXIVS SYMMACHVS MAZOCHIVS MAIESTATI EIVS DEVOTISSIMVS.

INTER alias, REX potentiſſime, Tuae in me clementiae ſignificationes, cum ſint prope innumerabiles, tamen hoc prae ceteris magnificum & ſingulare cenſeo, quod a me TIBI mea ex intervallo opuſcula dicari facile ſiveris; imo quidquid laborum vigilia-

rumque mearum MAIESTATI TVAE nuncupaturus proceſſerim, id omne laeto vultu ſuſceperis. Vel nuper cum a CELSITVDINE TVA SERENISSIMA veniam impetrarim, ut ACTORVM BONONIENSIVM S. IANVARII MARTYRIS REPETITAS VINDICIAS, a me proxime elaboratas, apparere ſub Tuo Auguſtiſſimo Nomine patereris; quod id indulgentia mihi Tua indulſeris, hoc inter eximia benefacta refero.

Tametſi ceteroqui eccui alteri Principum hoc quodcumque eſt operis offerri potius, quam uni TIBI, REX pientiſſime, oportuiſſet? TIBI, inquam, qui ferventiſſimo in Sanctiſſimum Patronum IANVARIVM ſtudio Neapolitanos omnes atque exteros antecedis, habeſque hoc a religioſiſſimo Parente Tuo PHILIPPO V. (quem fuiſſe S. IANVARII ſtudioſiſſimum, tum quamdiu Neapoli ſubſtitit, poſſumus recordari; tum, quamdiu ſuperſtes regnorum potitus, fando intelleximus) ab illo, inquam, Parente piiſſimo habes ad TE tranſmiſſum

here-

hereditarium bonum, quod merito ſupra cetera Paternae in Te caritatis pignora plurimi aeſtimas; imo ſic quaſi ſingulare pietatis atque religionis monumentum ab illo Tibi relictum ita complexus videris, ut id ſedula imitatione in temet ſategeris effingere, atque ita exprimere, ut eadem illa in Ianuarium ſtudia ab Optimo Parente inſtillata, in Te poſtea majoribus in dies auctibus progerminarint. Quod non in eo tantum prae Te tuliſti, quod ſub ipſa auſpicatiſſima imperii Tui primordia, ad Beatiſſimum Patronum Tuum demerendum inſtitueris Ordinem ſplendidiſſimum ſub S. Ianuarii nomine ac patrocinio militaturum, in eumque Ordinem non tantum Te, Natoſque Tuos, Fratreſque, ſed & alios Europae Principes, ac praeterea ſelectiſſimos quoſque Regnorum Tuorum atque exterorum Magnates, paludamento cinctuque Ordinis ante donatos, adlegiſti; ſed & alia plura Athletae Chriſti cauſa feciſti, qui-

bus nunc minime immoror.

Nam praeſtat nunc quidem id potius in tranſitu animadvertere, quantopere ingreſſio ipſa prima in hanc Metropolim Tua S. Hieromartyri noſtro accepta fuerit. Venit enim mihi in mentem illius temporis numquam ex animo dilapſuri, cum anno cIↃIↃccxxxiv. ſub recurrentis Translationis B. Ianuarii anniverſarium diem, ubi primum felicibus auſpiciis in hoc Tibi nutu Divino delatum Regnum ingreſſus, tamdiu Averſae conſtitiſti, donec in Vrbe hac Metropoli omnia ad Maiestatem tvam pro dignitate excipiendam appararentur: venit inquam in mentem, quanto ad liquefacti ſtatim poſt Capitis occurſum Cruoris Ianvarii nuntium gaudio exſilieris, ita ut prae ingenti laetitia & inardeſcere Tibi vultus videretur, & oculi ſcintillare; cum ſatis aperte ſcilicet intelligeres tantam ſolito majorem ad liqueſcendum celeritatem aliquid profecto magni por-

portendere, nec facile aliud quam Tuae ac Regnorum ad Te delatorum proſperitatis id omen eſſe minime obſcurum.

Sed & alias non raro accidit, ut, ob venerandi ſanguinis in ſpeciem liveſcentis ſimulque exuberantis portentum Civitate maeſta conſternataque, Te tamen ad ſacrae Ampullae oſculum more Tuo procedente, vultus ſacratiſſimo cruori idem, qui ante fuerat, redierit, deſederitque uti pridem.

Quid porro miramur, ſi tam luculenta erga Te exſtiterint praeſidii Beatiſſimi Martyris documenta, tum alias ſaepenumero repetita, tum in primis bello ad Velitras geſto? quo bello, cum ex improviſa hoſtium impreſſione periiſſe haud dubie videremur; quid aliud armis Tuis praeſentem victoriam ac luculentiſſimam peperit, quam vigilis Patroni Tui tutela? Quae quidem ingentes illos tuapte natura Tibi inſitos ſpiritus die illo tantopere ſuſcitavit, ut qua-

ſi dux a puero innutritus armis, ſic exercitui ordine & ex arte praefueris, ut quod arſerat diutiſſime, uno illo die victor bellum confeceris. Itaque quam praeſens in eo diſcrimine Tibi Ianuarius adfuerit, & univerſi tunc ſenſimus, nec Te Rex aliter meminimus interpretatum: qui propterea nihil ei curae praeverteris, ut ad agendas Deo & B. Tutelari Ianvario gratias in Templum hoc Maximum e veſtigio convolares, ac vexilla ex hoſtibus reportata, tamquam opima ſpolia, in Aede Theſauri ejusdem inclyti Martyris victor ſuſpenderes, teſtatura perpetuo poſteris, quid de Te meruerit Ianvarivs.

Verum his non ultra immorabor, quae paullo alieniora ab ea cauſa videntur, cujus gratia hoc tempore Maiestatem tvam allocuturus acceſſi. Hoc enim magis Celſitudini Tuae a me nunc exponi intereſt, nos tametſi de patronatu B. Ianuarii ſummopere gloriaremur; tamen uſque

ad

ad primordia imperii tui caruiſſe ſin-
ceris B. Martyris hujus Actis; propter-
ea quia quae ad hunc diem circum-
ferebantur, ea inexpiabilibus vitiis
laborarent, quae eisdem auctorita-
tem ſi non prorſus omnem, at ma-
xima ex parte adimerent. Nolo hic
ad criticae artis ſenticeta importu-
ne deſcendere. Sed tamen illud ego,
mecumque ſinceri omnes Ianuarii
cultores, felicitati Tuae nunc gratula-
mur, quod vera & inculpata S. Mar-
tyris Acta, quae jamdiu amiſſa de-
fleveramus, ſub Te demum Rege
foras emerſerint: illa, inquam, Acta
martyrii pulcherrima atque integer-
rima, quae jam olim anno Chriſti
ſeptingenteſimo Beda ille magnus at-
que doctiſſimus ad manus habuerat,
& in ſuo Martyrologio compendi-
fecerat, aliique poſt eum veteres
Martyrologi totidem verbis deſcri-
pſerant. Itaque praeſtantiſſimorum
talium Actorum, paſſioni Martyris
ferme aequalium, in Martyrologiis
ante mille annos contextis vix exi-

e compendium, quod ſitim accenderet, hactenus habebamus: Acta vero ipſa deperdita uſque ad ominatiſſimum adventum Tuum deploraveramus. Nunc vero maximopere cives & exteri gratulantur, quod eorum inventio, tamdiu dilata, tandem ad imperii tui primordia fortunanda a Deo Opt. Max. reſervata fuerit. Nec enim niſi ante hos xv. annos reſcire licuit, hunc tantum theſaurum Bononiae apud Monachos Caeleſtinos cum tineis adhuc luctari, & adhuc ſpiritum aegrum agere. Ea vero Acta poſtquam Neapolim, unde tamdiu exſulaverant, poſtliminio me curante reducta, ſimulque evulgata fuerunt; incredibile dictu eſt quantis noſtrorum hominum gratulationibus, quantis exterorum, excepta & concelebrata fuerint, ſimul omnibus Tuam, Rex inclyte, felicitatem agnoſcentibus, in cujus tempora reſervatum, uti prodirent.

Tamen (quis crederet?) Chriſtiano orbe univerſo reperti theſauri

ri cauſa gratulationibus perſonante, tamen adhuc tunc temporis reperti ſunt unus & alter, qui contra hiſcerent, ſed tamen ob id neglecti, quod ſtylum ad impugnandum acuere auſi non fuiſſent. Verum cum anno ſuperiore unus alius, quem minime omnium oportuit, non modo ad evertendam Actorum Bononienſium ſinceritatem, verum etiam (quod multo deterius) ad ſubruendam patronatus Martyris Ianuarii antiquitatem, ejus paſſioni coaevam (quae non tantum ex Bononienſibus Actis, verum etiam ex Baronianis ex Vaticana bibliotheca erutis certam ſibi fidem conciliat) proſiluerit; caritas patriae, honor Patroni ſanctiſſimi, in Te vero ipſum, Rex pientiſſime, Beatiſſimo Martyri deditiſſimum obſervantia plane me compulerunt, uti vim vi repellerem, & contra virum, mihi ceteroqui colendum, arma litteraria caperem. Cui litterario certamini opem favoremque Tuum, Rex Clementiſſi-

me,

Digitized by Google

me, dum expoſco; haec non tam pro me, quam pro Regnis Tuis ſub Ianuarii patronatu ſecuris, quam pro Tuamet incolumitate, communi patrono noſtro commendatiſſima, proque Hieromartyris ipſius honore ac dignitate expoſco: quem uti pro Tua, Conjugiſque Auguſtae, ac Natorum dulciſſimorum proſperitate apud Deum Opt. Max. ſequeſter aſſiduus ſit, rogamus enixe, nec unquam ab officio, quamdiu vita comes fuerit, diſcedemus.

Dabam Kalendis Sextilibus
Anni CIƆIƆCCLIX.

SYL-

Digitized by Google

SYLLABVS LVCVBRATIONVM

Ex quibus hae Vindiciae coaluerunt.

PAG. 1. Praefatio Alexandri Etymegori.
Pag. *6*. Admonitio ad ACTA BONONIENSIA, quae mox ſequuntur a p. 14. cum veteribus noviſq. Adnotatis.
Pag. 47. APPENDIX, Animadverſiones quatuor apprime neceſſarias continens, primam de comparatione Actor. Bononienſium cum Vulgaris & Menologio: alteram p. *49*. de mandatorum Epiſcopi Stephani Joanni datorum ſenſu: tertiam p. 55. de Graecitate Bononienſium Actorum: quartam p. *62*. de ſananda ſectione I.
Pag. 72. In Acta Bononienſia Animadverſiones Stiltingi priores cum Mazochii interlocutionibus.
Pag. 81. Ead. Acta Bonon. deterſis mendis, vultu nitidiore producta.
Pag. *93*. De Martyrio Sempiterno S. Januarii & Sociorum.
Pag. *97*. Objecta Stiltingi poſteriora difflata.
Pag. 104. Acta Vaticana cum Bononienſibus quî comparanda.
Pag. 110. Acta Vaticana SS. Januarii &c. cum obſervationibus exhibita.
Pag. 125. Vaticanorum cum Bononienſibus iterata comparatio.
Pag. 1*29*. De ſequentis *Denuntiationis* ſcopo. Mox. p. 131. ipſa DENVNTIATIO apprime utilis ſequitur, in *Partes* tres (quas deinde excipiunt *Actiones* totidem) diſtributa.
Pag. 1*65*. Commentitiae duplicitatis Sedis Epiſcopalis Neapolitanae cauſa nunc quartum in forum reducta.
Pag. 185. Poſt vindemiam racematio ſuperſtes Stiltingianarum objectionum, levi ſpongiae affrictu deterſarum.
Pag. 1*97*. Franc. Ant. Zachariae de Cathedrali Neapolitana ſemper unica luculentum judicium.
Pag. 207. INDICES.
Pag. 220. FABVLAE EXODIVM.

ERRATA QVAEDAM.

Pag. 11. in fine pro 4*64*. corrige 4*66*. Pag. 15. col. 1. *mius* cor. *minus*. Ibid. *qne* cor. *que*. Pag. 2*6*. in textu ver. 4. pro *DiaconVm* ſcribe *DiaconEm*, ſicuti in Mſ. Bononienſi legitur. P. 52. col. 2. in fin. *paevia* cor. *praevia*. P. 53. col. 1. v. 15. ſcribe hoc ordine: *Paſſio SS. Januarii, Soſii & Soc. &c.* Pag. *6*1. col. 1. in fin. *Graeca* cor. *Graece*. Pag. 112. col. 2. in fine Adn. 5. ab illis verbis, *Sacrificia immolare* ad finem uſq. Notae deleri poteſt; nam *τὸ Sacrif. immol.* ferri tunc poterat. P. 187. n. 1. v. 12. pro *ſcribent*, corr. *ſcribente*.

MO-

Digitized by Google

MONITVM AVCTORIS.

TAnta mihi ineſt hujus, qua de agitur, fiducia cauſae, ut, cum ceteri litigantium ſuas tantum cognoſci & intime expendi defenſiones cupiant, adverſariorum vero, ſi modo id fieri poſſit, ne attingi quidem: ego contra nihil omnium malim, quam ut viri ornatiſſimi Joann. Stiltingi (quem ſemper honoris & amplitudinis cauſa, etiam ſicubi forte videmur iraſci, a me nominatum volo) ſcripta, tum ubi ἀδιάφορα tum etiam ubi amariora ſunt, non tantum perlegantur, verum & memoriter ediſcantur. Tamen ut & mea cum Stiltingianis componantur (ad ferendum ſcil. libratis utrinq. momentis judicium) rogo vehementer lectorem. A quo, ſi me audiet, in unoquoq. rerum capite Stiltingus volo ante legatur. Atq. ob eam cauſam in rebus magni momenti ipſemet Stiltingiana totidem verbis appendi; aut ſicubi id piguit, locum ſaltem exacte citavi. Vbi vero lector Stiltingiana didicerit, tum mea etiam uti accurate cognoſcat, oro. Quia vero non raro Stiltingus in mea illa invehitur, quae ſive in *Comment. ad Kalendar. Marm.* ſive quae in *Diſſert. de Cathedrali Neap.* ſcripſi (hoc alterum multo eſt Stiltingo uſitatius, propterea quia is, quo perpetuo monitore & incitatore Stiltingus eſt uſus, is meo *Cathedralis unicae* opuſculo adhuc poſt plures annos inſidiatur) propterea, ne lector mea illa vetera aliunde arceſſere cogatur, ea, ubi opus, huc totidem verbis revocavi. Ad ſummam rogo lectores ut utrinq. ſcripta patienter legant, ac tum demum, vacui partium ſtudiis, judicium animo ſerenato ferant. His aequiora non arbitror potuiſſe poſci.

Tametſi jamdiu pro me praejudicata virorum graviſſimorum ſententia ſtetit. In quorum manus cum haec, quae nunc compacta in volumen unum prodeunt, jam ante (ut ſingulae ſcil. plagulae prelum evaſerant) perveniſſent; omnes ad unum exclamarunt, in his Vindiciis omnia ſic liquido demonſtrata fuiſſe, ut de iis dubitare nullum aliud quam tribus Anticyris (ut ille ait) damnabile caput poſſit. Quae virorum acri judicio valentium perſuaſio me nunc alacriorem ad haec in gloriam SS. Martyrum pervulganda effecerunt.

Atq. eorum quae his Vindiciis continentur, habes ſuperiore pag. Syllabum. Ex eo perſpicies, has vindicias plus in receſſu, quam in fronte polliceri. Nec aliter, puto, ubi eas legendo percurreris, judicabis.

ALE-

ALEXII SYMMACHI MAZOCHII VINDICIAE REPETITAE ACTORVM BONONIENSIVM S. JANVARII MARTYRIS

ALEXANDRI ETYMEGORI *PRAEFATIO*

Ad lectores verae gloriae SS. Martyrum JANVARII ET SOCIORVM STVDIO INCENSOS.

JAM pridem anno 1744. ab Alexio Symmacho Mazochio Canonico Neapolitano hujuſq. Regii Lycei Sacrae Scripturae interprete in ſuo Kalendario Marmoreo pag. 265. Acta quaedam Bononienſia SS. Januarii & Sociorum edita cum ſuis adnotationibus fuerant : quae grate admodum excepta, ac tum Neapoli & per Italiam, tum etiam apud Tranſmontanos habita pro haud dubie ſinceris fuerunt, eoque praeſtabiliora, quo carerent iis naevis omnibus, qui in Actis ante vulgatis notati ab harum rerum gnaris fuerant.

Ac diu poſtea anno 1753. rogantibus Patribus Soc. Jeſu, juſſu Excellentiſs. Civitatis Neapolitanae, Canonico Cyro de Alteriis (nunc Epiſcopo Monopolitano) nec non Benedicto Latillae (tunc quidem Canonicor. Lateranenſium Abbati Generali, nunc vero Abellinatium Epiſcopo) eidemq. ſupra ſcripto Canonico Mazochio datum negotium fuit, uti monumenta quaecumq. poſſent, ad S. Januarium ejuſq. Socios pertinentia undecumq. colligerent, quantocius Antwerpiam ad Bollandianos Socios tranſmittenda, nempe ad Commentarium de eiſdem Martyribus (qui diei XIX. Septembris inſereretur) adornandum. Id quod diligenter ab eiſdem

impigreq. juxta ac mandatum fuerat, effectum; neque id ſine multo labore, magniſque Excellentiſs. Civitatis impenſis, ad tot ſcilicet monumenta deſcribenda, totque in primis tabulas in ære incidendas. Quamquam id totum non ſatis (1) *grate a Bollandiſtis acceptum.*

Verum diu multumque Bollandiſtarum Commentarius exſpectatus, vix demum menſe Auguſto hujus anni 1758. *perlatus fuit. Cumque in eo huic ipſi Mazochio, qui in coacervandam in uſum Bollandiſtarum qualemcumque illam farraginem aliquid operae contulerat, minime parcitum, imo & inhoneſte acceptum, Jeſuitae ipſi Neapolitani, qui ſe Mazochio amicos profitebantur, benigne* (2) *renuntiaſſent; is rumor acuit, uti fit, Neapolitanorum cognoſcendi, & lectitandi Joannis Stiltingi* (*id auctori recentis de Sancto Januario Commentarii nomen eſt*) *cupiditatem. Vnus interim Mazochius repertus eſt, qui librum eumdem, quamvis*

(1) Vti conſtat ex Commentarii praevii Praefatione (editionis in quarto, quae quaſi ad praeguſtationem Neapolim praeeucurrit, Civitati Excellentiſſ. nuncupata) pag. 3. ubi cur Collectione illa juſſu Civitatis ad ſeſe ſubmiſsâ uti Auctor nequiverit, ita cauſatur: *Ingens illa collectio, diuturnas in itinere moras paſſa, hoc anno* 1756. *ad nos perlata eſt* &c. Poſt pauca: *& Acta omnia ad prelum paraveram ante acceptam Collectionem*. Hoc vero tantumdem eſt ac ſi diceret: *Nihil ſerioribus iſtis Civitatis Excellentiſſ. curis debeo*. Atqui alius quivis de turba reſponderit, Te, Vir ornatiſſime, etiam digeſtis omnibus & ad prelum paratis, potuiſſe aliquid ex intervallo ex illa Collectione adſpergere, aut potuiſſe ſaltem additamenta in fine dare, ſi non aliud, at in grati animi teſtimonium, ac ne fruſtra hic laboratum in Tui gratiam videretur.

Jam vero quod paullo ante ſuperiora Stiltingi verba legitur (*Alexius Symmachus Mazochius, cujus eſt recenſio Actorum*) fatetur ingenue Mazochius, inter Treſviros ſupra nominatos, ſe, curis aliis tunc diſtentum, longe minimum inſumpſiſſe laboris, tantum abeſt ut ei uni recenſio tribuatur. Jam vero, necui malignior videar, fatendum eſt, Stiltingum profuſum ſeſe ac prolixum in perſolvendis Excellentiſſ. Civitati gratiis in Dedicadione ſua praeſtitiſſe; neq. id tantum pro ea *Collectione*, quae publico Civitatis ſcito perfecta ac tranſmiſſa fuerat, verum etiam pro ſymbolâ privatorum ſtudio collatâ grates ingentes agit: quam ſymbolam ſibi adjumento fuiſſe, ingenue fatetur. *Acceſſerunt*, inquit, *& privato eruditorum ſtudio ad elucidandas aliquot controverſias NONNVLLAE DISSERTATIONES SCRIPTAE* (tunc quidem *ſcriptae*, & ad eum in tempore ac ſatis opportune miſſae: at nuper editae jam ſub ſui auctoris nomine circumferuntur) *quibus*, inquit, *ſubinde adjutum me non diffiteor*. Ecce unde profecerit: de triumvirali labore nihil. Satis grate videlicet.

(2) Quippe qui dicerent, ſeſe factum auctoris non poſſe probare, ultro hominem inceſſentis, qui nullas unquam cum quoquam de Societate Jeſu ſimultates geſſiſſet.

vis ab amicis oblatum ultro ad legendum, ne extrinſecus quidem unquam ſpectare ſuſtinuit, adhaec etiam profeſſus, ſe quoad vixerit, ab eo libro oculos abſtenturum: vetans tamen ſuperbo id contemptui tribui, verum in eam potius partem accipi jubens, quod ipſe cauſae ſuae bonitate, ſtatim in oculos incurrente, ſe ſatis tectum putaret: ceterum qui judicare de rebus hiſce ſatis poſſent, ii Acta cum Actis conferrent (nam ipſa ſatis de ſe apud cordatos viros eloquuntur) ac ſi neceſſe ſit, Mazochianas notulas cum Stiltingi ſpiſſo Commentario compararent, atque ita demum ex animi ſententia ferrent judicium: ad ſe vero quod attinet, ſe jam id aetatis eſſe, ut de requiete magis, quam de altercationibus leviſſimis ſuſcipiendis cogitandum ſibi duceret, quae juvenes valentes robore potius, quam ſenem fractum laboribus & languoribus decent.

Atque haec & ſimilia Mazochium cum paucis amicorum cauſantem, hi contra non deſtitere diu delaſſare, ut adducerent, ut quamvis Stiltingo, nec circa Acta S. Januarii, nec circa Commentarii ſui capita alio pertinentia, a ſe lecto, nec omnino conſerturus cum eodem manus, tamen de tutandis ſaltem Januarii Actis Bononienſibus cogitaret. Iidem addebant, Mazochiana in Paſſionem Bononienſem adnotata vulgo ad manum non eſſe; nec enim niſi in Kalendario marmoreo a lectoribus quaeri debere, quo Kalendario plerique carerent: deinde non uno dumtaxat Kalendarii loco, ſed partim in fine Aprilis, partim in fine tomi tertii ea exſtare; ac moleſtum properantibus eſſe, quae ſeorſum poſita exſtant, ea quo ſint referenda animadvertere: quocirca ſeſe magnopere auctores eſſe, ut, quando juſtum apologeticum pro Actis Bononienſibus, utpote defectus viribus, aggredi detrectaret, at quae extremo primo extremoq. tertio Kalendarii tomo inſunt, ea junctim ſuo quaeque loco recudi ſineret, ad haec etiam ſiqua forte nova inter typographicam feſtinationem ei in mentem ſuccurrerent, ne gravaretur adjungere. His tandem motus Mazochius, non tantum bina Acta (Bononienſia ſcilicet & Vaticana) ipſa de ſe locutura, cauſamque coram dictura, produxit, ſuis utriſque adnotatis minime praetermiſſis, ſed & inſuper luculentam valdeque opportunam Sinceram judicii ſui Denuntiationem *in fine adjecit.*

Haec vero ut accurate perficeret, non ante manum ope-

ri admovit , quam ab juvene amiciſſimo excerpta Stiltingiana (nempe illa tantum quae huc facerent) ſibi parari juſſit . Cur non potius , inquis , ipſe Cl. Auctorem evolvit ? Non odio quidem a libro abſtinuit manus , verum quod metueret ne ſcriptiuncula iſta in denſum volumen evaderet , ſi quidem Stiltingi noſtri veſtigia (raro non ad ſe oppugnandum objicientis latus) pone ſequeretur : maxime cum ſe totis paginis ab eodem impetitum audiret , & conviciorum (3) *plauſtris oneratum , atque ibi maxime , ubi alieniſſimas ab S. Januario controverſias (veluti de Duplicitate ſedis Epiſcopalis Neapolitanae , De Situ Stephaniae , Deque poſitu Caſtri Lucullani) invitas ac repugnantes in ſuum de S. Martyre Commentarium raptat . Poſſetne ad iſta robore ſatis Stoico Mazochius armari , quo minus commoveretur ? aut commotus , non pro merito ad numerum reſponſaret ? Id vero cui tandem bono ? imo quanto cum caritatis chriſtianae diſpendio ? Itaque nunc quidem id unum ſatis fuit , ſi Mazochius venerando huic Antiquitatis monumento , in Bononienſi Caeleſtinorum bibliotheca reperto , cui ſtatûs controverſia mota fuerat , periclitanti non deeſſet : in ceteris capitibus lectores hoc unum monens , uti Stiltingiana cum Mazochianis conferre (nam id unum ſatis) ne dedignentur , deinde ſuopte ipſi ductu de re univerſa judicent. Habes de tota Mazochianae ab evolvendo Stiltingo abſtinentiae ratione . Vale , pie (verum cum judicio pie) lector , & cauſae genuinorum Januarii Actorum bene precare.*

ACTA

(3) Contumelias in Mazochium a Cl. Auctore dictas nuſquam non occurrere , vulgo narrant . Nihil vero *Ineptiae* , *Inepti* , *Ineptiſſimi* vocabulis ei familiarius . Atq. exſtat de hoc honorifico elogio lepida Mazochii conqueſtio infra in ſua *Denuntiatione* Par. I. num. V. Adn.6. Adhaec Stiltingus §.17. & 18. ubi Papebrochio impugnato ſuppetias afferre cupit , ibi nihil non probri in Mazochium jactat . Quidquid a Mazochio acute , ſolide , vere excogitatum , id protinus Bollandiſta hodiernus uti *inania Commenta* , *imaginationes* , *ſomnia* traducit : imo §. 17. num. 252. (uti ſummus ſcil. Reip. litterariae Dictator) in publico hoc programma proponit : *Neapolitanos moneo , ne . . . . . Mazochii ratiociniis . . . fidant* . Sed & §. 19. 20. 21. (ubi de vetere Cathedrali Neap.) tantumdem facit . Atq. eſt ubi Mazochio *mentem non ſanam* tribuat . Quis autem hominis confidentiam ſatis miretur ? Homo Belga Neapoli dies non plurimos hoſpitatus (quo tempore ecquos ſibi rerum noſtrarum conſiliarios lateri admoverit , ecquos vero vitaverit , ſcimus) hic ille eſt, qui noſtros homines non tantum Januarii geſta , ſed & Stephaniae , & Lucullani ſitum, & abſtruſiora quaeq. Neapolitanarum originum , tamquam de Caelo demiſſus , doceat , cunctis vero aliis indicat ſilentium , idq. propoſito palam programmate : *Ne fidant &c.*

ACTA BONONIENSIA S. JANVARII MARTYRIS

Huc repetita ex Kalendarii Marmorei pag. 265.
Cum veteribus noviſq. Adnotationibus.

Quidnam obſervatum in recudendis Actis Bononienſibus fuerit.

CUm anno 1744. Acta Bononienſia in fine tomi I. Kalendarii Marmorei pag. 265. cum Notis edidiſſem; etiam longo poſt tempore cum in fine Tomi III. Additamenta in ſex ſuperiores menſes inſpergerem, in bis quoque a pag. 963. ad 972. plurima veteribus eorumdem Actorum Adnotationibus addidi, paucula etiam immutavi. Ac ſane putabam, vel otiante me, a quovis potuiſſe veteres notas cum biſce tomi III. auctariis necti ſolidarique. Verum longe aliter experientia docuit. Atq. in primis illud viſum eſt indecorum, quod in Additamentis, quae tomus III. continet, quaedam ita in longum protrahuntur, ut, ſi ea textui ſubſternantur, monſtri inſtar haec nova editio habenda ſit. Eapropter, quae productiora in Additamentis viſa fuere, ea in Appendicem (quae in calce horum Actorum exſtat) rejeci, admonitis de hoc interim in loco lectoribus. Ad ſummam ſive ſicubi in Curis poſterioribus mutavi ſententiam (etſi nunc quidem a me factum non memini) ſive ubi aliter cum antiquis recentia necti decenter non poterant, ita refinxi quaedam, ut nihil de veteribus noviſq. decederet; idq. mihi in his conglutinandis jus arrogavi, quod domino in rebus ſuis adminiſtrandis permittitur, ſed monito fere ubiq. lectore. Alicubi etiam nova alia, quae nunc primum ſub prelo in mentem venerunt, adjeci, ſed uncis coercita & charactere diverſo, quem Curſivum vocant: quem Curſivum adhibui ſemper ac novi aliquid huic iteratae editioni accederet. Poſt Acta haec cum Notis & Appendice *ſubjiciam Stiltingianas ad eadem Bononienſia Notas cum meis interlocutionibus aliquot.*

ADMO-

ADMONITIO

Ad ſequentia S. JANUARII Epiſc. & ſociorum Martyrum Acta ſincera.

Recuſa hic ex Kalend. Marm. pag. 265.

EXimium hoc, quod hodie viget, Neapolitanorum erga beatiſſ. Januarium ſtudium non heri aut nudius tertius enitere coepiſſe, ſed eſſe antiquiſſimum, jam tum ex ineuntis V. ſaeculi, teſte locupletiſſimo Vranio (I) presbytero, deinde ex vergentis VI. ſaeculi ſubſcriptione Petri (II) ſubdiaconi didiceram. Nec vero intra unius pomoeria Neapolis aut Campaniae eum cultum ſtetiſſe, ſed longe lateque prorepſiſſe, tum ex Kalendario (III) Carthaginenſi V. ſaeculi opere, tum etiam ex Hieronymianis Mrologiis ad 7. & 19. Septembris, aliiſque Latinorum Graecorumque libris Liturgicis deprehenderam. Tamen dolebam una cum viris omnibus eruditis, veris ac genuinis Januarii ac ſociorum Actis nos hodie carere. Quotus enim quiſque eſt, quem vulgatae hactenus horum Commilitonum hiſtoriae (quarum infinito prope (IV) numero laboramus) delectent? In quibus portentoſa omnia & ad admirationem ciendam comparata quivis fa-

(I) Vranius in epiſtola de obitu S. Paulini Nolani (quam, ut ad 3. April. obſervavi, anno 432. debuit ſcribere) huic decumbenti SS. Januarium Mart. atque Martinum apparuiſſe ſcribit: *E quibus* (inquit) *Januarius epiſcopus ſimul & martyr Neapolitanae urbis illuſtrat eccleſiam:* utique quia nuperrime ab S. Joanne I. S. Paulini aequali illius Reliquiae e Marciano Neapolim translatae fuerant.

(II) Vide ſubſcriptionem a Petro Subdiacono Eccleſiae Neapolitanae codici Eugipii anno 581. factam (quam ad 29. Martii illuſtravimus) ubi *per confeſſionem meritaque B. Januarii Martyris* obteſtatur, ne ullo tempore is codex alienetur. Ex quo manifeſtum eſt, S. Januarium primarium tum fuiſſe tutelarem. Nec enim quiſquam alius Sanctorum ibi nominatur.

(III) In Kalendario Carthaginenſi Mabilloniano ſic legitur: (XIII) *Kal. Oct. Sancti Januarii mart.* (IX) *Kal. Oct. Sancti Soſſi*. Numeri Kalendarum, quos in parentheſibus interpoſui, in membranis Mabillonii deerant.

facile in his litteris mediocriter exercitatus deprehendet. Itaque hactenus eas viri doctiſſimi ſuſpectas ſaltem habuerunt. Vide

(IV) *Complurium actorum S. Januarii recenſio & judicium*.

Duûm generum Acta viderat jam pridem Baronius: manu ſcripta una (quae diſcriminis cauſa poſthac interdum *Baroniana*, at ſaepius *Vaticana*, quia ibi exſtant, vocabimus) quibus initium hoc fuit, *Temporibus Diocletiani Imperat. conſulatu Conſtantii quinquies & Maximiani* &c. altera ab Jo: Diacono (eodem qui chronicon epiſcopor. Neap. contexuit) perſcripta X. Saeculo: quae poſt Mombritium Surius die 23. Sept. evulgavit. At nuper demum Nic. Carminius Falconius lib. 2. Vitae S. Januarii non tantum bina jam dicta, ſed & plura alia generis ejuſdem monumenta bono publico in unum faſciculum collegit. (*Additamentum ex pag. 963. col. 2.* Quae jam olim Bart. Chioccarelli ſtudio in volumen unum manu exaratum coacta idem Falconius in bibliotheca Brancatiana reperit.)

Ad Vaticana quod attinet, ea mihi ceteris hactenus vulgatis facile antiquiora videntur. Quae equidem ex eorum compendio apud Baronium ad annum 305. jam antea animadverteram a Lectionibus Offi ii S. Januarii (quae ex Neapolitanis prelis olim an. 1525. prodierant) non diffidere: Sed jam utrumque monumentum apud Falconium conferenti ad oculum patebit, tum Acta Baroniana (quae ordine prima recenſet) tum dictas Lectiones, & eas praeterea quae in vetere Breviario Beneventano erant, eiſdem plane verbis a capite ad calcem decurrere. At Breviarii Neapolitani vetuſtioris Lectiones, quae apud eumdem Falconium pag. CXLV. proſtant, multo contractiores ſunt, ſed eiſdem tamen narrationibus verbiſque. Et auctori quidem Vaticani, de quo loquimur, monumenti Acta Sincera, quae infra dabimus, prae manibus fuiſſe, non eſt dubitandum, quippe qui maximam Sincerorum partem (qua parte cum ſuis narrationibus convenirent) in ſuum copioſius commentarium eiſdem verbis infuderit: quod ſuis locis obſervabitur.

Venio ad Jo: Diaconum: cujus lucubratio inſcribitur apud Surium, *Certamen glorioſi ... Soſii Diac. ac Januarii Epiſc. Benev. & ſociorum.* Ex epiſtola vero ad Joannem Abb. palam fit, ei quidem tum Paſſionem, tum etiam Translationem (cui interfuit) S. Soſii ſcribere propoſitum fuiſſe. Cujus paſſio quum S. Januarii ac ſociorum certamini conſerta eſſet, hinc ab eo narratio univerſa eorum omnium commilitonum perſcribitur. Hoc eo dico, quod magnus Annalium parens ad an. 305. ita de Jo: Diacono loquatur, quaſi qui ex prioribus Actis (Vaticanis) ſua ſublegerit, reſecans tamen ſuperflua & neceſſaria addens; quod & Tillemontius ſecutus eſt. Eam ſcil. in-

Vide prae ceteris Tillemontii de iis (V) judicium.

At-

in partem accepit Baronius Stephani Epiſc. Neap. dictum, quo Jo: Diaconum cunctabundum ac reluctantem incitabat. *Eſt* (inquit Stephanus in epiſtola Jo: Diaconi ad Jo: Abb.) *quaedam ſcriptura lepidâ, ut reor, digeſtione contexta . . . Sumenda eſt a te . . quaeque fiunt ſuperflua, reſeca, neceſſaria ſubroga, inepta abjice* &c. Atqui ibi Stephanus non ad S. Januarii, ſed S. Soſii hiſtoriam digitum intendebat: id quod ex eo palam fit, quod ibid. mox Jo: Diaconus conqueritur, in illa ipſa ſcriptura defuiſſe Soſii parentum nomina, defuiſſe & ejus epiſcopi, mentionem qui Soſium *Levitali redimitione dicarat*. Atqui ea expoſtulatio non niſi in eam poteſt cadere hiſtoriam, in qua principio de S. Soſio agebatur; ita ut ex occaſione de Januario ceteriſque athletis ſcribi videretur.

Sed ne Falconius quidem aliter ac Baronius locum epiſtolae Jo: Diaconi accepit: niſi quod hoc intereſt, quod Annalium parens Joannem hunc ex Vaticanis Actis ſuam hiſtoriam (qua reſectis, qua additis pluribus) compoſuiſſe credidit; cum contra Falconius Joannem putet ex quodam ſcripto, quod incipit, *Ad laudem & gloriam victorioſiſſimi* &c. (quod idem Falconius pag. CXXXIV. primus publici juris fecit: quocirca id *Falconianum* poſthac nuncupabitur) ſua mutuatum. Atqui huic Falconianae hiſtoriae (praeterquam quod ea primario de Januario, non de Soſio conſcribitur) haud per omnia convenit cum Joanne Diacono.

Ergo, ſi me audis, Joanni noſtro quaedam principio Hiſtoria S. Soſii (qua nunc caremus) ab Stephano propoſita fuit, ex qua partim detrahendo, partim addendo ſuum commentarium pertexeret. Ceterum idem Joannes ad manus habuit tum Acta genuina, quae mox recitabimus, tum altera Vaticana, nec non Raynerii Translationem SS. Eutychetis & Acutii, tum poſtremo etiam Falconianum longiſſimum monumentum; (*Atqui hîc me revoco; quia Falconianum iſtud monumentum, utpote facile recentius, videre Jo. Diaconus vix potuit: ac multo minus Raynerium, quem ſcriptorem fuiſſe XII. ſaeculi oſtenſum a me fuit in Diſſert. de Cathed. Neap. unica pag. 14. not. 21.*) Ex omnibus autem ſua defloravit, conciliando, qua poterat, quae diſſonare videbantur. Hinc illud eſt, quod quum in Actis ſinceris ſolum Dracontium praefuiſſe toti judicio comperiſſet, in Baronianis autem (& ſiqua vidit alia) Timotheum; ſic rem tranſigendam putavit, ut ab initio Dracontium ei judicio praefecerit, poſtea vero Timotheum Dracontio ſucceſſorem dederit. Verum de his omnibus monumentis, quae Falconius in unum coegit, plura paſſim in Adnotationibus ad Acta ſincera animadvertentur.

(*His addes multo plura ex meis Additamentis. Ex quibus quae huc proprie pertinent, ea tranſtuli in Appendicis Adnotationem II.*)

(V) A-

Digitized by Google

Atqui anno ab hinc altero quum in genuinum Bedae Martyrologium (quod Bollandiani tom. 2. Martii evulgarunt) incidiſſem; in menſe Septembri elogiis duobus eximiis mirifice me captum ſenſi, quorum unum de S.Januario ac ſociis, alterum de S. Soſio pertexitur. Ea vero heic ſubnectere non gravabor.

Bedae elogium S. Januarii & Soc.

XIII. Kal. (*Octobr.*) In Neapoli Campaniae natale ſanctorum *Januarii* Beneventanae civitatis epiſcopi, cum *Soſio* diacono Meſenatae civitatis, & diacono ſuo *Feſto*, & lectore ſuo *Deſiderio*: qui poſt vincula & carceres capite ſunt caeſi in civitate Puteolana ſub Diocletiano principe, judice Dracontio. Qui cum ducerentur ad mortem; viderunt inter alios *Proculum* Puteolanae civitatis diaconum, & duos laicos *Eutychen* & *Acutium*; & interrogaverunt, quare juſti juberentur occidi: quos judex ut vidit Chriſtianos, juſſit decollari cum illis. Sic omnes ſeptem pariter ſunt decollati. Et tulerunt noctu corpora Chriſtiani; & Neapolitani *Januarium* poſuerunt juxta civitatem in baſilica, Meſenates *Soſium* aeque in baſilica, Puteolani *Proculum* &

(V) Acutiſſimus Tillemontius in Nota ad S. Januarium verſus finem, de Actis, ex quibus admiranda ſua hauſit Jo: Diaconus, animadvertit his verbis. *Qui peut deuter, que ces injures, que l'on dit aux magiſtrats, ces imprecations que l'on fait contre eux, ces miracles extraordinaires, ces frequentes delivrances des perſonnes qui ſe viennent preſenter elles meſmes aux perſecuteurs ſans eſtre cherchèes, un juge aveuglè par la priere d'un Martyr, gheri par la meſme priere; e qui ne laiſſe pas d'envoyer à la mort celui meſme dont il vient d'implorer le ſecours, e d'appeller un SERVITEVR DE DIEV: qui peut douter, dis-je, que quelque couleur que l'on donne a ces choſes, elles ne reſſentent bien plus le ſtyle de Metaphraſte, que celui des actes veritables & legitimes?* Quam vero is non immerito haec omnia ſuſpecta habuerit, ex eo liquet, quod ab Actis veris atque ſinceris, quae infra dabimus, abſunt ea ipſa omnia, quae jam pridem ante, quam haec detegerentur, reprehenderat vir tam ſubacti judicii.

Eutycetum & *Acutium* in baſilica S. Stephani; *Feſtum* & *Deſiderium* Beneventani collegerunt.

Ejuſdem elogium S. Soſii.

IX. Kal. (*Octob.*) Natale S. *Soſii* diaconi Meſenatae civitatis in Campania: qui cum eſſet annorum triginta, martyrium cum *B. Januario* Beneventi epiſcopo capitis decollatione ſuſcepit tempore Diocletiani imperatoris. Is cum tempore quodam Evangelium legeret in eccleſia Meſenatae civitatis, praeſente epiſcopo *Januario* (frequenter enim eum pro ſanctitate & prudentia ejus viſitare conſueverat) vidit ſubito idem epiſcopus de capite ejus flammam exurgere, quam nemo alius vidit; & praenuntiavit eum martyrem futurum. Et poſt non multos dies idem diaconus tentus, & in carcerem miſſus eſt. Ad quem viſitandum cum veniſſet epiſcopus cum diacono ſuo *Feſto* & lectore ſuo *Deſiderio*, & ipſe cum eo ſimul tentus; ac pariter omnes cum aliis tribus occiſi ſunt.

Ac ſtipes plane ſit, qui non ex his elogiis veritatem meram ſine fuco ac fallaciis emicare, inque oculos incurrere, ſtatim ſentiat. Atqui eadem elogia duo tum Rabanus, tum Ado IX. ſaeculo totidem verbis in ſua Martyrologia transfuderunt: Vſuardus vero & Notkerus eiſdem quidem narrationibus ac verbis compoſita, ſed contractiora dederunt. Verum id interim dolebam, quod eae duae laciniae ſitim magis acuerent, quam ſedarent. Itaque nihil mihi optabilius videbatur, quam ut, quandoquidem non ex limoſis poſterioris aevi rivulis, ſed ex puro Actorum antiquiorum fonte Bedam (virum ceteroqui ſupra fidem eruditum, judiciique, ut illis temporibus, gravitate ſumma praeditum) hauſiſſe ſua, appareret; ea aliquando Acta, ex quibus Anglus ſublegit elogia, in conſpectum ſe cupientibus darent. (*ADDITIO. De Bedae mira*

mira eruditione, fide, judicio, & quod recitata elogia duo vere Bedam auctorem habeant, videbis infra in Denuntiatione *mea demonſtratum Parte I. num. I. Adn. 2.*)

In his dum eſſem, ex Viro Illuſtriſſimo doctiſſimoque ac Neapolitanae litteraturae columine, Caeleſtino Galiano Archiep. Theſſalonicenſi, Regii Sacelli ac Neapolitani Lycei Praefecto, audivi cum diceret, vidiſſe ſe quondam Bononiae quaedam manu exarata S. Januarii Acta, etſi barbarie diffluentia. Ego vero rogavi hominem, ceteroqui ad promovenda bonarum artium ſtudia proniſſimum, ut quidquid reculae id eſſet, exemplum deſcribi mea gratia curaret. Quod & citius opinione mea ab ejus humanitate impetravi. Ea vero dum legerem, quantacumque barbarie a capite ad calcem ea redundare deprehendi. Vix enim periodus una ſine graviſſimis ſoloeciſmis procedit: ut non Augiae ſtabulum pluribus ſordibus ſcateat (VI). Verum ubi a ſoloeciſmis iſtis, nec non pluribus ſectionis primae lacunis (quorum etiam imperitos aevi medii amanuenſes auctores habendos duco) diſceſſeris; ceterum nec ſtyli ſimplicitas brevitaſque (ut hinc ordiar) abhorret ab aevo meliore; &, in quo totius rei caput eſt, ſtatim animadverti, haec nimirum illa eſſe Acta, ex quibus Beda duo ſua elogia defloraverat: ita non tantum narrationes eaedem plane ſunt, verum & eiſdem ſaepe verbis conceptae. Ex quo illud liquet, ſive Bedam (ut & poſteriores Martyrologos) non alia ab his Acta prorſus noſſe; ſive, ſi, quae hodie locupletiora circumferuntur, ad manus habuit, ea non magni feciſſe virum judicio ſummo praeditum.

Atque hîc equidem cum & ex invento theſauro in ſinu exſultarem meo, eamque mihi gazam ſepoſuiſſem, qua hujus Commentarii menſem Septembrem ditiorem efficerem; interim id monumentum cum amicis aliquot communicavi.

B 2 Illi

(VI) (*ADD. Nam praeter deſcriptorum inſcitiam, aliaſq. cauſas his Actis exitiales, illud praecipue mendas innumeras peperit, quod haec Acta de Graeco fuiſſe traducta, certiſſimum habeo, idq. copioſiſſime in Appendice Adn. III. demonſtrabitur. Quae vero a non bene Graecis nec bene Latinis de Graeco trahebantur, partim ex ſua imperitia partim barbarie ſaeculi patuere, mendis innumeris. Vide de hoc dicta ad Tab. Heracl. ad Digeſtum Leg. pag. 464. adnot. 141.*

Digitized by Google

Illi vero quum pro ſe quiſque, ut ea Acta ſtatim publici juris facerem, inſtarent; poſtremo & Eminentiſſ. Archiepiſcopi JOSEPHI SPINELLI (*tunc Archiepiſcopi Neap. quo urgente, in Kalendarium Marmoreum tum commentabar*) juſſis parendum fuit, non committendum rati, ut ea diutius Neapolitanis orbique litterato inviderem. Rogo autem lectores, in quorum manus haec forte inciderint, ut, ſi quando in bibliothecarum forulis haec eadem Acta, aut hiſce ſimilia, aut meliora, ſive Latine ſive Graece ſcripta repererint, de eo me commonefacere, atque exemplum tranſmittere ne graventur; ex quibus, ſi nihil aliud, ſaltem textus noſter inquinatiſſimus membranis auctoribus ſanari in locis difficilioribus, ac praeſertim in primae ſectionis lacunis ſuppleri queat. Nam in ceteris eluere maculas nullo labore licuiſſet; praeſertim cum horum Actorum pars magna in Actis (quibus vulgo *Baronianis*, nos autem *Vaticanis* nomen fecimus) totidem fere verbis recitetur.

Verum interim iis manus ad quidvis ſupplendum, mutandum, aut quoquo modo corrigendum inferre nolui; ſed omnia non tantum cum eiſdem initio lacunis, verum etiam cum eiſdem ſoloecis, imo & cum eadem tum orthographia, tum etiam interpunctione, prout in codice praviſſime deſcripta erant, exhibui. Excepto quod textum in ſectiones diſpeſcui, additis ſectionum (comparate ſcil. ad citandum) numeris, ac ſubjectis non paucis adnotationibus, ex quibus tum alia plura, tum vero ea Graece primitus ſcripta videri, poſſit intelligi.

Sed antequam ad ipſam hanc Hiſtoriam venio, ratio mihi reddenda eſt, ecquid cauſae fuerit, cur haec Acta nuſquam in Neapolitanis bibliothecis (ſatis a Falconio excuſſis) aut alibi ſe prodiderint. Atqui promptiſſima eſt ratio. Poſtquam enim tragicis atque admirandis narrationibus ſtatui pretium, ac pleniores illae noſtrorum Commilitonum Paſſiones manare in vulgus cum voluptate coeperunt; nihil mirum ſi Acta primigenia, eademque jejuna, ſpernerentur. Itaque nihil propius fuit, quam ut amanuenſes, poſthabitis ſiccioribus hiſtoriis, in opimioribus tantum deſcribendis operam inſumerent. Atque eo poſtremo ventum eſt, ut in Neapolitanorum ac finitimorum pluteis nullum tandem exemplum Paſſionis hujus primiti-

mitivae ſuperfuerit ; ac vix tandem exeunte ſaeculo XIII. alicubi membrana aliqua fugientis atque in principio corruptae, uti videbimus, ſcripturae reperta fuerit, ex qua Bononienſis monachus ſuum exemplar, utcumque potuit, exſculpſerit.

Deinde & illud ante omnia profiteor, atque ex animo teſtatum volo, me nihil de vulgatis huc uſque Actis, eorumque prodigiis detractum velle. Qui eorum voluptate capiuntur, fruantur (VII) per me licebit, opinione aut etiam (ſi ſic appellare libet) pietate ſua. At mihi interim nemo id vitio verterit, quod Acta pulcherrima, & antiquitate, breviloquentia, ſimplicitate, nec non gravitate ſe mirifice commendantia, caſtis atque ſobriis Chriſti Martyrum amatoribus haud diutius invidenda crediderim. Sed jam monumentum ipſum inſpiciamus.

(VII) (*Me Actis Vaticanis, quatenus cum vero non colliduntur, bene cupiviſſe ſemper, apparet ex pluribus mearum Adnotationum veterum locis. Quin etiam Additamentis ad Acta haec pag.963.* Admonitionem *praefixeram (quâ hîc, utpote non neceſſaria ſuperſedi) in qua praeter cetera illud poſueram, me ad XIX. Septembris hoc in primis ſedulo diſcuſſurum,* ecquid de vulgatis (*Vaticanis*) Actis ſit ſentiendum, ne forte Neapolitani noſtri querantur, id me operam dediſſe, ut ſcripta de hoc tanto Hieromartyre commentaria, diuturno uſu adprobata, ex eorum manibus excuterem. *Haec olim monebam.*)

Imo & in fine horum Actorum docebo lectorem, Acta haec ipſa Bononienſia in fine ex Vaticanorum clauſula (quae tota ſinceritatem ſpirat) neceſſario eſſe ſupplenda, ne Sociis ceteris ſepulcra deſint; praeſertim cum Martyrum horum omnium ſtabilem ſepulturam Beda in extremo Elogio ſuo adnuntiaverit, utiq. ex Actis primitivis contractam.)

VI-

VITA (1) SANCTI (2) JANNVARII

Quae reperitur ſcripta in Codice confectio ab Abate (3) *Landulpho de Anno milleſimo , biſcenteſimo , octuageſimo in Venerabili Monaſterio Sancti Stephani de Bononia .*

I. TEMPORIBVS Diocletiani (4) Imperatoris , Conſulatu Conſtantini (5) Caeſaris quinquies , & Maximiani (6) ſe-

(1) Primum inſcriptionis hujus verſum ex codice ita, ut heic exhibetur , deſcriptum eſſe , non dubito . (*In quo τὸ VITA ſatis ingenium ſaeculi XIII. (quo haec tranſcripta) notat : nam antiquioribus temporibus aut abſtinebant epigraphe, aut praeſcripſiſſent PASSIO .*)

At ceteros verſus ab eo , qui exemplum ad Illuſtriſſ. Galianum miſit , non quidem tranſcriptos, ſed concinnatos fuiſse ex titulo qui erat in fronte codicis, veriſimile eſt.

(2) *Haec Acta translata olim de Graeco fuiſſe .*

IANNVARII nomen cum duplici N non tantum heic , ſed & in tota hac hiſtoria ſcribitur : neque id ex errore amanuenſis , ſed quod revera in priore exemplari , ex quo haec anno 1280. deſcripta fuerunt , ſic exaratum exſtabat . Id autem ex eo fit , quod Graecis hoc nomen cum duplici N perſcribitur . Vide Menaea , Baſilii Menologium , Metricas Graecor. Ephemerides , alioſq. libros liturgicos , in quibus is Martyr Ἰαννουάριος *Jannuarius* paſſim vocatur . Eſt hoc autem unum ex indiciis , ex quibus liquet , haec Acta primitus Graece conſcripta fuiſſe , mox in Latinum translata . Id vero & alia plura Graeciſmi veſtigia confirmant. Sect. 1. verſu 4. illud *Meſinatae* cur ſic inflectatur , videtur ex Graeco primi ſcriptoris manaſſe . Adhaec ibid. verſu 13. *Sermo videlicet , collectio Divinae legis erat* &c. ubi COLLECTIO pro σύναξις interpres poſuit . Sect. 3. verſ. 2. FAMA loco ἀκοῆς ſubſtituitur . Ver. 10. QVIA pro ὅτι Sect. 5. v. 4. *Quid enim* [pro *Quidnam*] ex Gr.

τί;

Digitized by Google

τὸ γὰρ eadem notione. Sect. *6.* v. 3. *Oppoſuit ſe* (pro *occurrit*) ex ἀντιᾶν aut καταντιᾶν. Sect. 8. v. 8. *Cum magna VIRTVTE* pro δυνάμει &c. Quae omnia proprie quidem Graecis uſurpantur; at quae eis Latine verbo tenus reſpondent, minus belle dicuntur. Eodem refer & quae ſequuntur. Nam quod ſtatim initio ſcribitur, *Conſulatu Conſtantini Caeſ.* &c. (pro *Conſtantino & . . . conſulibus*) id ex Graeca conſuetudine notandi conſules proficiſcitur, qua dicunt, ἐπὶ ὑπατείας Κωνσταντίνου &c. Deinde quod ſect.3. v. 14. & 19. τὸ *Sine cauſa* uſurpatur, id eo fit, quod ibi Graece ſcriptum erat εἰκῇ; in Cyrilli autem Gloſſis, & in Bibliis eae locutiones ſibi mutuo reſpondent. Ad haec illud ſect. 7. v. 4. *Quum.. interrogaret, quid vellet eſſe?* eſt merus Helleniſmus, ut illud τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι, quod Act. II. 12. legitur, ubi Vulg. *Quidnam vult hoc eſſe?* Item ſect. 8. v. 13. *Apparuit ſeni illi EVIDENTER*: hoc ideo, quia Graece erat ἐναργῶς, aut ἐμφανῶς, aut aliud ejuſdem notionis adverbium; quae ſunt apparitionum valde propria. Ad haec ſect. 3. v. 15. *Milites qui CVSTODIBANTVR* (tamquam ſi ſit deponens verbum) *carcerem*: quod eo ſic uſurpavit, quia Graece erat ἐφυλάττοντο ſignificatu activo. Eodem refer & deponens MANIFESTATVR pro *Manifeſtat*, & ECCLESIA (ἐκκλησία) pro *multitudine* qualibet, (*quorum tamen utrumque infra in* Actis repurgatis *recantabitur*). Ad ultimum (quid enim opus eſt conſectari ſingula?) eadem ſect. 3. v. 30. *Et ipſi ſe Chriſtiani* (pro *Chriſtianos*) *manifeſtant?* Id quod totum eſt ἑλληνικώτατον; nam qui haec primitus ſcripſit, ſic Graece poſuerat, καὶ αὐτοὶ χριστιανοὶ ὄντες καταδηλοί εἰσιν. (*Verum haec Acta haud dubie de Graeco ducta eſſe, in Appendice oſtendetur.*

(3) Illuſtriſſimus Galianus pluries mihi teſtatus eſt, ſe in fronte codicis legiſſe, *Abatiante Landulpho* &c. cujus loco qui hoc exemplum ſubmiſit, ſubſtituit, credo, hoc quod heic legitur. Porro de verbis *Abbatiſare*, *Abbatizare*, & *Abbatiare* pro *Abbatem agere*, vide Cangium.

(4) Quo pacto *temporibus Diocletiani* haec contigerunt, quum hi commilitones menſe Septembri anni 305. occiſi pro Chriſto fuerint; Diocletianus autem Kal. Maii ejuſdem anni abdicarit imperium; & ex Euſebio conſtet non ultra initia ejuſdem anni perſecutionem in Italia perduraſſe? His omnibus reſpondeo, Januarium cum ſociis menſe Aprili martyrium conſecutum (ut ad Actorum finem oſtendetur) ante ſcil. Diocletiani abdicationem & perſecutionis finem.

(5) Anno 305. Conſtantius (non *Conſtantinus*) cum Galerio Maximiano conſul proceſſit. Verum ſollemne hoc eſt, quod in manu exaratis propria nomina primitiva cum ſuis ὑποκοριστικοῖς (*diminutivis*) aut alterius generis derivativis permutantur, ut tum ſaepe alibi in ſuperiore commentario, tum ad 17. Januarii oſtenſum fuit. Quid quod in hoc conſulum collegio etiam Caſſiodorus & Faſti Flor. minores *Conſtan-*

(6) ſepties, erat perſecutio (7) Chriſtianorum: In

ſtantinum pro Conſtantio exhibent?

Illud etiam heic notandum eſt, recte Conſtantium *Caeſarem*, non *Auguſtum* inſcribi; quia martyrium hoc, ut infra oſtendetur, menſe Aprili contigit, nec niſi poſt Kal. Maii ejuſdem anni Conſtantius & Gal. Maximianus *Auguſti* evaſerunt, abdicantibus ſcil. Diocletiano & Maximiano Herculeo. Merito Conſtantius heic adhuc *Caeſar* inſcribitur.

(*Ex pag. 969. col. 1. ſic adde*) Et quidem antequam aureus Lactantii De mort. perſec. libellus in publicum prodiiſſet, Conſtantium & Gal. Maximianum Kal. Maiis anni 304. Auguſtos evaſiſſe vulgo viris doctis perſuaſum erat. At ex Lactantiani opuſculi cap. 18. & ſeq. poſtea compertum fuit, haec eadem ſequente anno contigiſſe: quo anno Kalendis Maiis Galerius Maximianus Armentarius A Diocletiano Jovio, Conſtantius Chlorus Conſtantini Magni pater a Maximiano Herculio imperatores facti, Severus vero, ac Daza (qui ab illo tempore Gal. Maximinus eſt appellatus) Caeſares creati fuerunt. Haec vero omnia Gal. Maximiano urgente effecta fuiſſe, idem Lactantius ibi narrat. Hoc ergo martyrium menſe Aprili anni 305. contigit (ut infra dicetur) quando Conſtantius adhuc Caeſar erat.

(6) Non *ſepties* (quo etiam modo in Actis Vaticanis, & lectionibus S. Januarii legitur) aut *ſexies* (ut alicubi ſcribitur) Maximianus tunc conſul fuit, ſed *quinquies*. Et ita prorſus eſt emendandum. Tametſi ceteroqui ſcio, hunc Maximiani conſulatum auctori Chronici Alex. & Faſtis Flor. Minoribus itemque Majoribus numerari τὸ ſ' i. e. *ſextum*.

(7) Acta Vaticana, & inde proſeminatae Lectiones tum Neapolitanae tum Beneventanae ab initio huc uſque eiſdem verbis decurrunt: niſi quod uno verbo plus habent in hunc modum: *Erat perſecutio INGENS Chriſtianorum*. At a noſtris his primitus ſcriptis recte abeſt τὸ *Ingens*. Nam quia anno 305. menſe Aprili (quo menſe hos athletas depugnaſſe oſtendetur) jam ſub exitum perſecutio in Italia erat (quam magis etiam menſe Maio deferbuiſſe putant) hinc quidquid tum procellae deſaeviebat, lenius multo quam ante, erat, nec *ingens* ullo pacto dici poterat. Quod dixi, per ea tempora finem in Italia perſecutioni factum, id ex Euſebio docetur, cujus biennalis perſecutio Italica a Februario anni 303. exorſa, ferme Aprili an. 305. terminatur. At recentiores ſcriptores mirum quantum haec exaggerant. Illud autem quis ferret, quod monumenti Falconiani, quod incipit *Ad gloriam*, auctor (apud Falconium pag. CXXXVI) ſcripſit, circa tempora hujus martyrii *infra unius menſis ſpatium XVII. millia hominum* martyrium ſubiiſſe, niſi adderet, *per diverſas Provincias*? Vel ſic tamen nimius eſt.

Digitized by Google

E M B O L I V M

DE EXEMPLARI BONONIENSI

Cum quo Actorum Januarii prior editio collata rurſus: etſi ſerius perlata collatio fuerit.

CVm olim anno 1744. *Acta S. Januarii Bononienſia vulgarem, potuitne quidquam effici diligentius, quam ſi apographo uterer, quod ex codice Bononienſi deſcribi fecit Archiep. Caeleſtinus Galianus, qui & aliquandiu in illo Monaſterio Caeleſtinorum degerat, plurieſq. codicem & ipſa Acta Januarii perſpexerat, idemq. poſtea Abbas Generalis eorumdem monachorum fuerat? Et tamen poſt primam illam editionem non defuere, qui non omnia ex fide codicis expreſſa, ac ſane non immerito quererentur. Quare cum nunc eo me neceſſitas adegiſſet, ut eamdem hanc telam pectine iterato pertexerem; nolui committere ut quidquam a me accurationis requireretur, Ergo eruditiſs. Franciſco Serao (viro amiciſſ. & hujus Regii Gymnaſii primario medicinae profeſſore) ſequeſtre, rogatus a me fuit doctiſſimus Dominicus Faber in Bononienſi Lyceo elequentiae profeſſor, ut editionem illam priorem meam cum codice ipſo conferret, ac diſcrepantia quaeque notaret. Ac ſane piget quod vir humaniſſimus diuturno morbo tentatus, mox aliis curis diſtentus, ſpe mea ſerius collationem expetitam mittere quiverit, ac non ante quam ſuperius folium B (in quo prima tantum Actorum periodus exhibetur) jam formis expreſſum fuiſſet, quippe quod diutius protrahi non licuiſſet. Nunc ergo benignitate Fabri collationem diu exſpectatam nacti, Codicem Bononienſem per omnia ſequemur, & ubicumque huic cum priore noſtra editione non convenit, initio ſuae ſectionis notabimus. Etſi hae diſcrepantiae parvi plerumq. momenti ſunt: veluti quod in ſuperiore periodo* Diocliciani *pro* Diocletiani *&* Ceſaris *pro* Caeſaris *exſtat: nec enim aliud in tota jam prelo expreſſá comprehenſione utrinq. diſcrimen. In ſequentibus vero etſi raro quidquam majoris momenti diſconvenit; tamen omnia monendi habendam mihi rationem duxi ad praecavendas calumnias.*

Tamen inter epigraphen , quam ſup. pag. 14. *exhibui interq. illam , quam codex praeſert , diſcrepat ſane plurimum . In membranis enim ſic initio bis Actis inſcribitur :* Paſſio Sancti Ianuarii epi & mart. *Faceſſat igitur illud VITA SANCTI IANNVARII . Quod non aliunde ſuſpicor ortum , quam quod, cum prior ille Actorum rogatu Galiani deſcriptor titulum , tamquam ſuperfluum , omiſiſſet ; deinde ſive ipſe , ſive alius , non conſultis membranis , ex cerebro ſuo praeſcripſit illud ,* Vita &c.

At in annis deſcripti codicis laetandum eſt , quod ſolido ſaeculo antiquior , quam putabatur , codicis illa deſcriptio fuit . Sic enim in fine codicis , teſte Fabro , ſcriptum exſtat : Anno ab incarnatione Dñi mile. cent. (*non vero* biſcenteſimo, *uti prior deſcriptor ſomniarat*) octuageſimo.... (*).... completus eſt in monaſterio beatiſſimi protomartyris ſtephani de civitate bononia . *Et tamen ex hac ſubſcriptione ita amanuenſis Galianus concinnavit ea , quae ſupra pag.* 14. *quatuor verſibus ſcripta (an interpolata ?) vides , ut etiam annum* centeſimum *cum* biſcenteſimo *ſupinitate ſumma permutarit . Illud quoq. univerſe ſciendum eſt , in codice litteras majuſculas nec initio nominum propriorum , nec alibi uſurpari , niſi ſolum in periodorum principiis ; etſi ego majuſculas prioris editionis retinui , ne omnia inverterem . At diphthongos cum E ſimplici , ubicumq. Faber monuit , commutavi .*

Antequam finio , eruditiſſimo Fabro non ego tantum , ſed mecum omnes beatiſſimi Hieromartyris gloriae ſtudioſi grates ingentes pro impenſa tantae accurationis opera agimus .

(*) *In hac lacuna ſubſcriptionis quid olim fuerit , ignorare cogimur , Fabro ad nihil manuducente . Forſitan ibi olim id erat , quod Archiep. Galianus ſe olim in eo codice legiſſe ſaepe mihi teſtatus fuit , nim.* Abatiante Landulpho : *de quo vide dicta in praevia Admonitione ſup. pag.* 15. *Adn.* 3. *Niſi quod* in fronte totius codicis *id lectum ibi dixi : quod tamen in calce fuiſſe , haec lacuna veriſimile facit .*

In

In Eccleſia uero Meſinate (8) Ciuitatis , erat Diaconus nomine [I] *Soſſius* , uir prudentiæ ,

 (II) ſan-

ADNOTATA AD SECT. I.

(a) (*Uti ſtem promiſſis , ecce tibi quid ex Fabriana Collatione in hac ſect. mutaverim* . 1. Meſinate *ſine diphth. pro* Meſinatae *ſcripſi* . 2. *Ex ead.* Notiam *repoſui , quod eſt compendio ſcriptum pro* Notitiam . 3. *Poſt pauca pro* Epiſcopo credere *repoſui ex nupera Collatione* , Chriſto (*in Cod.* Xp̄o) credere . *Eaq. correctio ſatis ſeſe ipſa commendat* . 4. *Ver. penult. pro* Eccleſiae *ſcripſi* ēē; *ſic enim in Collat. reperio , fort. pro* Eſſe . 5. *Eod. ver. pro* Idcirco *Collatio habet* Idō , *h. e.* Ideo , *ſicuti infra* dī *eſt pro* Dei)

[8] *Miſenatis* dicendum fuiſſet. Verum quia in Graeco hujus hiſtoriae forſan ſcriptum fuit τῆς Μισηνέων πόλεως ; hinc illud *Miſenatae* , ac deinde *Meſenatae* , *Meſſinatae* , *Meſinatae* (variè enim priores duae ſcribuntur ſyllabae) tum heic & infra , tum in laudatis Bedae & aliorum Mrologiis , in Actis Vaticanis , in Lectionibus , & Jo: Diacono (quae omnia ex Bononienſib. hauſere hanc ſcripturam) exaratum legitur . Sed verius eſt (quia finita in *As* , *atis* Graece cadunt in ᾶνος) ex *Miſenas* veniſſe Μισηνᾶνος , ex quo noſtros feciſſe interpretor *Miſenatus* . Nam & in antiquiſſ. Officio [apud Falcon. p. CXLVI.] Lect. VI. legitur *Miſenati tulerunt*. Hinc *Miſenatae* . At in Bononienſib. ſine diphth. ſemper.

(I) (De varia S. SOSII ſcriptura , & quomodo in Seſontium evaſerit .)

In hujus Diaconi prima ſyllaba haud raro ſibilum duplicatur , ut hic : etſi origo vocis conſonam unam requirit . Res ita ſe habet . Olim ſub Romano imperio Latinis quidem Soſius *plerumq. ſcriptum reperio : at non raro etiam* Soſſius . *Vide Gruterianum indicem nominum propriorum . Apud Graecos vero* Σώσιος *cum unico ſibilo nondum inveni : at* Σώσσιος *exſtat in nummo apud Harduinum ad Plin. XXXVI. 5. in quo legitur* ΕΠΙ ΣΩΣΣΙΟΥ . *Nec aliter crediderim Graecos ceteros ſcriptitaſſe , etſi iidem in compoſitis unico* Σ *contenti eſſent ut in* Σώσανδρος , Σωσιγένης , *itemque in cognatis ut in* Σῶσις , Σωσίων , Σώσιμος *&c. Sic olim fuit . At aevo poſteriore Latini ſuum SOSIUS retinuere : Graeci autem non aliter quam* Σώσσιος . *Hinc noſter Diaconus in Menaeis ſemper* Σώσσος , *ut & in Baſilii Menologio ceteriſq. libris liturgicis duabus ubiq. ſyllabis , ſed geminato ſibilo* Σώσσος . *In his Actis , utpote de Graeco tractis , SOSSIUS cum S gemino ſcriptum* .

Ceterum idem nomen corruptiſſime in Hieronymiano Martyrologio legitur die VII. Septembris , ubi ſic incipit : Capua Civitate Benevento natalis Sanctor. SESONTI, Januari , Fiſti , Acuti , Deſiderii. *Sed Florentinius ea ex Mſſ. varie refinxit : inter cetera* τὸ Seſonti *in*

Si-

(II) ſanctitate firmiſſimus, annorum circiter triginta; ſicut ipſe cuidam (9) Epiſcopo, qui Dei gratia

Sinoti *mutans, quia in Capuano muſivo* S. SINOTVS *inſcribitur. Vide ſi tanti eſt, Florentinium. At in eodem Muſivo (quod ego centies præſens vidi, & exhibuit Mich. Monachus in Sanctuario Capuano poſt pag.* 132. *) non tantum* S. SINOTVS, *ſed &* S. SVSIVS *(haud dubie Januarii ſocius) exhibetur. Ergo ſi in his Hieronymianis Sanctis (propter τὸ* Capua *praepoſitum) Capuani muſivi habenda eſt ratio, non* SINOTVS *ſed* SVSIVS *ſive* SOSIVS *in* SESONTIVM *tranſiit.*

Dices immanem fore SOSII *in* Seſontium *mutationem. Atqui ſciendum eſt, aevo medio cognata nomina facile alternaſſe: id quod in Kalendario Marm. millies oſtendi. In Catalogo Blanchiniano Epiſcopor. Neap. (quem in Diſſert. de SS. Epiſc. Neap. recudi) S. Leo Papa alicubi vocatur* Leontius: *certe quia a Graeco* λέων *fit patrio caſu* λέοντος, *unde* Leontius. *Sic a* Draco *fiebat tum* Draconius *(ſicuti ſemel in his Actis) tum etiam (ſi petatur a Graeco genitivo* δράκοντος *)* Draconṭius, *quod fuit uſitatius. Joan. Diaconus prope ab initio hujus S. Soſii nomen deduxit (id quod eſt) a verbo* σώζω, *quod eſt* ſervare. *Imo quia in Falconii editione legitur* p.170. A Σώζων; *forſitan indicare voluit, hunc S.Diaconum tum* Soſium *tum etiam* Sozontem *fuiſſe vocatum, quippe cognatis nominibus. Imo id ex Mrologio Hieronymiano certiſſimum eſt, quia non niſi a genitivo* Σώζοντος *fiebat* Sozontius, *atq. (emollito dentali elemento)* Soſontius, *h. e. noſter iſte Mrologii Hieronymiani* Seſontius.]

(II) (*Inter* Prudentiae *ac* Sanctitate *inſere litterulam unam, nempe T: tum ſoluta diphthongo, fiet ſtatim,* Vir PRVDENTIA ET SANCTITATE firmiſſimus: *quae haud dubie auctoris ſcriptura fuit. Haec duo enim Eccleſiae miniſtrum* firmiſſimum *efficiunt: maxime ſi* prudentiam *pro* ſcientia *&* ſapientia *vetere notione accipias, quo pacto* Juris prudentiam *uſurpamus. Ac ſane aevo medio Gloſſis illis Graeco-Latinis, quas adhuc terimus, ſemidocti in interpretando utebantur. In his vero veterib. Gloſſis* Prudentia *modo eſt Graece* σοφία (ſapientia) *modo* γνῶσις *i. e.* ſcientia. *Ac duo tantum haec verba praeclarum S.Soſii elogium abſolvunt.*)

[9] Ecquiſnam hic epiſcopus fuerit, in Jo: Diaconi Actis martyrii haud multo ante medium proditur in hunc modum. *Erat nempe tunc beatiſſ. Soſſius annorum circiter triginta; ſicut ipſe cuidam revelaverat epiſcopo, nomine* THEODOSIO, *quem propter vitae meritum valde dilexerat. Advenerat autem iſte de Graecia, & propter religionem multa cum eo ſodalitate fuerat conjunctus; quique etiam & de eodem fatebatur Diacono, quod vere Domini noſtri Jeſu Chriſti diſcipulus & imitator eſſe ſtudebat.*

Digitized by Google

tia aduenerat in extaſis reuelare dignatus eſt . Ipſo Epiſcopo aſſerente , quod Venerabilis *Soſſius* , propter metum paganorum non facile in pubblicis (10) locis (11) hic notiam habuit beatiſſimorum officio ueniebant in Eccleſia Ciuitatis Epiſcopus

[10] Huc ſpectat quod idem Jo: Diaconus prope ab initio de Soſio ſcripſit. *Quum nocte dieq. quamvis PALAM OB INSIDIAS PERSECUTORUM NON AUDERET CONVERSARI ; tamen ad nil aliud erat intentus , niſi ut incredulos invitaret ad fidem , & fideles ad imminentes corroboraret agones* . Sed & quae ibid. ſequuntur , ea mutilo huic inviſentium ſe , ac de Divinis rebus colloquentium Sanctorum loco , qui ſequitur , lucem foenerantur . *In tantum coepit* [Soſius] *ab hominibus fore dilectus , ut Januarius Beneventanae ſedis egregius antiſtes , licet majoris eſſet dignitatis ; magni tamen Dei uſque ad mortem ſe humiliantis imitator effectus , ſedulus ad illum viſitandi gratia properaret ; & doctrinae pabulum mutua ſibi ſubminiſtrantes affluentia , non ſolum animos ſuos ad caeleſtia ſublevarent , ſed & Dominicum gregem per ſacra colloquia informarent* . Qui locus , uti dixi , mutilo , qui ſequitur , hujus ſectionis loco lucem affundit .

(11) (*Excidit hic τὸ* Videbatur. *Nam ſicuti in fine ſect. hujus legitur* , Sancti . . difficile in pubblico uidebantur ; *ſic quoq. hic :* Non facile in pubblicis locis videbatur .) Jam vero hinc uſque ad finem ſectionis hujus plura ex intervallo deſunt , quae ſine alterius ſcripti ſubſidio haud quis facile ſuppleverit . Res ſic ſe habet . Amanuenſi , qui haec Acta anno 1180. deſcripſit , exemplar fugientis & evanidae ſcripturae fuiſſe propoſitum , res ipſa clamat . Hinc facile eſt , quod in locis lectu difficilibus deſcriptor noſter caſus ad ſuam libidinem variavit , totque pene ſoloeca admiſit , quot verba deſcripſit . At hoc ferendum . Illud autem quis ferat , quod quum hinc uſque ad finem ſectionis hujus plura verba aut commata vetuſtate deleta in exemplari reperiſſet ; ita deſperatae lectionis verba praeterivit , ut ſigna nulla lacunarum in ſuo apographo notans , omnia continua ſerie perſcripſerit , quaſi ſi nihil deeſſet ? Niſi vero id peccatum a priore deſcriptore fuit ob ſimilem cauſam admiſſum . (*Imo , quia ex Jo: Diacono non maxima ad perſanandum hunc locum hauritur lux ; aperte colligo , jam tum aevo hujus Diaconi , h. e. ineunte X. ſaeculo , primae ſectionis hujus deploratam fuiſſe gangraenam , ita ut hujus etiam Diaconi , ut illa aetate doctiſſimi , medicas reſpuerit manus . Nos tamen in Appendice Adnot. IV. ad haec quoquo modo ſarcienda noſtram qualemcumque induſtriam conferemus*) . Vtut eſt , hinc uſque ad finem ſectionis plures hiatus ſunt , quibus oratio ita interrumpitur , ut vix quidem commode textum conſtituere queas .

Digitized by Google

pus diuerſis Ciuibus ſe occulte invicem (12) uiſitabant. Sermo uidelicet, collectio Diuinæ legis erat in edificatione hominis, quos Xp̄o credere uidebant; Et quia in ipis (III) locis, ideſt cum ipis frequens erat paganorum, nobilium uirorum magnam (13) uatem, et tuſtamulus (14) uſque in hodiernum diem illam eē ma-

(12) Haec, & quae mox ſequuntur de *ſermone* & *collectione Divinae legis*, ex Jo: Diaconi loco, quem adſcripſimus in Adnot. 10. lucem hauriunt.

(III) (*Nae amanuenſis iſte ita ſcribens male habitus fuiſſet, ſi Octaviano Aug. innotuiſſet: de quo Sueton. cap.* 88. *narrat:* Tradidiſſe aliquos, legato eum conſulari ſucceſſorem dediſſe ut rudi & indocto, cujus manu IXI. pro IPSI ſcriptum animadverterit.)

(13) Huc refer quae Jo: Diaconus prope ab initio ſcripta reliquit, ab his Actis certe deſumpta. *In oppido Miſenatium potiſſima incubuerat perſecutio, quia illic celebris PAGANORUM frequentabatur occurſus propter VATIS Sibyllae ſepulcrum haud inde longe diſcretum.* Eodem facit & Raynerii (qui Jo: Diacono antiquior, ſed non vere, dicitur) in Translatione SS Eutychetis & Acutii locus apud Falconium pag. CLXXXII. *Penes igitur* [inquit] *Cumanae civitatis moenia, ubi VATIS Sibyllae promulgata quondam fuerant oracula, ac Daedalea tecta* (*Daedala tecta* ſunt ex Virg. IV. Geor. ver. 179. i. e. *ingenioſa*) *mirabili opere conſtructa, in aditu ſinus Bajarum maris contigua urbs Puteolana eſt poſita. Quae praeclaris aedibus in Campaniae finibus antiquitus enitens, ſicut adhuc in ruderibus aedificiorum veterum cernitur, vigentibus PAGANORUM ritibus tanto FREQUENTABATUR acceſſu innumero, quanto illic delectabilium thermarum populus pene ubique diſperſus placebat* (pro *ſibi placebat*) *lavacro.* Ex his locis [quae ex Actis hiſce ſinceris, quamvis hac parte laceris, ſibi praeſidium adſciſcunt] poteſt intelligi, quarto ineunte ſaeculo adhuc Cumanae Sibyllae religionem viguiſſe; etſi eadem edere oracula deſierit, ut liquido ex Raynerii (*Quondam fuerant*) elicitur. *Daedalea tecta* Raynerii adhuc curioſis monſtrantur [quae vulgo incolae vocant *Le cento camerelle*] recte, an ſecus, non interpretor.

[14] De portentoſo iſto TVSTAMVLVS decernere aliquid difficillimum fuiſſet, niſi Jo: Diaconus facem praetuliſſet. Vide locum in Adnot. 13. ubi paganorum frequentiam in eis locis fuiſſe dicit propter *VATIS Sibyllae SEPVLCRVM*. Quocirca non eſt mihi dubium, quin in priore exemplari ſcriptum fuerit, *cujus tumulus:* quae duae voces quia ob fugientem ſcripturam difficillimae le-

ctu

Digitized by Google

manifeſtatur . Idō Sancti , ut diximus , difficile in pubblico (15) uidebantur.

2. (*b*) Beato (16) itaq. *Januario* in Meſinatæ Ciuitate poſito, factum eſt, ut beatus *Soſſius* Diaconus in Eccleſia ſua Sancta Dei Euangelia (IV) legeret, et ſubito de

ctu evaſerant ; hinc amanuenſis excudit prodigioſum illud *et tuſtamulus* . Hac vero lectione reſtituta, locus hic pulchre fluit : *Magnam Vatem*, *cujus tumulus* (pro *et tuſtamulus*) *uſque in hodiernum diem* &c. Nihil verius . At quod ſtatim ſequitur , incertus ſum , utrum addito *Apud* legendum ſit , *Vſque in hod. diem* (apud) *illam Eccleſiam* (pro *Eccleſiae* , quod nunc prave legitur) *manifeſtatur ;* an vero τὸ *Manifeſtatur* verbum deponens ſit pro *Manifeſtat* , ac proinde ſine ulla additione ac mutatione ſententia ſic procedat : *Cujus* (vatis) *tumulus uſque in hod. diem illam* (vatem) *Eccleſiae* (i. e. *multitudini ;* id quod ἐκκλησία profanis ſignificat) *manifeſtatur* i. e. *manifeſtat* . In Graeco forſan erat ἀποφαίνεται, aut tale aliquid , voce paſſiva , ſed activa notione . Sic infra *Cuſtodiebantur* (pro *Cuſtodiebant*) ex Gr. ἐφυλάττοντο : de quo vide in Adnot. 2. (*Sed poſteriore hac explicatione abiecta* , *priorem nunc merito amplector : de qua accuratius infra in Append. Adnot. IV.*)

(15) Confer Jo: Diaconi , & Raynerii loca in Adnot. 10. & 13.

ADNOTATA AD SECT. II.

(*b*) (*In hac ſect. ver.* 1. *ex* Jannuario *alterum N eliſi tum hic* , *tum in ſequentibus* , *teſtante Fabro* , *raro in codice illud N in hoc nomine duplicari* . *Etſi fieri poſſit* , *ſupra N lineolam fuiſſe notatam : quod ſi ſit* , *redibit* Iannuarius . *De quo cum in Fabriana collatione nihil ;* *malui* Ianuarius *ſcribere* . *Adhaec ex codice* Meſin. *non Meſſin. ſcripſi*. 2. *Ver.* 4. flam̃a *ſcripſi linea ſuperpoſita ; & pro* quam (*quod rectum erat*) *ſcripſi* quem *ex codice* . 3. *Verſu 6. reliqui* prenunt. *quamvis in cod. loco τῷ* pre *ſit tantum* p *cum haſta tranſverſim ſecta* , *ita ut eſſe poſſit tam* pro , *quam* pre .)

(16) Tota haec ſectio eiſdem verbis a Beda & ſecutis eum Martyrologis contrahitur . Eadem etiam narratio diverſis verbis apud Jo: Diaconum legitur .

(IV) (Evangelia antiquitus lecta non decantata , uti poſtea IX. & ſeq. ſaeculis . Flamma caput Soſii ambiens cum flamma Polycarpi comparatur . Praeſagia martyrii in Martyrum hiſtoriis familiaria , & quot modis oblata . De viſo Matris S. Januarii .

In hac ſectione duo prae ceteris notanda : I. Quod Soſius Evangelia legere *ſcribitur : appoſite* , *quia tunc temporis non canebatur Evangelium* , *ſed legebatur* , *ſicuti & ceterae Scripturae* . *At Jo: Diaconus* in

in ſua S. Soſii vita lectionem in cantum permutavit, obſecutus aetati ſuae: Sacroſancta, *inquit*, Evangelia ſonoro jubilo perſonantem. *II. Alterum eſt flamma emicans ex capite Soſii: quam in martyrii ſignum accepit S. Januarius. Simile eſt quod in epiſtola Smyrnenſis Eccleſiae de S. Polycarpo legitur ſect. V.* Signum tamen ante triduum, quam comprehenderetur, revelationis accepit. Intuebatur cervical capitis ſui FLAMMA AMBIENTE CIRCVMDARI. *Quod B. Senex de paſſione ſecutura accepit.*

Dixeris, Polycarpum non γενικῶς *de qualibet paſſione, ſed de ſua crematione id fuiſſe interpretatum.* Tum, *ſubdit*, converſus ad comites ſuos prophetice dixit: (δεῖ με ζῶντα κατακαυθῆναι) oportet me vivum comburi. *Quod in Soſium cadere nequit, qui nec in Bononienſibus, nec Vaticanis, nec aliis uſtulatus fuit. Tamen re vera ignis in Scripturis* γενικῶς *quamlibet paſſionem notat, ſicuti Baptiſmus ignis eſt Baptiſmus paſſionis.* Rhaidem Catechumenam Origenes *Baptiſmum ignis conſecutam*, h. e. ſanguine martyrii lotam dicebat. At nolo his immorari, ut qui in Kal. Marm. p. 638. cap. 4. in explicanda *Conſumatione per ignem*, fuſe oſtenderim in hac locutione quodlibet martyrium, etiam incendio carens, intelligi. *Quamvis ergo in Polycarpo etiam ſecundum litteram illud praeſagium flammae impletum fuerit; haud continuo minus in Soſio ignis praeſagivit martyrium, maxime interprete commilitone Soſii Januario, qui flammam ex capite emicantem, pro capitis abſciſſione accepit:* Oſculatus caput ejus ET (*corr.* EST) gratias agens Domino, caput quod pro Domino.... paſſurum eſt.

Ac ſane piget, quod hoc praeſagio, quo quaſi gemmâ haec Acta mire coruſcant, Vaticana careant. Aegre, inquam, hoc mihi eſt; quia in paſſionibus Martyrum nihil frequentius eâ vaticinatione incumbentis martyrii. Lege ſis Ruinartianas Martyrum hiſtorias; in illuſtrioribus quibuſq. id minime deſiderabis. Ea praeſagia interdum vigilibus, ut hic, ſaepius autem ſecundum quietem offerebantur. Interdum non ipſiſmet Athletis, ſed eorum maxime caris ea viſa occurrebant. In his noſtris infra ſect. VII. Mater S. Januarii .... vidit in ſomnis ante triduo, quod Januarius Epiſc. in aëra ad Caelum volabat, *ad coronam ſcil. praeripiendam. Quod fuiſſe verum, ſtatim docuit comprehenſionis filii nuntius: quo intellecto, ſtatim etiam ipſa coronata*, in oratione reddidit ſanctum ſpiritum. *Haec de Matre periocha ornat quidem Vaticanam paſſionem verbis totidem, ſed ita exornat, ut eadem hinc illuc adſcita videatur: uſque adeo a ceteris diſſidet, quae a poſteriore manu infarta, totam Paſſionem inquinaverunt; ita ut Vaticana Acta per haſce farturas hodie diverſa a Bononienſibus videantur.*)

ADNOT. AD SECT. III.

(*c*) (*Ver.* 1. *ſcripſi* Draccontium *hic ac ſemper, quia ſemper cum C duplici in codice ſcribitur. Mox ſcripſi* Campanie *cum autographo. Ver.* 6. *revocavi* Diaconem: *quae eſt erudita ſcriptio codicis: nam* Diacon, diaconis *frequens apud Eccleſiae ſcripto-*

de Capite ejus flam̃a exurexit, quem nemo alius uidit, niſi beatus *Januarius* Epiſcopus; Qui ita eum martyrem futurum ex hoc ſignum quod uiderat prenuntiauit; et congaudens, oſculatus Caput ejus, et gratias agens Domino, caput, quod pro Domino Jeſu Chriſto paſſurum eſt.

3. (c) Poſt non multos dies factum eſt, ut ad Dracontium (17) Judicem Campanie eorum fama nun-

ptores, ſicuti & Graece Διάκων, διάκονος *Ver.* 13. *revocavi* perrexit (*duplicatâ caninâ*) *ex membranis, in quibus haſta* τῶ p *tranſverſim ſecatur, ut ſit* per.

Ver. 16. *reduxi* τὸ cuſtodiebantur, *ut in cod. cum ante eſſet* cuſtodibantur: *etſi & hoc rectum.*

Ver. 17. *ante* magnitudo *ſupplevi ex codice* τὸ nob. *i. e.* nobilis. *Extremo ver.* 19. *retinui quidem in hac editione* τὸ Dei: *at in membrana eſt* di *cum linea ſuperne: quod haud dubie* Dei *eſt, ſicuti ſupra* idō *eſt* ideo.

Sexto a fine ſectionis verſu in priore editione erat abſedite: *ſed ex codice reſtitui* abſcedite.

(17) *Quodnam circa Judicem, hinc inter Acta Bononienſia cum Bedâ, illinc cetera, diſcrimen. Romano magiſtratui Graecum* Timothei *nomen parum congruum.* Dracontii *plures in Cod. Th. De hoc noſtro divinatio. Campaniae Rectores ab Hadriano* Conſulares, *poſt Conſtantinum etiam* Correctores *dicti.*

Hoc prae ceteris intereſt inter haec Acta (quibus Beda ceterique Martyrologi ſuffragantur) interq. alia recentiora omnia, quae ſimul collecta Falconius edidit. Nam in his poſterioribus duo ſunt judices: ab initio *Dracontius* (de quo nominatim Raynerius & Jo: Diaconus mentionem faciunt: nam ceteri eum non nominant, ſed tacite deſignant) cui Soſius, Proculus, Eutyches & Acutius ſiſtuntur: mox ei *Timotheus* ſucceſſor datus, judicium redintegrans, etiam Januarium cum Feſto ac Deſiderio tenuit, ac per cruciatus alios ex aliis atrociſſimos fruſtra vexavit; ac demum omnes ſecuri percuſſit. At in his antiquioribus ac ſincerioribus Actis, ac Bedâ cum aliis, Dracontius unus martyres hos omnes interrogat, ac ſtatim capitis abſciſſione occidit. Cetera diſcrimina in decurſu obſervabimus.

At mihi quidem ſuſpectum eſt, Romano magiſtratui Graecum *Timothei* nomen fuiſſe: cujus rei non multa exempla reperio. Nec ullus uſquam, quod equidem ſciam, in martyrum geſtis *Timotheus* provinciae rector occurrit. At *Dra-*

ciaretur. Hoc audito, Dracconius Judex juſſit, eos, ſecundum Imperiali præcepto, inquiri, et ad ſe adduci. Inquirentes uero inuenerunt beatum *Soſſium* Diaconum, et duxerunt ad Judicem. Draccontius enim Judex iuſſit eum Ergaſtulo mancipari, quoaduſque fieret eius [V] interrogatio; Retruſo itaque beato *Soſſio* in

contius Campaniae praeſes (idem forſan atque hic noſter) in S. Marcelli Mart. (qui tamen falſo ſub Juliano ponitur) Actis apud Mich. Monachum in Sanctuar. Capuano pag. 137. legitur. Nec te turbet, quod ibi is *Dragontius* cum G ſcribitur: nam ſicuti *Cajus* & *Gajus*, & alia ſexcenta, ſic *Dracontius* & *Dragontius* ſcriptum reperitur. Apud Grut. p. 712. 5. in Salernitano marmore quidam VAL. DRAGONTIANVS occurrit: & hic idem noſtrorum athletarum judex in Raynerii Translatione SS. Eutychetis & Acutii item *Dragontius* cum G ſcribitur.

Et quidem in Cod. Theodoſiano unus itemque alter *Dracontius* occurrunt. Ad *Dracontium Vicarium Africae* inſcribuntur leges 10. 11. 13. 16. 33. *de Appellat.* Verum hic alius a noſtro eſt, quippe quum ſub Valentiniano ſeniore viguerit ac legum earum tempora in ann. 364. uſque ad 367. conveniant. Sed tamen ex noſtri Dracontii familia prodire potuit.

At eſt in eod. Th. Cod. *Dracontius* alter ſub Conſtantino Magno; quem ſive noſtrum eſſe puto, ſive noſtri filium aut proxime conjunctum. Is *Dometius* pro *Domitius* Graeco more; ſicuti & *Dracontius*, pro *Draconius*, ex Graeca orthographia fluxit (interim in his Actis ſemper *Draccontius* cum C duplici & inſerto T, ſemel *Dracconius* ſcribitur) is *Dometius*, inquam, *Dracontius* appellabatur. Exſtat in eo Cod. lex. 4. *de Jure Fiſci* inſcripta *Ad Dometium Dracontium Magiſtrum privatae rei Africae* anno 320. itemque ad eumdem inſcribitur l. 1. eod. Cod. *de Conlat. fundor. patr.* an. 321. Vtcumque eſt, hic certe, inquam, ſive idem eſt, qui antea Conſularis Campaniae in Januarium cum ſoc. animadverterat, ſive ei conjunctus.

Ceterum noſter hic Dracontius generali vocabulo in hiſce Actis *Judex* paſſim vocatur: quamvis Campaniae rectoribus ab Hadriano inſtitutis peculiare *Conſularium* nomen ab eodem inditum fuerit, Spartiano teſte in Hadriano. At ſequentibus temporibus iidem rectores in lapidibus etiam interdum *Proconſules*, nec raro *Correctores* nuncupantur: de quibus alibi opportunius differemus.

(V) *ADD.* En Soſii legitima interrogatio in tempore facienda. Quam re vera factam oportuit, & qui-

Digitized by Google

in ardua cuſtodia carceris, a militibus cuſtodiebatur; Quod dum beatus *Jannuarius* repperiſſet, quia beatus *Soſſius* Diaconus carceri fuerat mancipatus, ſtatim ad carcerem cum Diacono ſuo *Feſto*, et Lectore ſuo *Deſiderio*, ut eum conſolaretur (18) perrexit. Et ingreſſus ubi tenebatur in uinculis dicebat [VI]. *Quare ſine cauſa tenetur homo Dei in carcere?* Statim milites qui cuſtodiebantur carcerem nunciauerunt Judici dicentes. Ecce homines illi, de quibus nob. magnitudo ueſtra iuſſerat, ut inquirentes, teneremus eos; Ad carcerem uenientes dicunt. Quare ſine cauſa tenetur homo Dei in carcere? Mox ut hoc audiuit Judex, iuſſit eos teneri,

quidem ante ſequentem interrogationem SS.Januarii, Feſti, & Deſiderii, quae mox hac ead. ſect. deſcribitur. Ad ſummam ubicumq. audis Martyres non prius auditos damnari, aut etiam non prolata ſententia ad ſupplicium rapi; ea omnia facta, quae ordo judicialis poſceret, tecum ipſe decernito, etſi ea ſcriptor praeterierit. Haec eo monui, quod interdum Cl. Stiltingus adverſus talia (non quidem a judice ſed a ſcriptore neglecta) in vanum declamitat, ut alibi monebimus.)

Ad id quod ſequitur (*Retruſo... Soſſio in ARDVA cuſtodia*) pro *ardua*, ne dubita quin ſcribas *arcta*. In actis Martyrum *Arcta* eſt cuſtodiæ perpetuum epitheton: at *Ardua* quid hîc facit?

(18) Raynerius (in de SS. Eutych. & Acutio) non ab Januario, Feſto, & Deſiderio viſitatum fuiſſe Soſium in carcere narrat, ſed ab Eutychete & Acutio; quibus duobus Jo: Diaconus tertium adjungit comitem Proculum diaconum. Quos & ſimul cum Soſio incluſos in carcere fuiſſe volunt tum hi, tum Acta Vaticana. At revera hi tres (Proculus, Eutyches, & Acutius) tum demum tenti ac damnati ſunt, quum Januarium cum Sociis ad ſupplicium duci videntes, de eo conqueſti ſunt, ut ſect. *6.* narratur.

(VI) (*Simile illud eſt, quod mox ſect. V.* Proculus, Euthyches, & Acutius *interrogant*: Quid enim mali homines iſti fecerunt, ut eos judex juberet occidi? *Ac jam tum anno* 177. *in perſec. Martyrum Lugdunenſium repertus eſt* Vettius Epagathus *Chriſtianus & vir Clariſſ. qui cum Chriſtiani modis omnibus vexarentur, tribunal judicis ambiens, palam rogavit ut ad cauſam pro Chriſtianis dicendam admitteretur: qui ſe Chriſtianum profeſſus, in Martyrum*

neri, et ad ſe adduci. Qui dum inuenti fuiſſent, ad Judicem venire non dubitauerunt; Et dum preſentati fuiſſent Judici, Draccontius Judex ſedens pro tribunali, his uerbis interrogauit beatum *Januarium* Epiſcopum, dicens ei. Cujus religionis homo es? Sanctus *Januarius* reſpondit; *Chriſtianus ſum, & Epiſcopus*. Judex dixit ei. Cuius Ciuitatis? Sanctus *Januarius* ℞. *Beneventanae Eccleſiae*. Judex dixit. Et hi quid tui ſunt? Sanctus *Januarius* ℞. *Vnus Diaconus meus, et alter Lector*. Judex dixit. Et ipſi ſe Chriſtiani (19) manifeſtant? Sanctus *Januarius* reſpondit. *Etiam: nam, ſi eos interroges, ſpero in Domino meo Jeſu Chriſto, quod nec ipſi ſe Chriſtianos eſſe negant*. Qui interrogati a Judice dixerunt, *Chriſtiani ſumus, et parati ſumus mori propter Dei amorem*. Tunc Judex ira repletus, beato *Januario* Epiſcopo dixit. Accedite, & offerte diis libamina, ſecundum decretum Imperatoris, et abſcedite in Leſi (20). Sanctus *Januarius* Res:. *Nos cotidie Omnipotenti Domino noſtro Jeſu Chriſto ſacrificium laudis offerimus, non diis ueſtris uanis*. Hoc (21) audito Judex, iuſſit eos in carcerem reci-

tyrum numerum relatus eſt, ut hic Eutyches *&* Acutius. *Ac plura his ſimilia libere dicta infra ad Notas Stiltingianas & in primis illuſtre exemplum ex Actis SS. Tarachi & Soc. producam.*

(19) De hoc Helleniſmo (*Chriſtiani* pro *Chriſtianos*) vide dicta ſup. in Adnot. 2.

(20) Id eſt *abſcedite illaeſi*. Mox ſtatim: *San. Jan. RES. h. e, Reſpondit*. Haec eadem vox ſupra conſueto illo ℞. deſignatur.

(21) (*Tota praecedens interrogatio veriſimilitudine, parcimonia ac proprietate verborum, adhaec pietate, religione, miriſque virtutibus aliis emicat, ut nihil ſupra. Quod multo emicabit magis, ſi hanc cum iis interrogationibus conferas, quae in Vaticanis, in Jo: Diacono, in Actis* Ad gloriam *cum taedio leguntur. In his noſtris probra & imprecationes nullae, nec quidquam eorum, quae Tillemontius in evulgatis Actis criminabatur. Judex ipſe gravitate ac ethni-*

recipi, & alia die arena parari, et (*) una cum Sanćto *Soſſio* ad Vrſos tradantur.

4. (*d*) Alia uero die, ſecundum iuſſum Judicis paratur arena in Ciuitate Puteolana, adducuntur Sanćti ad amphiteatrum. Spećtatur (22) Judex ad (23) expećtaculum. Sed (VII) ut Judex moras inećteret, cauſa pu-

ethnica qualicumquè boneſtate plane ſe uti magiſtratum Romanum gerit: in quo vix alitd reprebendas, quam quod ſibi parendum imperialibus juſſis miſer putavit. Deniq. omnia κατὰ τὸ πρέπον *&* *ex veriſimili fiunt.*) Atq. haec eadem interrogatio a Dracontio Puteolis, aut ſaltem in alio vicino loco fakta omnino fuit. At in Aćtis Vaticanis Nolae inſtitura inducitur a Timotheo, ac non niſi poſt eam Martyres Januarius, Feſtus & Deſiderius ante rhedam praeſidis Puteolos pertrahuntur, ad urſos tradendi. Vide etiam Lećtionem IX. in Officio diei S. Januarii edito an. 1525. & Jo: Diaconum ceteroſque. At Baſilii Menologium de loco cum noſtris ſincerioribus facit; nam in eo Menologio Puteolis omnia ab initio ad finem tranſiguntur: de Nola ne verbum quidem: de quo infra in Appendice, Adnot.I.

(*) *Pro* Et (*ſicuti in membr. Bonon. legitur*) *corrige* Vt. Arenam, *inquit*, parari, ut . . ad urſos tradantur. *Nec temere Soſſius nominatim additur*. Ut, *inquit*, cum S. Soſſio ad urſos tradantur. *Vides ut bic etiam de Soſſio, non tanquam gregario milite (quem nominari non neceſſe fuiſſet) verum ut uno ex ſigniferis agatur. Ducum alter Januarius erat: Soſſius virtute ac meritis proximus.*

ADNOT. AD SECT.IV.

(d) (*Ver.* 2. Puteolana *pro* Puteol. *&* *v.* 5. publ. *pro* pubbl. *utrumq. ex MS. Verſ. 6. pro* dixit judici, *repoſui ex Cod.* judici dixit. *Et pro* eſt, e's *cum intermedio accentu. Et ver. 9. pro* adduci *ex membranâ reſtitui* duci. *Ver. ult.* cedi *ſine diphthongo*.

(22) *Spećtare* pro *Exſpećtare* verbum eſt aevi medii, de quo vide Cangium.

(23) Quae in praecedenti vocabulo demitur ſyllaba, ea heic additur. Porro *Exſpećtare* pro *Spećtare* uſurpat non ſemel Innocentius inter Gromaticos ſcriptores editus a Rigaltio, qui ſub Conſtantio vixit. Sicut & *Virgo exſpećtabilis* pro *ſpećtabilis* Prudentio dicitur in II. contra Symm. Et Symmachus ipſe II. 79. *Exſpećtatum* pro *Spećtato* dixit, teſte Jureto.

(VII) (*In hanc totam periodum quaedam non ſpernenda adnotaveram tomo 3. Kal. marm. in Additamentis ad haec Aćta pag. 971. Adn.9. Hanc proinde totam Adnotationem huc inſerre neceſſe video.*

Grae-

publica faciente, et ad amphiteatrum tardius properare, ueniens Arenarius Judici dixit. Jam tardius és Domi-

Graeciſmi quidam loci hujus enodati. Arenarii vox etiam de Arenae praepoſito uſurpata. Proſopopoeia Pallii Tertullianici dilucidata.

Verſu 4. *Sed ut judex moras inneĉteret* (imo *inneĉtebat*, non vero *inneĉteret*; nam hic VT non eſt ἀπολογικὸν, quod cum conjunĉtivo jungitur; ſed eſt loco Graeci ὡς pro *Vbi* aut *poſtquam*) *cauſa publica faciente* (pro *exigente*: nam ut ſup. diximus Adnot. 3. Graece erat πραττούσης: πράττω autem primario eſt *Facio*, at ſaepe etiam eſt *Exigo*, *Cogo*) *& ad amphitheatrum tardius properare* (imo *properabat*, uti modo notavi) *veniens arenarius dixit judici*.

Arenariorum vox trita eſt pro iis qui in amphitheatro depugnant, ut l. 2. §. 2. *D. de teſt.* & l. 38. *de operib. libert.* & alibi. Nec aliter Tertullianus de ſpeĉt. c. 22. ſimul damnans *quadrigarios*, *ſcaenicos*, *Xyſticos*, *arenarios*. Addatur Praefatio libelli precum Marcellini & Fauſtini, ubi legitur: *Cum omnibus perjuris & arenariis.. Lateranenſem baſilicam tenuit*. Mox ibidem: *Invitat arenarios, quadrigarios & foſſores.. & obſedit baſilicam*. Adhaec in Concil. Calched. aĉt. X. συναγαγὼν ὄχλον ἄτακτον μετὰ ξιφῶν καὶ ἄλλων τινῶν ἀρεναρίων: & infra: μετὰ ξιφῶν καὶ ἀρεναρίων καὶ δήλων τινῶν: ubi translatio vetus *Arenarios* reddidit. Verum utrum omnibus his locis *Arenarii* ſint qui depugnent, an etiam interdum, quibus Arenae ſive muneris apparandi cura incumberet, non definio. At in hoc certe Aĉtorum loco *Arenarius* poſteriore ſignificatu accipitur: in quo etiam Graece Ἀρενάριος fuiſſe, ex Concilii Calchedonenſis locis produĉtis diſcimus. Nec ſecus Symmachus uſurpavit in V. epiſt. 57. *Dies*, inquit, *muneris.. admovetur: cui largitas candidati ſola non ſufficit, ſi lautioribus arenariis deferatur*. Vbi liquidum eſt, *arenarios* eſſe qui munus apparant, non qui depugnant: quidquid alii ſentiant. Quod vel ex adjeĉtivo *Lautioribus* poteſt intelligi. Si lautioribus, inquit, arenariis (h. e. arenae præpoſitis) defertur negotium, quantalibet candidati largitas non ſufficiet. Et certe idem nomen, etſi aliorſum detortum, praepoſiturae ſignificantiam in Tertulliano obtinet extremo lib. de Pallio, ubi is ita Pallium προσωποποιεῖ; *De meo* [inquit pallium] *veſtiuntur & primus informator litterarum, & primus enodator vocis, & primus NVMERORVM ARENARIVS* (h.e. arithmeticus, qui in abaco arena conſperſo numerorum compoſitiones edocebat) *& grammaticus, & rhetor, & ſophiſta* &c. Omnes hoſce doĉtores palliatos, non togatos fuiſſe oſtendit. Quod ſi novum hoc *Numerorum arenarii* a Septimio fiĉtum vocabulum, praepoſiturae nomen eſt; quidni etiam amphitheatralis *arenarius* interdum de mancipe aut curatore [quemadmodum in his aĉtis accipitur] intelligetur?

Digitized by Google

mine, audire (24) eos modo non potes. Tunc Draccontius Judex iuſſit Sanctos de amphiteatrum tolli, et ad ſe duci. Quibus (25) ſedens pro tribunali dictauit (26) ſententiam, dicens, *Januarium Epiſcopum, et Soſſium, et Feſtum Diaconis, & Deſiderium Lectorem, qui ſe Chriſtiani profeſſi ſunt, et decreta noſtra contempſerunt, capite cedi iubemus.*

5. (e) Qui dum ducerentur ad decollandum, quidam de Plebe (VIII) circum adſtantibus, ad.g. (27) Pro-

(24) Juſſa eſt quidem arena parari; cum eo tamen ut antequam urſis traderentur, iterum interrogarentur, num in ſententia perſiſterent, atque ita demum pronuntiatâ ſententiâ, beſtiis exponerentur. Verum quum judex ſerius juſto venturus eſſet, itaut deeſſet tempus ſpectaculo; idcirco arenarius dixit, *Audire eos modo non potes*, ac ſimul (quod heic ex circumſtantiis ſupplendum eſt) quam in eos ſententiam animo conceperas, ut urſis traderentur, eam exſequi hoc ipſo die non potes. (*Ad ſummam non ſatis, ait Arenarius, diei ſupereſt, ut in interrogatos prius, mox dicas ſententiam, ſimulq. urſis tradas, quia ad ſpectaculum multum diei opus fuit. At ſuperfuit certe tantum, ut capite damnaret (interrogatos tamen prius an perſiſterent: quod ſubauditur) ſimulq. capita abſcindi juberet.*

(25) Non niſi auditis prius dictavit ſententiam ac fort. poſtridie ejus diei, quo ob ſero advenientem praeſidem Arena fruſtra parata eis fuit. [*Imo non poſtridie (nec enim id neceſſe) ſed eopte die, cum ſatis diei eſſet ad abſcindenda capita. Vide in fine Adnot.* 24.]

(26) Haec ſententia eiſdem verbis concipitur in Actis Vaticanis, in Lectionibus, & in Jo: Diacono: niſi quod hi cuncti, ut cauſae ſuae ſervirent, VIIviros omnes eàdem ſententia involvunt in hunc modum: *Januarium epiſcopum, Soſium, Proculum, & Feſtum Diaconos, & Deſiderium lectorem, & Euticetem & Acutium cives Puteolanae civitatis, qui ſe Chriſtianos eſſe profeſſi ſunt, & diis libamina, vel imperatorum praecepta contempſerunt, capite caedi jubemus.* Atqui Proculus, Eutyches, & Acutius non niſi poſt hanc ſententiam latam (uti ex noſtris Actis conſtat) comprehenſi ſimulque damnati fuerunt.

ADNOT. AD SECT.V.

(e) (*Ver.* 2. ~~ω~~ adeſt *in Cod. puncto medio in partes componentes diffinditur, ſicuti poſui. v.* 3. puteolane *pro priore* putteolane.)

(VIII) Quidam, *inquit*, de plebe circumadſtantibus adeſt. *Mira locu-*

(27) *Proconſulus* Puteolane Ciuitatis Eccleſiæ Diaconus; et duo laici, *Eutichis* (IX) et *Acutius*, hi tres dixerunt. *Quid enim mali homines iſti fecerunt, ut eos Judex iuberet occidi?* Statim eorum uerba ad Judicem perlata ſunt. Quod cum Judex audiſſet, ſtatim cum ſumma feſtinatione iuſſit eos teneri, et cum Sanctis martyribus decollari.

6. (*f*)

locutio fuerit ſi cum Plebe (*utpote nomine collectivo*) *jungatur plurale* circum adſtantibus. *Atqui noli credere tam eruditum Actorum interpretem exſtitiſſe. Illud magis eſt ut τὸ* Circum adſtantibus *dativus ſit rectus ab* Adeſt. Quidam, *inquit*, de plebe adeſt circumadſtantibus, *lictoribus ſcil. Martyres deducentibus. Sequitur:* Proculus Puteolane civitatis Diaconus. *Nodus difficilis. Nam ſciendum eſt, prioribus ſaeculis ab Eccleſia nomina ſaecularis politiae fuiſſe adoptata. Veluti Clerus abſolute* Ordo (*quae vox in municipiis curiam notabat*) *laici vero, quamvis genere nobiliſſimi*, Plebeii *dicebantur. Ita ferme III. ſaec. Vide Pontium in Cypriani vita alioſque paſſim, ex quibus confertam exemplorum nubem in Obſervata Biblica contuli. Quo ergo pacto a ſcriptore utiq. Chriſtiano Diaconus hic*, Quidam de plebe *dicitur? Verum non primi ſcriptoris, ſed ejus qui de Graeco tranſtulit, ea culpa fuit. Interpretibus iſtis non alii libri ad traducendum ſubſidio erant, quam veteres Gloſſae G. L. Itaq. cum Graecus Actorum Auctor ita poſuiſſet*, τὶς ἐκ τοῦ πλήθους; *id vertendum fuerat*, Quidam de multitudine. *At homo noſter cum in Philoxeni Gloſſis* πλῆθος *tantumdem eſſe vidiſſet ac* Plebs *hinc* Quidam de Plebe *reddidit.*)

(27) Non *proconſ.* ſed *Proculus* Diac. Puteolanus. Ex his autem diſcis, Proculum cum Eutychete & Acutio non ab initio comprehenſos fuiſſe (quod in aliis Actis narratur) ſed tum demum, quum ceteri quatuor ad ultimum ſupplicium raperentur. In quo Actis noſtris & Beda & ceteri Martyrologi ſuffragantur.

(IX) (*Ad nomina commilitonum Januarii quod attinet, ea varie apud Graecos detorta reperio. In proxima ſententia in eos lata primus eſt* Soſſius *in his actis, & in Vatic.* Soſius: *at apud Graecos in Menologio Baſilii, Menaeis ceteriſq. liturgicis* Σῶσσος. *Sequitur* Feſtus, *qui in Menologio Baſilii* Φαῖστος, Faeſtus, *Menaeis* Φαῦστος Fauſtus. *At* Deſiderius *eodem modo et apud Graecos. Sequuntur hic tres alii recens inter martyres relati: quorum primus* Proculus (*hic errore* Proconſulus) *qui in Baſilis Menologio eſt* Proclus: *at in Menaeis ſemper* Πρόβουλος, Probulus. Eutyches, *qui in Vatic.* Eutices: *ſed tam in Baſil. Menologio, quam in Menaeis* Εὐτύχιος, Eutychius. *Poſtremo qui* Acutius *hic & in Vatic. is in Baſil. Menol.* Ακύτιος,

Acu-

6. (*f*) Qui (28) cum omnes pariter ad martyrium ducerentur, quidam ſenis pauperiſſimus, ſperans ſe be-

E ne-

Acuſtius: *quem tamen Menaea* Ἀκυσίωνα, Acuſtionem *vocant*.

De horum ultimis, Eutychete *&* Acutio *exſtant Acta a quodam Raynerio conſcripta: quem gregatim auctores noſtri ſaec. VIII. ſcripſiſſe definiunt. Quibus ego variis in locis adverſa docui. Vel ea hic ſuffecerint, quae tomo* 3. Kal. Marm. *in Additam. de his Actis pag.* 970. *Adn.*6. *exſtant: quae ſunt hujuſmodi*.

Raynerii Acta SS. Eutychetis & Acutii Chioccarellus, Caracciolus, aliique ſcriptores noſtri octavo ſaeculo compoſita crediderunt. Noſtros porro homines Vghellus, Cangius in indice ſcriptorum quem Gloſſario praemiſit, aliique ſecuti ſunt. Quibus ego minime accedo pluribus ſane de cauſis. I. *Raynerii* nomen, utpote Nortmannis familiare, argumento eſt hunc ſcriptorem poſt Nortmannorum huc adventum floruiſſe. II. Ejus ſtyli nimia cacozelia nihil ſimile habet octavi, noni, decimive ſaeculi ſcriptoribus; ſed citeriorum eſt temporum, quibus ſcriptores majus moliri aliquid, muſis licet iratis, coeperunt. III. Imo hunc Raynerium non ante initia XII. ſaeculi hoc opuſculum elucubraſſe, ex duodecim hexametris Leoninis, quos eidem medio libello inſeruit, apertiſſime arguitur. Qui ſic incipiunt:

Pro ſtudiis quorum munuſcula dantur honorum,
Supplicibus donis his jungi poſce patronis.

Eâdem plane τῶν ὁμοιοτελεύτων lege (non quidem vaga atque inconſtanti, ſed perpetua exactiſſimaque, cujuſmodi XII. ſaeculo uſurpari coepit) ceteri omnes auctoris hujus verſus Leonini decurrunt.

Haec ubi ſcripſeram, monuit Amicus, Cl. Stiltingum §.*III. num.* 41 *meas (me tamen tacito) rationes ſecutum.*)

ADNOT. AD SECT.VI.

(*f*) (*Ver.* 2. *pro* pauperrimus *in autographo eſt* pauperiſſimus: *quod tunc apud vulgus potuit in uſu eſſe, niſi ſit* σφάλμα *amanuenſis. Ver.*4. *pro* pervolutus *in Cod. eſt* pvolutus *ſed cum* p *tranſverſim ſecto, quod facilius interpretêre* provolutus (*id quod edidimus*) *quam quidvis aliud.*)

(28) Quae hinc jam uſque ad finem ſequuntur, in Vaticanis Actis, ferme totidem verbis narrantur: quae per ſingulas ſectiones heic adſcribere non pigebit: ex quibus, ſi non aliud, textus noſtrorum Actorum alicubi emaculetur. „ Qui quum omnes ad martyrium „ ducerentur, quidam ſenex pauperrimus ſperans ſe aliquid beneficii recepturum, oppoſuit ſe „ B. Januario provolutus pedibus „ ejus, rogans eum, ut aliquid „ de veſtimentis ejus mereretur accipere. Beatus vero Januarius „ dixit ei: Poſt decollationem „ meam orarium meum, de quo „ mihi oculos ligavero, ſcias me „ tibi eſſe daturum. „ Nec aliter in Lectionibus.

Digitized by Google

neficia Sanctorum iuuari; Oppoſuit ſe beato *Januario* prouolutus pedibus eius, rogans eum, ut aliquid de ueſtimentis eius mereretur accipere. Beatus uero *Januarius* dixit ſeni illi, *poſt depoſito meo corpore*, *Orarium meum de quo michi oculos* (X) *ligavero*, *ſcias te me ipſum daturum eſſe*.

7. (g) Mater (29) quoque Sancti *Januarj* in Ciuitate Beneuentana poſita uidit in ſomnis ante triduo quod *Januarius* Epiſcopus in aëra ad Cælum volabat; Et cum de ſomno ſuo exſcitaret, et interrogaret quid uellet eſſe, ſubito nuntiatum eſt ei a quodam, quod filius *Januarius* Epiſcopus pro Dei amore vinculis tenerentur; At illa perterrita, proſternens ſe in Oratione s̄cm reddidit sp̄m.

8. In-

(X) (*Dona iſthaec a martyribus ìis μνημόσυνον* [in memoriam] *caris relicta non pauca in eorum actis referuntur. At pulcherrimum illud eſt Orarii dimidium, quod Montanus Flaviano reliquit, de quo Adn. XI. Adde S. Saturi in fine Actor. S. Perp. donativum Pudenti factum*. Tunc Pudenti militi, VALE, inquit, ET MEMOR ESTO FIDEI MEAE... ſimulq. anſulam (*in Cod. Saliſb.* anulum) de digito ejus petiit, & vulneri ſuo merſam reddidit ei, hereditatem pignoris relinquens illi, & memoriam ſanguinis. *Omnes Sanctorum vitae tam in Scripturis quam extra hiſce τῶν μνημοσύνων exemplis abundant. Vide Adn. XI.*)

ADNOT. AD SECT. VII.

(g) (*Ver. 4. pro* excitaretur *in Cod. eſt* exſcitaret ([illegible]) *idq. reſtitui. At in Vatic. eſt* haeſitaret: *quod non improbo. Ver. 6. pro* in vinculis teneretur, *repoſui ex Cod.* vinculis tenerentur. *In fine ipſo poſt* oratione *deerat* s̄cm. *Reſtitui ergo:* s̄cm reddidit sp̄m *i. e. ſanctum redd. ſpiritum. Vaticana verbis totidem*, Sanctum reddidit ſpiritum.)

(29) In Actis Vaticanis. „ Mater quoque Sancti Januarii „ in civitate Beneventana poſita „ ante triduum quam filius ejus „ pateretur, tale ſomnium vidit: „ quod Januarius epiſcopus in aerem ad caelum volabat: & quum „ de ſomno ſuo haeſitaret, & interrogaret, quid velit eſſe; ſubito nunciaverunt ei, quod filius ejus Januarius pro Dei amore in vinculis teneretur. At illa perterrita, proſternens ſe Domino in orationem, ſanctum red- „ di-

Digitized by Google

8. Interea (30) Sancti dum perueniſſent ad locum ubi decollandi erant, ideſt a ſulphurataria, Sanctus *Januarius* flectens genua ad orationem ſuam dicebat, *Domine Deus omnipotens in manus tuas commendo ſpiritum meum*. Et erigens ſe, accepto orario (XI) ſuo, ocu-

E 2 los

, didit ſpiritum. „ Vide & Lectiones. (*Atque iſtud, SANCTVM REDD. SPIRITUM, quod in Bononienſib. aeque ac Vatic. legitur, ſatis luculentum hujus beatiſſ. mulieris ſanctitati teſtimonium praebet.*)

ADNOT. AD SECT. VIII.

(30) In Actis Vaticanis ita eſt.
, Interea ſancti dum pervenirent
, ad locum, ubi decollandi erant,
, ideſt ad Sulphorariam, ſanctus
, Januarius flectens genua ſua ad
, orationem dicebat, Domine Deus
, omnipotens in manus tuas com-
, mendo ſpiritum meum. Et eri-
, gens ſe accepto orario ſuos ocu-
, los ſibi ligavit; & flectens ge-
, nua ſua manum cervici oppoſuit,
, & ſpiculatorem ut feriret roga-
, vit. Spiculator autem cum ma-
, gna virtute percutiens, digitum
, manus ſancti martyris Januarii ſi-
; mul cum capite abſcidit. Simi-
, liter & omnes ſancti martyrium
, ſuſceperunt ſempiternum. San-
, ctus autem Januarius poſt decol-
, lationem ſuam apparuit ſeni illi
, evidenter; & dedit ei orarium,
, unde ſibi oculos ligaverat, ſicut
, promiſerat deprecanti; cuique
, dixit: Ecce quod tibi promit-
, tebam. Ille accepto orario cum
, ſummo honore abſcondit in ſi-
, num ſuum. Spiculator autem
, & alii duo de officio videntes
, ſenem irridebant, dicentes ei:
, Accepiſti quod tibi promiſerat
, ille qui decollatus eſt? At ille
, dixit eis: Etiam. Et oſtenſo eis
, orario, recognoverunt eum &
, admirati ſunt. „ Deinde ſequitur Timothei praeſidis infeliciſſimus exitus: h. e. purpurae Actorum noſtrorum aſſutus pannus.

(XI) De Orarii vocibus uſibuſq.

(*Quod hic & alibi* Orarium, *in aliis Actis* Manuale *aut* Manualis *vocatur, Alicubi &* Manipulus (*nota hodie in ſacris vox*) *dicitur. Vſus ad abſtergendum erat, eoq. laevo in brachio geſtabatur. Eodem ſontes antequam conficerentur, ſibi oculos obducebant, ut & hinc, & ex aliis Martyrum Actis vides.*

Et interdum quidem a percuſſoribus id fiebat. In Actis SS. Marciani & Nicandri apud Ruinartum pag. 553. Poſt haec percuſſor orariis oculis Martyrum circumdatis, injecto gladio, finem eis dedit martyrii. *At generoſius videbatur, ſi ipſi ſibi id miniſterii praeſtarent. Praeter hoc Januarii exemplum, eſt & illud in Actis S. Julii M. apud eumdem, pag.* 550. Et haec dicens Sanctus Julius accepit orarium, & ligavit oculos ſuos, & tetendit cervicem ſuam, & dixit: Domine Jeſu Chriſte, *&c. In Actis S. Cypriani*

num.

los ſibi ligauit flectens [XII] genua manu ſua ceruici oppo-

num. V. , *Linteamina vero & manualia a Fratribus ante eum mittebantur. Poſtea vero beatus Cyprianus manu ſua oculos ſibi texit. Qui cum lacinias manuales ligare ſibi non potuiſſet, Julianus Presb. & Julianus Subdiac. ei ligaverunt*. Et tamen Pontius in eod. facto ait: , *Sed jam ligatis per MANVS SVAS oculis*., Recte quia ipſe ſibi ligare coepit, Fratres perfecerunt.

Hic temperare mihi non poſſum, quin ex Actis SS. Montani, Lucii &c. hoc pulcherrimum afferam, quod ſub ictu S. Montanus, ubi Deum rogaſſet, *ut Flavianus* (qui adhuc Martyrio caruerat) *ſequeretur die tertia*; ſtatim, *quo precis ſuae* (exauditae) *fidem faceret, manualem, quo oculos fuerat ligatus, in partes duas diſcidit, & juſſit alteram reſervari, quo Flaviano oculi poſt craſtinum ligarentur*. Nec dictis fides abſuit. Nam die tertio Flavianus *ad locum victimae . . deſcendit, & ligatis oculis ea parte, quam Montanus ſervare ante biduum juſſerat . . paſſionem ſuam cum oratione finivit.*)

(XII) (Rationes γονυκλισίας Sanctorum Martyrum.

Γονυκλισία (genu-flexio) *ad orandum tritior in Scripturis Sanctis veteribuſq. Patribus eſt, quam ut ei immorandum putem. At hic pluribus ex cauſis Martyr genua inflectit: primum ut Deo per Chriſtum offerat cruentum vitae ſuae ſacrificium: quae oblatio cum quam humillimo corporis habitu jungenda fuit, exemplo Chriſti qui ſeſe in horti oratione flexis primum genibus, deinde & procumbens toto corpore obtulit. Altera flexorum genuum ratio illa fuit, ut pro perſecutoribus oraret, exemplo tum Chriſti tum etiam Stephani, qui po*ſitis genib. *pro lapidantib. oravit*.

Verum omiſſis rationibus γονυκλισίας, ad rem ipſam quod attinet, Martyres omnes non aliter quam poſitis genibus (dum ne vinculis praepedirentur) extremum ictum excepiſſe crediderim. Nec temere pictores eo poſitu Martyres mox decollandos depingunt, certe ex vetere Chriſtianorum tradito more. Scillitani Martyres (ut in Actis eorum legitur) Ducti ſunt, & flexis genibus unanimiter, cum iterum gratias Chriſto agerent, truncata ſunt ſingulorum capita. *Adhaec SS. Fructuoſus ſociiq. (ut in eor. Actis Sect. IV. legitur)* cum exuſtae fuiſſent faſciolæ, quibus manus eorum fuerant colligatae . . . gaudentes POSITIS GENIBUS . . . ſimul animas effuderunt. *Adde his S. Flavianum, de quo Adnot. XI. dixi. Is* ligatis oculis ea parte (*manualis*) quam Montanus (*ad hunc uſum*) ſervare ante biduum juſſerat, FIXIS tamquam ad precem GENIBUS, *paſſionem ſuam cum oratione finivit*.

Quocirca ubi mox hic ſequitur, SIMILITER & omnes Sancti decollati ſunt, *illud* Similiter *arguit, omnia eadem feciſſe ceteros martyres quae dux Januarius fecerat, nim. omnes primum orario ſibi oculos obligaſſe*, mox flectentes genua *ictum ſu-*

Digitized by Google

poſuit, et (31) ſpiculatorem ut feriret rogavit; Spiculator autem cum magna uirtute percutiens, digitum manus ſancti martyris *Januarii* ſimul cum caput abſcidit; ſimiliter et omnes ſancti decollati ſunt (XIII) martyrium exceperunt ſempiternum. Sanctus autem *Januarius* poſt decollationem ſuam apparuit ſeni illi euidenter, et dedit illi

ſuſtinuiſſe, atq. excepiſſe (*quod ſtatim ſequitur*) Martyrium ſempiternum. *Quid porro ſit* Martyrium ſempiternum, *mox ex dicendis Adn. XIII. intelliges; ſimulq. decernes, merito tum hos Septemviros tum & Athletas ceteros non niſi genibus inclinatis, ſummaq. reverentia excepiſſe ſacramentum indelebile* Martyrii ſempiterni.)

(31) Hujuſmodi ὕστερα πρότερα in ſcriptis ſimplicioribus haud raro reperiuntur. Nam certe prius ſpiculatorem (ſive rectius *Speculatorem*: quod in Graeco Evangelii & paſſim in Latinis lapidibus reperitur) ad feriendum hortatus, ita demum [geſtu utique naturali abreptus: nec enim martyres hominem prorſus exuerant] manum cervici oppoſuit. Aut ſaltem ſimul utrumque fecit. Vel ſic tamen iſtud illo (tanquam effectus effectrice cauſa) poſterius intelligitur.

(XIII) [De ſignaculo Martyrii ſempiterni.

Supplenda eſt hic copula. Nim. Et Decollati ſunt, & martyrium exc. ſempiternum. *Ac ſane ſi dixiſſet tantum*, Et martyrium exceperunt; *ſupervacaneum hoc comma fuiſſet, utpote jam ante dictum. Nunc quod additur* Sempiternum, *id locum hunc Theologis mire commendat. Valet enim ad docendum, Martyrium rite obitum impreſſiſſe animo ſignaculum indelebile, haud ſecus ac baptiſmum. Hinc Martyrium ab antiquis vocabatur* Baptiſmus ignis: *quem Heraidem catechumenam (alii* Rhaidem *vocant) adeptam antiqui dixerunt: de quo vide ſup. ad ſect. 2. Adn. 4. pag. 24. Hinc in Actis SS. Jacobi & Mariani ſect. XI. ineunte Agapius. martyrio ſuo conſummato, FIDEI SACRAMENTA (id nomen baptiſmi eſt) perfeciſſe dicitur. Eâdemq. extremâ ſect. auctor in loco martyrii SS. Martyrum, per quem amniculus quidam fluebat, ita ludit. Nec,* inquit, *deerat VTRIVSQVE SACRAMENTI genus,* cum & BAPTIZARENTVR SVO SANGVINE & LAVARENTVR IN FLVMINE.

His adde quae in Actis S. Perpetuae ſect. ult. de S. Pudente leguntur: qui Leopardo objectus, de uno morſu ejus tanto perfuſus eſt ſanguine, ut populus revertenti illi SECVNDI BAPTISMATIS teſtimonium reclamaverit: SALVVM LOTVM, SALVVM LOTVM. *Eſt haec petulans acclamatio illudentium Chriſtianis ſacris, quippe non ignorantium, a Chriſtianis martyrium haberi loco baptiſmatis, ſive primi, ſi nondum tinctus fuiſſet,*

Digitized by Google

illi Orarium (XIV) unde ſibi oculos ligauerat, ſicut promiſerat deprecanti; Cuique dixit. *Ecce quod tibi reddi debeam, tolle ſicut promiſi tibi*. Ille accepto Orario, cum ſummo honore abſcondit in ſinum ſuum. Spiculator autem, et alii de officio uidentes ſenem irridebant ei dicentes, accepiſti quod tibi promiſerat ille qui decollatus eſt? At ille dixit eis. *Etiam*, et oſtendit eis orarium. Recognouerunt eum, admirati ſunt.

9. (*b*) Chriſtiani (32) autem diuerſarum urbium cu-

ſet, ſive ſecundi, ſi poſt fontis lavacrum acceſſiſſet martyrium.

Hinc ſcite excipere dicuntur *hi Sancti* Martyrium ſempiternum, *quippe quo* (*haud ſecus ac lavacri myſterio*) *inuritur animae ſignaculum indelebile: ut plane videantur eſſe illi ipſi* CXLIV. millia SIGNATI (*nempe ſignaculo* Martyrii ſempiterni) *de quibus Johannes Apoc. cap.VII. loquitur. Habes in hoc Actorum loco ſingulare teſtimonium de indelebili Martyrii charactere*.

Quae ad Graeciſmos ſectionis hujus ſicuti & aliarum pertinent, ea in Appendice reperies Adn. 3.]

(XIV) *Vide extremam Adn.* XI. *ex qua diſces S. Montanum diſcidiſſe orarium ſuum, ac dimidia parte ad obligandos ſibi oculos uſum, reliquam vero partem ad Flavianum* (*maeſtiſſimum de dilatione martyrii*) *miſiſſe, in ſignum exploratiſſimum ſecuturae poſt triduum exoptatae paſſionis ipſius Flaviani. An non vero idem de hoc ſene pauperrimo affirmabimus? Certe orarii uſus ad martyrium pertinet. Ergo donum illi ab Januario factum valuiſſe videtur ad paſſionis praeſagium. Accedit, quod hujus Senis Chriſtianiſmus jam omnibus de officio ſuboluit* [*ut ex fine hujus ſect. conſtat*] *quem proinde deferre apud Judicem debuiſſe videntur. Verum cum ſcriptor horum Actorum nihil de ſecuto Senis certamine huic ſcripto illeverit; quidquam de eo affirmare temerarium erit, Accedit, quod ab XXI. Aprilis* (*quo Januarius decertavit*) *ad ineuntem Maium* (*quo inſectatio Chriſtianorum paullatim deſiit*) *pauci dies interceſſerunt, in quos paſſio Senis incidere potuiſſet*.

ADNOT. AD SECT. IX.

[*i*] (*Ver.* 8. *ſublato priore illo* tolleris, *reſtitui ex MS.* tuleris. *Et ver.* 11. *pro* ſulphuratoria *revocavi ex Cod.* Sulforataria.)

[32] In Actis Vaticanis. „
, Chriſtiani vero diverſarum urbium cuſtodiebant corpora ſanctorum, ut ea noctu raptim tollerent, & in civitatibus ſuis ſepelienda portarent: & coeperunt occulte ſollicite obſervare, & facta nocte univerſis dormientibus, ſilentii hora noctis appa-
, ruit

cuſtodiebant corpora Sanctorum, ut ea noctu raptim tollerent, et in Ciuitatibus ſuis ſepelienda portarent; Et ceperunt occulte ſolliciti obſeruare; Et facta nocte uniuerſis dormientibus, ſilentiora (33) noctis, apparuit Sanctus *Januarius* uni ex illis qui parati erant corpus ejus tollere, et dicit ei. *Frater, cum corpus meum tuleris, et digito manus meae in illo loco exiliſſe cognoſce. Requirite eum, et pariter cum corpus meum ponite*. Et ita factum eſt, ut Sanctus ipſe admonuit. Corpora autem Sanctorum iacuerunt ad (XV) ſulforatataria, ubi poſtea dignam beati martyris *Januarii* Baſili-

, ruit ſanctus Ianuarius uni eorum, qui parati erant corpus ejus tollere, & dicit ei: Frater cum corpus meum tuleritis, & digitum manus meae illo in loco exiliiſſe cognoſcite: requirite eum, & pariter cum corpore meo ponite. Et ita factum eſt, ut Sanctus ipſe admonuit. Corpora autem ſanctorum jacuerunt ad Sulphotaream, ubi poſtea dignam beati martyris Januarii Baſilicam condiderunt. Noctu vero quum unaquaeque plebs ſollicite ſuos ſibi patronos rapere feſtinarent; Neapolitani beatum Januarium ſibi patronum tollentes a Domino meruerunt.

(33) In Vaticanis: *dormientibus, Silentii hora noctis*. In Lectionibus an. 1525. editis, poſt *Obſervare*, ſic ſequitur: *Et facto ſilentio hora noctis univerſis dormientibus*. Hoc melius. (*Ac porro de Graeciſmo iſto*, ſilentio hora noctis, *videſis in fine Actorum Appendicem, in cujus extrema Adnot. III. oſtendi in Graeco Actorum fuiſſe ſcriptum*, σιγῇ ὥρᾳ νυκτός. *Id quod totidem verbis interpres reddidit*, ſilentio hora noctis. *At* (*quia* σιγῇ *notat etiam* tacite, clanculum, *&* ὥρα *ſaepe* tempus *deſignat*) *aptius verti debuit*, clam nocturno tempore.)

(XV) *Tomo 3. Kalendarii Marm. pag. 971. de Sulphuraria Puteolana adjeci ſequentia.*

*De Sulphuratari*a.

In Actis Vaticanis hoc loco vocatur *Sulphotarea*, ferme ut hodiedum is locus, ubi hi Martyres decollati fuerunt, vocatur: nunc enim propter copioſiſſimas ſulphuris fodinas *Zolfatara* nuncupatur. Sed in his actis *Sulforatataria* ſcribitur. At verum nomen erat *Sulphuraria*, ſicut *Auraria*, *Argentaria*, *Ferraria*, & cetera fodinarum nomina eâdem analogia formata. Reperitur *Sulphuraria* in quodam vetere Onomaſtico, ac praeterea bis in Vlpiano. Semel l. 8. §. 10. D. *de poenis* in haec verba: *In calcariam quoque vel*

Digitized by Google

ſilicam (34) condiderunt. Noctu uero cum una queque plebe ſollicite ſuos ſibi Patronos rapere feſtinarent. Neapolitani beatum *Januarium* ſibi Patronum tollentes a Domino (35) meruerunt.

10. (*i*) Quem (XV) primum quidem in loco qui appel-

vel ſulphurariam damnari ſolent. Iterum *l.* 52. §. 8. D. *de furtis*, ubi ſic ſcribitur: *Si ſulpuariae* [ſic quidem in Florentinis: at ſcribendum eſt *Sulphurariae*, aut vero *Sulpurariae*; quia in Florentino Pandecte ſaepius *Sulpur* legitur] *ſunt in agro, & inde aliquis terram egeſſiſſet, abſtuliſſetque; dominus furti aget: deinde colonus conducti actione conſequetur, ut idipſum ſibi praeſtaretur.*

(34) Neapolitani ſcil. quibus non ſine Divino monitu S. Januarii corpus obtigerat. Et quidem in loco, cui *Marciano* nomen, Baſilicam primo a noſtris conditam, colliges infra ex Adnot. 36. Ac τὸ *Poſtea*, quod hic proxime praecedit, notat, S. Januarii Reliquias principio ibi aſconditas jacuiſſe; mox, ſtatim atque perſecutio deferbuit, ſupra veneranda Lipſana Martyrium ſive oratorium [uti moris erat] fuiſſe conſtructum.

(35) Iſtud *A Domino meruerunt* ſatis indicat, non caſu aut temere, ſed Divino admonitu Neapolitanos ſibi Januarium vindicaſſe. Id quod in Actis Jo: Diaconi diſertim narratur his verbis: *Neapolitani beatum Januarium REVELATIONE COMMODI ſuſtulerunt.* Quum autem de iſto *Commodo*, cui revelatio facta fuit, nihil in editis monumentis exſtet; hinc licebit intelligere, ſive Jo: diacono ad manus fuiſſe ſcripta alia [praeter enumerata a me initio in Adnot. IV.] quibus nunc caremus; ſive hoc ex populari fama didiciſſe. (*Etſi mihi multo probabilius ſit, nullius hic viri proprium nomen deſignari, ſed ſcriptum a Joanne Diac. fuiſſe* Commoti. Revelatione, *inquit*, commoti. *Nihil verius*.]

Et tamen hunc *Commodum* noſtri homines non alium fuiſſe interpretantur, quam quem de digito ſimul cum ceteris Reliquiis inhumando S. Martyr admonuerat.

ADNOT. AD SECT. X.

[i] (*Initio ſectionis ſententiam integram illam* (Quem primum quidem *&c.*) *reſtitui ex MS: quae in editione priore omiſſa fuerat. Ver.* 3. *inter* laudibus *&* tollentes *deerat* Corpus ejus*: quod ex Cod. repoſui. Ver. ult. pro* Octobris *reddidi ex MS.* Octubris.)

(XV) *Priori editioni anni* 1744. *ex deſcriptoris incogitantia, quae hinc uſq. ad* abſconderunt *ſequuntur, deerant: quod totum nunc ex collatione doctiſſ. Fabri reſtituimus. Id vero neceſſarium fuiſſe, ductus ipſe ſententiae arguit. Adhaec Vaticana cum ultimas has quinq. ſectiones ex primitivis Actis* (*quae nunc Bononienſia*)

Digitized by Google

pellatur Martiano abſconderunt. Poſtea (36) uero quieto iam tempore uenerabilis (37) Epiſcopus, una cum plebe Dei ſancta cum hymnis, & laudibus corpus eius tollentes iuxta Neapolim tranſtulerunt, et poſuerunt in Baſilica, ubi (38) nunc requieſcit. Qui præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto meritorum ſuorum beneficia innumerabiles preſtare non deſinet uſque

F in

ſia) *illaeſas retinuerint*; *hanc etiam periocham ne verbo minus exhibent. Ex qua periocha diſcimus primam S. Januarii ſepulturam in* Marciano *fuiſſe*, *quem locum ab hodierna Capucinorum Eccleſia non valde remotum fuiſſe*, *ex quodam inſtrumento Puteolano didici. Quod in Marciano prior ſepultura Januarii fuerit*, *diſcimus etiam ex Jo: Diaconi chronico Epiſcopor. in S. Joanne I. Epiſcopo. Verba Chronographi habes mox Adn.* 37.)

[36] In Actis Vaticanis poſt verba quae in Adnot. 32. dedimus, ſic legitur: *Quem primo quidem in loco*, *qui appellatur Marciano*, *abſconderunt*. Abſconderunt primo; ſed *Poſtea* [ut in noſtris & Vatic. legitur] ibi *dignam B. Mart. Januarii baſilicam condiderunt*. Ac ſtatim, poſt ſuperiora verba, Vaticana cum noſtris ſic pergunt. „ Poſtea vero „ quieto jam tempore venerabiles „ epiſcopi una cum omnibus ex „ genere beatiſſ. Mart. Januarii, „ cum plebe Dei ſancta, cum hymnis & laudibus corpus ejus tollentes, juxta Neapolim tranſtulerunt, & poſuerunt in Baſilica, „ ubi nunc requieſcit. Qui praeſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, meritorum ſuorum beneficia praeſtare non deſinit uſque „ in hodiernum diem: cujus dies „ Natalis celebratur tertio decimo „ Kal. Octobris.

[37] Epiſcopus, cujus heic mentio fit, non fuit S. Severus, qui exeunte IV. ſaeculo ſedebat [nam etſi in Severi vita ei haec Translatio tribuatur; at Jo: Diaconus, immane quantum antiquior, id de Severo tacet] ſed S. Joannes I. qui ann. 432. obiit; cui diſerte id tribuit Jo: Diaconus in ejus elogio hiſce verbis: *In eo oratorio*, *ubi manu ſua dicitur condidiſſe beatiſſ. Mart. Januarium a Marciano ſublatum*, *& ipſe parte dextra humatus quievit*.

(38) Iſtud NVNC, & quod mox ſequitur, *Vſque in hodiernum diem*, aperte oſtendit, totam hanc ſectionem quinto ſaec. antiquiorem eſſe non poſſe. Ac mihi quidem perſuadeo, Acta haec Graece proxime a martyrio ſcripta fuiſſe, a quibus aberat haec ultima ſectio: deinde aliquem exſtitiſſe [quinto ſaeculo] qui tum ea Acta in gratiam Neapolitanorum [majorem partem tunc jam Latinorum] Latine tranſtulit, tum etiam ulti-

in hodiernum diem. Cujus dies natalis celebratur tertio decimo (39) Kal. Octubris (40).

timam ſectionem adjecit.

[39] *Diem Paſſionis SS.Januarii & ſocior. non in menſem Septembrem, ſed Aprilem incidiſſe: proinde diei 19. Sept. feſtum alio pertinere.*

Jam tum V. ſaeculo [quo Kalendarium Carthaginenſe confectum fuit] die 19. Sept. feſtum S. Januarii peragebatur. At ſcire libet, utrum re vera is dies Paſſionis fuerit, an Translationis alicujus, aut Dedicationis Baſilicae.

Jam primum omnium vox *Natalis* quodlibet feſtum anniverſarium apud ſcriptores notat, ut tum ad Kalendar. Marm. pluries, tum alibi a me copioſe oſtendetur. Adhaec in noſtris Faſtis Marmoreis, ubi dies θανάσιμος [*emortualis*] eſt, tunc *PASſionis* aut *DEPoſitionis* nota praeponitur; ubi vero alia ex cauſa eo die feſtum agitur, *NATalis* notatur, ut ibi millies demonſtravi. Ex quo Faſtor. Neap. more liquet, apud Neapolitanos hoc moris obtinuiſſe, ut quod feſtum die non ſuo ageretur, id *Natale* vocaretur. Idque mihi videtur ſecutus, qui hanc appendicem noſtris Actis adtexuit: *Cujus dies Natalis celebratur XIII. Kal. Octob.*

Nec aliter in noſtris Faſtis Marmoreis die XIX. Septemb. ea feſtivitas ſignatur, ubi ſic ſcribitur: XVIIII.NT.(i.e. *Nat*) S.IANVARII. Qui dies ſi ſuus fuiſſet, non ſcriptum eſſet *Nat.* ſed *PAS. S.Januarii*, ut alibi in diebus ſuis.

At vero in Menaeis & alibi die XXI. Aprilis fit de S. Januario & ſociis Officium, uti vocant, magnum; etſi in Synaxario Claromontano fit pridie ejus diei. Sed & Metricas ephemerides Bollandianas ad manus habeo: in quibus die 21. Aprilis hic verſus reperitur: Τὴν Ἰαννυαρίοιο κάρην τάμεν εἰκάδι πρώτῃ. Sed idem hexameter ex Anthologio eſt corrigendus, in quo ſic reperio ad eumdem diem 21. Aprilis:

Ἰαννυαρίοιο κάρην τάμον εἰκάδι πρώτῃ.

Primo ac bis decimo Januarion obtruncarunt.

[*Obiter hic noto, Cl. Stiltingum §. VI. num. 92. me reprehendiſſe, qui Anthologii lectionem praetulerim.* At ego, *inquit Stilting.*, non video pro hexametro perfecto ſubſtituendum eſſe imperfectum, qualem ipſe (*Mazochius*) dat, omiſſo τὴν: nam ſic hexametro deeſt una ſyllaba. *Haec vir Cl. qui putavit in Graeco Martyris nomine ita tres primores litteras IAN unam eſſe ſyllabam, ſicuti in Latino JA eſt unica ſyllaba; cum tamen pueri, qui nondum aere lavantur, vapulent, ſi ignorent apud Graecos* Iota *ſemper vocalem eſſe. Itaq. addito* τὴν, *verſus evadet hypermeter, abundans ſcil. ſyllabâ una. Ac volui, quamquam in re ſatis perſpicuâ, Menaea conſulere: in quibus ad* 21. *Aprilis poſt plures verſiculos ultimus hic ipſe, de quo Cl. Stiltingus mihi dicam impingit, incipit* Ἰαννυαρίοιο κάρην &c. *Credo me ſatis ludimagiſtris meis cauſam probaſſe, proinde ſcapulas minaci ferulae ſubduxiſſe. Nunc illuc redeo.*]

In

In Menaeis ergo, ſicuti & in Anthologio ad eumd. diem alii quidam ſenarioli praefiguntur, quibus Januarius cum ſociis non alio quam die XXI. Aprilis capitis abſciſſione martyrium compleviſſe ſignificatur. (*Primi duo ſenarii ſic Latine ſonant :* Januarium virum [γεννάδαν] ſtrenuum menſis Aprilis novit obtruncatum. *Qui ſequuntur, idem de ceteris teſtantur. Ultimus eſt hexameter ille ſupra recitatus*, Ἰαννουάριον *&c. ſine* νῦν.)

Poſtremo nec alias quam menſe Aprili anni 305. pati hi Sancti potuerunt ob hàs maxime cauſas. Nam ſi horum martyrium in menſem Septembrem anni 305. incidiſſet ; I. falſo haec Acta, ceteroqui ſinceritatem ſpirantia, hoc uterentur exordio, *Temporibus Diocletiani Imp.* quia Kal. Maii ejuſdem anni Diocletianus jam abdìcaverat : II. falſo ſic pergerent, *Conſulatu Conſtantii Caeſaris quinquies ;* nam poſt Kalendas Maias Conſtantius aeque ac Gal. Maximianus *Auguſti*, non vero *Caeſares* inſcribebantur : III. poſtremo falſo mox eadem Acta hunc in modum conquererentur, *Erat perſecutio Chriſtianorum ;* quia poſt eaſdem Kal. Maias anni 305. perſecutio in Italia deſiit : ut in Adnot. 7. innuimus : quod ex Euſebio colligitur in de Mart. Palaeſtinae cap. 13.

Accedit ad ultimum quod jam inde a V. ſaeculo [ut ex Kalendario Carthaginenſi conſtat] SS. Januarii, ac Soſii feſta colebantur, ſed illius die XIX. hujus autem die XXIII. Septembris. Quare quum eo die Soſii feſtum non Paſſionis, ſed Tranſlationis fuerit ; idem erit & de Januario ſentiendum. Quod dixi Tranſlationis S. Soſii feſtum in diem 23. Septembr. incidiſſe, id ex noſtris omnibus monumentis conſtat. In Vaticanis : *Sanctum vero Soſium Diaconum cives ejus Miſenates tulerunt, & poſuerunt in baſilica, ubi nunc requieſcit, die nono Kal. Octobr.* In Lectionibus editis Neapoli an. 1525. eadem verba leguntur. Clarius in Lectionibus antiquioris Breviarii Neapolitani apud Falconium pag. CXLVI. *S. Soſſium cives ſui Miſenati die nono Kal. Octobr... TULErunt*. Item in monumento Falconiano [*Ad gloriam*] ſic legitur : *Sanctum praeterea Soſſium Levitam cives ſui Miſenates in Eccleſia, ubi nunc requieſcit, LOCAVerunt die nono Kal. Octob.* Ut & Jo: Diaconus : *Beatiſſ. denique Soſium Levitam ſui Miſenates tollentes, in mirifica collocaverunt Eccleſia die nono Kal. Octob.*

Ergo cum Feſtum S. Soſii die XXIII. Sept. adnuntiatum non ad Paſſionem ſed ad Tranſlationem ejus certo referatur ; etiam S. Januarii feſtum, quod nunc XIII. Kal. Octob. agitur, pertinet ad ejus Tranſlationem in locum, cui *Marciano* nomen, aut, ſi mavis, ad eum diem, quo dedicatum fuit Martyrium, quod ibidem ejus ſepulchro ſuperſtruxerunt. Ceterum Tranſlationis S. Januarii feſtum, quod in Marmoreis Faſtis die XIII. Aprilis ſignatur, id ad eam Tranſlationem ſpectare mihi videtur, qua ſacratiſſimum ejus corpus de Marciano Neapolim tranſlatum, & a S. Joanne I. in Oratorio ejuſ-

Digitized by Google

dem nominis collocatum fuit.

(*Jam longius haec Adnot. proceſſit; & tamen ex tomo 3. Kalendarii pag. 972. ea quae huc pertinent, ſi non admetiar, promiſſor infidus fuerim. Ibi ſequentia leguntur.*)

Quod dixi S. Januarium cum ſociis menſe Aprili die XXI. capite detruncatum, & tamen ejus ſollemne feſtum die XIX. Septembr. antiquitus celebratum fuiſſe, quod eo die ejus baſilica in Marciano dedicata: id totum pluribus exemplis ex hiſtoria petitis poſſem oſtendere. Verum heic profuerit ea tantum recoluiſſe quae in Auctario ad XXIX. Junii pag. 891. & ſeq. obſervavimus. Nimirum, ſi Polemii Silvii laterculo credimus, Apoſtolorum Petri & Pauli *Depoſitio* olim die XXII. Februarii celebrabatur. Verum ubi poſtea anno 258. Tuſco & Baſſo conſulibus celeberrima eorumdem Apoſtolorum Translatio in Vaticanum die XXIX. Junii facta fuit, eaque Translatio Depoſitione celebrior evaſit; ab eo tempore manſit hoc ſemper ſecutis aetatibus, ut die 29. Junii praecipua eorum ſollemnitas celebraretur; ita ut demum is dies pro die paſſionis ab omnibus haberetur.)

(40) Eadem Acta Vaticana, nec non Lectiones Neapoli anno 1525. editae poſt ea verba, quae ſupra Adnot. 36. recitavimus, ſic pergunt. „ Sanctum vero Soſſium diaconum cives ſui Miſenates tulerunt, & poſuerunt in baſilica, ubi nunc requieſcit, die nono Kal. Octobris. Puteolani quoque ſanctum Proculum diaconum, & ſanctum Euticetem, & ſanctum Acutium cives ſui tulerunt; & poſuerunt in praetorio Falcidii, quod conjungitur baſilicae ſancti Stephani, in contrivio ipſo. Sanctum autem Feſtum & ſanctum Deſiderium item cives ſui Beneventum tulerunt. Quod totum perquam bonae frugis eſt, & ex ſinceris fontibus hauſtum ut in ſeq. *Supplem.* videbitur.

At haec eadem & Falconianum monum., quod incipit, *Ad gloriam*, & Jo: diaconus habent, ſed uterque verbis ſuis utitur novitatem teſtantibus. Sed hic verba ipſa primitivorum Actorum ſunt, non interpolata; ſicuti & quinque praecedentes Vaticanorum ſectiones integras ex puro primitivorum Actorum fonte derivatas ſupra obſervavimus.

Sub haec in Vaticanis, in Lectionib. inq. Falconiano monumento *Ad gloriam*, miracula ſequuntur.

SVPPLEMENTVM ACTORVM BONONIENSIVM

Ex fine Actorum Vaticanorum (qua parte Vaticanis non dubia ſinceritas conſtat) ad Bononienſia ſupplenda huc adſcitum.

Sanctum vero Soſium Diaconum ciues eius Miſenates tulerunt, & poſuerunt in Baſilica, ubi nunc re-

requieſcit, die nono Kal. Octobris.

Puteolani quoque Sanctum Proculum Diaconum, & Sanctum Euticetem, & Sanctum Acutium ciues ſui tulerunt; & poſuerunt in Praetorio (XVI) Falcidi, quod coniungitur Baſilicae Sancti Stephani, in contrivio (XVII) ipſo.

Sanctum autem Feſtum, & Sanctum Deſiderium itidem (XVIII) ciues ſui Beneuentum tulerunt.

Hoc vero ſupplementum bonae frugis eſſe, tum ipſa per ſe dictio voce exſerta clamitat, tum etiam id in his Actis (quae nunc a loco, ubi reperta ſunt, Bononienſia dicimus) antiquitus fuiſſe lectum, ex eo oſtenditur, quod haec eadem Beda in fine ſui elogii S. Januarii, etſi contractiora poſuit. Qui ſic elogium illud ſuum abſoluit: *Neapolitani Januarium poſuerunt juxta civitatem in baſilica: Meſenates Soſium aeque in baſilica: Puteolani Proculum & Eutycetum & Acutium in baſilica S. Stephani: Feſtum & Deſiderium Beneventani collegerunt*. Quae ipſiſſima illa ſunt, quae hodie in fine Vaticano-

(XVI) Magnificas & amplas domos ruri exſtructas *Praetoria* fuiſſe vocatas, oſtendunt exempla Suetonii, Statii, Auſonii & Pandectarum. Fuerit ergo ſive P. Falcidius ille, qui anno Vrbis DCCXIII. legem Falcidiam ſatis in Jure notam tulit, ſive quivis ex Falcidia gente alius (veluti C. Falcidius, cujus Cic. pro Lege Manil. meminit, aut alter Falcidius apud eumd. in eâ pro L. Flacco) Falcidius certe aliquis fuit, qui Puteolis praetorium iſtud ſibi paravit: quod proinde PRAETORIVM FALCIDI etiam ſecutis aetatibus vocabatur. Atqui Puteolanis ex hodiernis locorum nomenclationibus, & ex Baſilicae S. Stephani vicinia, loci ſitum expiſcari licebit.

(XVII) Quod Graecis *τρίοδος*, id Latinis *Trivium* dicebatur. At veriſimile eſt, olim Graecis etiam *Συντρίοδον* aut *Συντριόδιον* in uſu fuiſſe: ex quo is, qui haec Acta ex Graecis Latina fecit, in id maxime intentus, nequa ſyllaba de Graeco periret, *Contrivium* (vocem, quod ſciatur, Latio inauditam) formaverit. Cui Latino Graecoque vocabulo ſiquod affine in agro Puteolano nomen hodie dum in ore vulgi perennans incolae rimati fuerint; nae ii demerebunt antiquitatem.

(XVIII) Falconius (ex quo Acta Vaticana habeo) in textu *Idem* (nim. pro *Iidem*) exhibuit. At hoc ſtare non poteſt; quia qui hos duos Beneventum tulerunt, Beneventani haud dubie fuerunt [imo & alicubi pro *Beneventum* legitur *Beneventani*] proinde non *Iidem* ac ſuperiores ſive Puteolani ſive Miſenates. Sed recte eſt, quod idem Falconius in var. lect. inferne adnotat, alicubi legi *Item*, alibi *Itidem*: quorum alterutrum rectum eſt.

Digitized by Google

norum leguntur. Cumq. Beda totum elogium ſuum non ex Vaticanis, ſed ex hodiernis Bononienſibus defloraverit; id argumento eſt, Martyrum illas Translationes olim in fine Bononienſium fuiſſe, & inde contractiores quidem in Bedam ineunte VIII. ſaeculo, eodem vero exeunte aut IX. ſaeculo, integras in Vaticana ſimul cum praecedentibus quinq. Bononienſium ſectionibus transfuſas. At poſtea quia eadem illa Acta primitiva (quae nunc Bononienſia vocamus) non niſi in uſum Eccleſiae Neap. ab amanuenſi hoc noſtro deſcripta fuerunt; ea de cauſa utrinq. peccatum fuit. Initio quidem *PASSIO S. JANVARII* (quem praecipue ſcil. Neapolitani colerent) ſociis omiſſis, inſcriptum fuit: in fine vero, tranſcriptâ S. Januarii ſepulturâ priore, ac translatione Neapolitana (in quibus nempe ſolis Neapolitarum res agitur) haec eadem debitorum honorum commemoratio in ceteris commilitonibus praetermiſſa fuit. Videatur infra *Denuntiationis* noſtrae Pars III. Actione 2. ubi cur in Actis Januarii Stiltingianis ſuperſeſſum ſepulturâ ac Translatione fuerit, ex paribus exemplis colligimus: ubi de his ſermo redibit.

Haec minutim declaraſſe non me poenitet, qui in Vaticanis non aliud quam farturas abſurdas damnem, cetera probem, qua parte cum Bononienſibus congruunt: congruunt autem a ſectione Vaticanorum nona: quo ex loco pari inceſſu cum Bononienſibus progrediuntur. Eadem vero Vaticana ob id maxime in oculis gero, quod hoc auctario pulcherrimo, quo ſepulturae translationeſq. horum Martyrum declarantur, hodie careremus, abſq. Vaticanis fuiſset. Sunt illae quidem translationes in Beda, ſed nimium conſtipatae. Sunt & in Joh. Diacono, verum dictione non nativa, ſed vultu interpolato. Merito ergo hoc noſtrum Opuſculum, *Vindiciae non minus Vaticanorum quam Bononienſium Actorum*, inſcribi deberet. Nam quia in Vaticanis omnia proba ſunt, qua cum Bononienſibus aut Beda conſentiunt; ultima haec ſectio quae ſepulturas ac translationes continet, quia cum Bedâ cumq. ſtylo Bononienſium congruit, haud dubie ultima Actorum ſincerorum clauſula fuerit olim neceſse eſt.

AP-

APPENDIX

ADNOTATIONVM QUATVOR LONGIORUM.

Extremo Kalendarii Marmor. tomo primo in fine Actorum S. Januarii exſtat brevis APPENDIX, qua de diſcrimine Bononienſium a ceteris Actis agitur. Tomo vero 3. in Additamentis ad Acta Januarii tres prae ceteris Adnotationes exſtant non parvi momenti, ſed aequo longiores: quas proinde non licuit nunc textui Bononienſi ſubſternere; ne de fartura nimia & indecora accuſarer. Hinc neceſſitas Appendicis hujus exorta fuit, in quam illa eadem, hoc eſt quatuor Adnotationes, conjicerem, quarum prima ex fine tomi I. profecta, quid inter Bononienſia & Acta cetera interſit, paucis exſequitur. At ceterae, uti vides, ſunt multo prolixiores, ac tamen haud ſine piaculo omittendae. Spiſſiores iſtae tres ex tomo 3. in Additamentis prodeunt.

ADNOTATIO I.

Quatenus Acta noſtra cum vulgatis & Menologio conveniant diſſideantve. De ſacri cruoris compertiſſima liqueſcentia verbum.

Ex Kalendarii Marm. pag.280.

ETſi Acta, quae dedimus, a ſect. VI. totidem verbis [exceptis pauciſſimis] in Baronianis & Lectionib. recitantur, ex noſtris utiq. deſcripta; tamen quae utrobiq. praecedunt, inter ſe plurimum diſſident: id quod noſtra cum ceteris omnibus a Falconio lib. 2. evulgatis [quorum notitiam habes ſup. p.7. in *Admon.* Adn.IV.] conferenti conſtabit. I. Primum vulgata ſunt priore dicta parte immane quantum copioſiora noſtris, atq. admirabiliora. II. Rerum geſtarum ordo diverſus eſt. III. Differunt in Judice, quia in Io: Diacono Dracontius [qui tamen in Vaticanis & lectionib. non nominatur, ſed tamen arguitur] orditur judicium, cui poſtea ſuccedit [XIX] Timotheus: in noſtris autem Dracontius unus ab initio

(XIX) Non alia de cauſa ita feciſſe Jo. Diaconum puto, quam ut Bononienſia Acta cum Vaticanis, qua potuit, conciliaret. At longe gravior utrorumq. diſſenſio erat, quam ut tam levi amatorio poculo conciliarentur. Ceterum ad judices quod attinet, multo probabiliora ſuaſiſſet Levita noſter, ſi ſtatuiſſet a *Timotheo* Dracontium non fuiſſe diverſum, ſed ea duo fuiſſe praeſidis unius nomina. Romani per iſta tempora polyonymiâ ad inſaniam uſque delectabantur. Affert quaſdam Fabrettus inſcripriones, in quibus ſena, ſeptenave nomina deprehendas, ac plura quoq. alia Sirmundus ad Ennodium ſimilia exempla producit.

Digitized by Google

tio ad finem tribunali aſſidet. IV. Spatio temporis: quod in vulgatis longius fuit, in noſtris breviſſimum.

V. [*Differunt & ſocii vinculorum; quia Bononienſia cum Soſio Januarium, Feſtum & Deſiderium, qui Soſium inviſerant, vinctos narrant: at Raynerius (in de Eutych. & Acut.) non ab illis viſitatum in carcere Soſium tradit, ſed ab Eutychete & Acutio: quibus duobus Jo: Diaconus tertium addit viſorem Proculum. Hos vero tres cum Soſio tentos, praeter hos duos hiſtoricos, etiam Acta Vaticana praedicant.*)

VI. Poſtremo (omiſſis aliis) differunt locis; quae in vulgatis duo ſunt. Nola prius, mox Puteoli: at in noſtris omnia Puteolis, aut in vicinia ab initio tranſiguntur. Ac Beda & Martyrologi noſtris per omnia ſuffragantur: in primis autem Rom. Martyrologium [jam a plurib. ſaeculis in toto Occidente adoptatum) cum Beda & Bononienſib. facit, ut ad calcem in Denunciatione copioſe oſtendam.

At vero Baſilii Menologium de loco cum noſtris convenit [nam Puteolis omnia tranſigit] in ceteris ferme cum vulgatis facit, niſi quod ab his quoque alicubi diſſidet. Quae melius per ſe quiſque ex ſubjecto elogio, quod ad XIX. Septembris ibi legitur, intelliget.

Certamen ſancti Hieromartyris (ἱερομάρτυρος) *Iannuarii Epiſcopi Beneventi & ſocior.*

Iannuarius *Hieromartyr cum ſociis ſub Diocletiano imperatore fuit. Qui quum Beneventanae urbis epiſcopus eſſet, ob Chriſti confeſſionem Puteolis in vincula conjectus fuit, una cum* Soſſo, Proclo, Eutychio, & Acuſtio *diaconis. Timotheus autem regionis praeſes profectus Puteolos, cum Sanctum in vinculis reperiſſet, e cuſtodia eductum in caminum injecit. Quo inde illaeſo evadente, majore furore correptus, praecepit carnificibus, ut nervos pedum ejus praeciderent. Quod ſupplicium Sanctus cum pertuliſſet, in cuſtodiam revocatur. Interim cum clerici duo Beneventani* Phaeſtus (φαῖϛος) & Deſiderius *viſitandi eum cauſa veniſſent: comprehenſi & ipſi ſunt, unaque cum Epiſcopo & diaconis in carcere conſtringuntur. Mox damnati ad beſtias, nec ab iis laeſi, juſſu praeſidis, capitibus abſciſſis occubuerunt.*

Tandem de celebri cruoris beatiſſ. Januarii prodigio [ne cui forte fraudi ſit ſilentium noſtrum] nolim exteri quidam addubitent. Aut ſi forte animo titubant, cum Didymo Evangelico. veniant videantque. (*Ceterum periiſſe pudorem neceſſe ſit, ſi Octoviris ſelectiſſimis, qui Martyrologio Rom. repurgando inſudarunt, ubi miraculi certitudinem teſtantur, non fuiſſe rem compertiſſimam ſuſpicemur. Sic enim ad XIX. Sept. legitur:* Beatiſſ. Martyris [*Januarii*] ſanguis in ampulla vitrea adhuc ſervatur: qui in conſpectu capitis illius poſitus, velut recens liqueſcere & ebullire conſpicitur. *Atqui inter Rom. Martyrologii recenſitores piiſſimum doctiſſimumq., nec incaute credulum, Card. Baronium proram puppimq. fuiſſe, nemo ignorat. Is vero non ſatis habens in Martyrologio ita poſuiſſe, tubae in modum clarior inſonat; tam in notis ad Martyrol.*

quam

quam in Annal. Vide ejus (XX) *loca. Ac poſtremo ſi adhuc ad credendum torpes, veni & ſcrutare oculis teſtibus veritatem.*)

A D N O T A T I O II.

SUPPLEMENTUM adnotationis IV. quae ſupra in praevia Admon. proſtat p. 7. 8.

Ex Additam. ad Kal. Marm. p. 963.

PARS I. De Stephani Epiſcopi verbis judicium accuratius; quamve hic hiſtoriam Joanni Diac. tradiderit excerpendam.

JOannes Diaconus *Certamini Soſii Diac. ac Januarii Epiſc. Benev. & Socior.* (ea enim eſt apud Surium opuſculi Joannei inſcriptio) longiorem quandam Praefationem praefixit. Eam quia nec Chioccarellus in Collectaneis Mſſ. Brancatianis nec Falconius habet, imo & ipſe Cl. Stiltingus ejus particulam alicubi recitaſſe contentus, an poſtea eam integram alibi ediderit, adhuc neſcio; nolui committere, ut eamdem ad plura valituram Neapolitanis invideam. Itaque ex Surio ad XXIII. Octob. (qui unus quod ſciam affert) eam integram inferne (XXI) repraeſentabimus.

Ergo Johannes in eâ Praefatione teſtatur, ſe Stephano III. (qui X.

G ine-

(XX) Baronius in Notis ad XIX. Sept. haec habet: *Inſigne ac perenne miraculum ſanguinis ejuſdem S. Januarii (qui cum ampulla vitrea concretus contineatur; liqueſcere tamen & fluere, perinde ac ſi recens eſſet effuſus, ſaepe conſpicitur) non ejuſmodi eſt, ut unius vel alterius hominis teſtimonio comprobetur, ſed ita manifeſtum, ut ipſe Martyris ſanguis aſſiduâ miraculorum operatione vocibus quibuſdam, velut Abel ſanguis clamans, per univerſum orbem Chriſtianum intonet.* Idem in Annalibus ad annum 305. n. VI. *Viget ibi .... perenne miraculum ſanguinis ejuſdem Martyris ... Nam cum ... concretus atque durus ſemper maneat; tamen cum primum ad caput Martyris admovetur, quaſi ... fontem unde manavit intelligens, eo recurrere unde fluxit exoptet, illudque iterum animare feſtinet: ac veluti morae reſurrectionis impatiens, protinus liquefieri, mox fluere & ebullire maxima omnium admiratione conſpicitur. Cujus tantae rei non unum aut alterum teſtem producam; cum tota Italia, & totus, ut ita dicam, Chriſtianus orbis, teſtis ſit locupletiſſimus; cum haec in regiâ & ampliſſimâ aſſidue fiant civitate, ad quam ex totius orbis partibus confluere hominum multitudo ſoleat.*

(XXI) *Praefatio Jo: Diaconi ad certamen SS. Soſii, Januarii &c. Tum quaedam de hoc ſcriptore adnotata.*

POſt nonnulla tyrocinii mei opuſcula, quibus aliquantiſper juvenilem animum caritatis exercuiſſe videbar imperio, nullius fore diſponebam intentionis, niſi ut magis hebetarer deſidia, quam fomenta lividae ſtomachationis alicui pro talibus ſubminiſtrarem experimentis. Didiceram quippe, & ſatis didiceram, qualiter bilis ignita, linguae faculam torrens, contiguos ureret dentes. Huie ergo decreto cum inelinatus animo adhaeſiſſem; interim plurimor. ſodalium coepi, etiam & domini Ven. Joannis Sancti Severini Abbatis, quem unquam refellere nefas aeſtimaveram, detrectare implorationes; adeo ſeilicet, ut ad id quod de Sancto Soſio fieri poſtulabat, multifaria evadens obliquitate diverſus, mo-

modulum excuſationis nullatenus inhiberem. Quod ubi vir ſtrenuiſſimus animadvertit, non eſt paſſus ultra diſſimulationis prolongari funiculum, ſed per idoneos perventores domino Stephano ſuggeſſit Epiſcopo, quatenus ejus amplitudinis interventu obtineret, quod adipiſci ſua impetratione nequibat. Extemplo me pontificalis accerſitum ſublimitas, taliter increpando accepit: Excidit ne tibi, Diacone, qualis ſit fructus obedientiae? Excidit ne Samuelis juſta indignatio, dicentis: Melius eſt obedire, quam ſacrificare? Cur ergo ſurda praeteris aure, quod a Johanne Abbate toties poſceris? An ignoras quantas utilitates talium narrationum ſcripta convectent? Si enim in eis totius Chriſtianitatis emolumenta percipiuntur, quare tu tua quaerens, oſtendis te colaphis non eſſe diſciplinatum Apoſtolicis? Sic praeſul, & præſuli ſic ſubmiſſa voce reſpondi: Si veſtrae prius diſcretionis lance penſatur, quo potiſſimum noſtra vergat accuſatio, juſtiſſime caſtigamur; ſin alias, quare tantis fatigamur redargutionibus? Habet, inquam, habet affatim noſtri compertum acumen ingenii, quomodo plurimae martyrum paſſiones ex hiſtoriis, & annalibus ſunt decerptae, in quibus ſeriatim commendabatur quicquid gentilis illa perpetrabat examinatio. At nos, quibus nulla talium facultas ſuppeditat, quo exequi pacto cogimur, unde rectiſſime favorali denotemur mendacio, & inevitabile pſeudoepigraphi diſcrimen incurramus? Hanc praeſul ipſe apologiam tali protinus auctoritate concluſit; Procul hinc procul, ſi placet, totius objectionis ambago recedat. Eſt enim exinde quaedam ſcriptura lepida, ut reor, digeſtione contexta, quam me olim vidiſſe recordor: & quidem, quoniam longi temporis meta relabitur, idcirco cunctando aſſero utrum nec ne S. Januarii geſtis, cum quo fortiſſimus Chriſti athleta immortalem percurrit agonem, aliqua ſit ex parte diverſa. Tamen haec qualicumque ſtylo prolata conſtet, ſumenda eſt a te; & ſicut certum eſt tuos feciſſe majores, quaeq; fiunt ſuperflua reſeca, neceſſaria ſubroga, inepta abiice, & una cum his quae de inventione corporis ejus ſunt, fide tua qui interfuiſti, in civilem redige compoſitionem, quatenus pro tanti laboris recompenſatione municipatu tandem martyriali Chriſto largiente perfrui merearis. Ad haec ego nihil ultra reſpondere praeſumens, coactus inchoavi, quod ſpontaneus recuſabam. Sed quia in memoratis ſcriptis, infatuato quamvis ſale pertinctis, nulla parentum ipſius, nec pontificis ſaltem, qui eum Levitali redimitione dicarat, mentio inerat, & conquerentes ex hoc viros etiam non ſpernendae gravitatis perſpeximus: ideo ſummatim commemorare libuit, ut nec ego ſim in antea obnoxius, nec illius temporis pertinaciter incuſentur ſcriptores; quoniam multus accidere potuit eventus, aut latibuli ſcilicet, aut mortis, nec non & ignorantiae, vel aliud quid veriſimile, unde juſta poſſit oriri excuſatio, quod ſilenter praetermiſerunt. Tamen quomodocumque acciderit, quia nulla valet modo conjectura cenſeri, ſtat me, credulitate media, nihil irritum, nihil ambiguum in iſtis poſuiſſe narrationibus. De cetero nunc agendum eſt, honorabilis Abba, ut nuper promiſſis orationibus ſic meam juves inertiam, quatenus ſit Deo acceptum, & hominibus ratum hujus noſtri laboris conamen. Haec Levita Diaconus.

Dixi pag. ſuperiore initio Adnot. II. dubitare me an Praefationem Joh. Diaconi Cl. Stiltingus integram dederit. At ſtatim ac formis compoſita fuit, vir amiciſſimus renuntiavit, eam ab eod. Bollandiſta integram afferri pag. 454. (nim. editionis in quarto quae nunc una Neapoli circumfertur) & quidem cum var. lect. notuliſque.

Ita

Digitized by Google

ineunte ſaeculo cathedram Neapolitanam inſedit) ad ſcribendas S. Soſii res hortanti diu reluctatum fuiſſe, maxime propter monumentorum S. Soſii inopiam. *Plurimae* (inquit Joannes) *martyrum paſſiones ex hiſtoriis & annalibus ſunt decerptae, in quibus ſeriatim commendabatur, quidquid gentilis illa perpetrabat examinatio*. Non aliud meo judicio *examinationis* nomine quam tormentorum ſaevitiam intelligit: id quod de Graeco fonte cadit; nam ἐξετάζω (quod reſpondet τῷ *Examino*) Heſychius reddidit βασανίζω i. e. *torqueo*: hinc Anaſtaſius in Hormiſda: *Quos* (Mani-

G 2 chae-

Ita in hoc facto mihi non parvo ſtetit conſtantia in propoſito non adeundi Stiltingi: quem ſi in tempore adiiſſem, aut adiri feciſſem, hoc qualicumq. labore ſuperſediſſem. Vel ſic tamen Stiltingo Surioq. carentibus (nec enim alios novi qui hanc Praefationem ediderint) proderit in hac cauſa mirum viri hujus deguſtaſſe dicendi genus, numquam ſui ſimile in ſuis opuſculis; ut qui infarciendis potius inſolentibus loco non ſuo vocabulis, quae in veterib. gloſſariis aucupabatur ſine ullo delectu, operam inſumebat, ceterum ab imitandis bonis auctoribus alieniſſimus. Quod ſtylus numquam ſui ſimilis; id partim fit quod ſaepe aliena decerperet (ut in Chronico Epiſc. in quo pro monumentis, quibus uſus, dictio variat) partim quod ipſe ſtylo careret. Sed tamen numquam deterior eſt, quam ubi ſtudium intendit, uti ex hac Praefatione vides, & ex ſeq. *Certamine SS. Soſii & Januarii*.

Verum ſiquis noſtrorum hominum id operam dederit, ut hujus opuſcula (quae ſunt ſane plurima, eaque disjecta ac diſſipata, partim etiam ni fallor inedita) in unum volumen cogat; nae is poterit & illud ſimul rimari, utrum ab illo Joanne, qui Diaconus Eccleſiae S. Januarii inſcribitur, alius per id rempus Joannes Diaconus fuerit, idemque ſcriptor: de quo interdum ſuſpicio ſubiit, ſed me a conjectando continui.

A Cl. Stiltingo huic Praefationi var. lectiones additas ajunt: ex quibus lectores proficiant, moneo. Eas lectiones cum vir amicus mihi roganti deſcripſiſſet; has tantum duas utiles reperi, easq. in textum intuli: nim. v. 7. pro *ſubminiſtrares* (quod habet Surius, ac ſatis male cum neminem Auctor alloquatur) ex Stiltingo repoſui *ſubminiſtrarem*. Ac pari de cauſa v. 8. & 9. pro *Didiceras* &c. ex eod. correxi, *Didiceram ... & ſatis didiceram*. Ceterae Stiltingianae lectiones laudandae quidem ob viri Cl. diligentiam, verum nullius uſus. At vero quod v. 24. pro *Perventores* affert *Proventores*; ſi quidem id in membranis reperit, ita demum afferre poterat, modo ſimul moneret, τὸ *Perventores* unice rectum eſſe. Quotus enim quiſq. ex recitatorib. Breviarii Rom. (nam ibi quoq. hoc alicubi legi, recordor) Auguſtini illud in II. de conſenſu Evang. c. 20. ignorat? *Vulgo PERVENTORES appellantur, qui potentium .. inacceſſibiles animos per convenientium perſonarum interpoſitionem, ambitionis arte pertingunt*. Et olim quidem uſus ejus vocabuli non aliunde quam ex Auguſtino innotuerat. Nunc accedit & noſter Diaconus. Ver. 13. pro *Inter* poſui *Interim*.

Ceterum quod ver. quinto ante finem compellat Abbatem quemdam (*honorabilis Abba*) is eſt Johannes Abbas monaſterii S. Severini. Eum initio non modo non alloquitur, ſed etiam ver. 14. caſu ſecundo veluti abſens nominat. Verum in extrema Praefatione vix tandem ad eum convertit ſermonem. Noſter Diaconus Joanne Abb. S. Severini non modo intime utebatur, verum ab ejus ore tamquam ſui Patris ſpiritualis totus pendebat, ut aliunde ſatis conſtat.

Digitized by Google

chaeos) *diſcuſsos cum examinatione plagarum*, *exſilio deportavit*. Pergit ibid. Joannes : *At nos quibus nulla talium facultas ſuppeditat*, *quo exſequi pacto cogimur*, *unde . . . inevitabile pſeudo-epigraphi* (imo *Pſeudographi* h. e. *mendaciorum ſcriptoris*, videtur ab Joanne ſcriptum : nam ψευδεπίγραφος non de homine dicitur, ſed de libro, qui falſo alicui inſcribitur) *diſcrimen incurramus ?* Eâ Stephanus excuſatione minime admiſſa, ſic Joanni diac. reſpondet : *Eſt . . quaedam ſcriptura*, *LEPIDA ut reor digeſtione contexta*, *quam me olim vidiſſe recordor ; & quidem*, *quoniam longi temporis meta relabitur*, *idcirco cunctando aſſero*, *utrum nec ne S. Januarii geſtis*, *cum quo fortiſſimus Chriſti athleta* (Soſius) *immortalem percurrit agonem*, *aliqua ſit ex parte diverſa*. *Tamen haec qualicumque ſtylo prolata conſtet*, *ſumenda eſt a te ; & ſicut certum eſt TVOS FECISSE MAIORES* (in geſtis ſcil. Januarii dilatandis) *quaeque* (pro *quaecumque ;* ſicuti & Latium vetus uſurpabat) *fiunt ſuperflua*, *reſeca*, *neceſſaria ſubroga*, *INEPTA abjice ; & una cum his*, *quae de inventione corporis ejus* (Soſii) *ſunt*, *fide tua*, *qui interfuiſti*, *in civilem redige compoſitionem*. Hoc alterum habemus ab hoc Diac. praeſtitum eo opuſculo, quod *Certamini SS. Soſii & Januar.* ſubjicitur.

Hactenus Stephanus Epiſcopus. Mox Joannes ſcriptor conqueritur, quod *in memoratis ſcriptis* [tum illa ſcil. hiſtoria quam Stephanus indicavit, tum aliis recentioribus S. Januarii Actis) *nulla parentum ipſius* (Soſii) *nec Pontificis ſaltem*, *qui eum Levitali redimitione dicarat*, *mentio inerat :* ideoque ſibi non niſi *ſummatim commemorare* res S. Soſii libuiſſe ait.

Atque in meo Kal. Marm. pag. *266.* col.1. ad haec Stephani verba adnotaveram, Praeſulem non S. Januarii ſed S. Soſii hiſtoriam quamdam Joanni chronographo deflorandam iis verbis propoſuiſſe, aut ſaltem talem hiſtoriam quae primario quidem de S. Soſio ageret, etſi commilitonum quoque geſta narraret. Id quod partim nunc ratum habeo, partim novo temperamento molliendum puto. Agebat Stephanus de quadam Paſſione, quae ita communiter Soſii ac Januarii geſta complecteretur, ut, quia eam jamdiu legerat, dubitaret, utrum primario *Soſii*, an *Januarii*, an utriuſque inſcribenda eſſet. Id ſibi volunt verba illa, *Cunctando* [h. e. *dubitando*, ut ex Gloſſis G. L. patet] *aſſero*, *utrum nec ne* &c. Quae quum ita ſint, minime dubito, quin non aliud quam haec ipſa Acta, quae nunc primum dedimus, Stephanus epiſcopus Joanni decerpenda obtulerit, ut ex iis proficeret, & ex eiſdem S. Soſii qualemcumque hiſtoriam, ejuſdem inventioni & tranſlationi praemittendam, concinnaret. Cujus meae veriſſimae ſententiae has habeo cauſas.

I. Nullam tunc exſtitiſſe hiſtoriam, quae privatim res Soſii complecteretur, ex paevia illa cauſantis ac ſubterfugientis Joannis expoſtulatione ſatis conſtat. Niſi quod haec tamen Acta olim a Stephano lecta exſtabant : quae quum

& ab

& ab Soſio inciperent,& plura eidem peculiaria traderent [etſi poſtea, ubi ad certamen venitur, communiter de cunctis commilitonibus, ſed praecipue de Januario agitur] hinc jure Stephanus dubitabat, Soſione an Januario, an potius utrique inſcribenda eſſent. Atqui hoc ultimum verum erat. Nam ſi huic Paſſioni Bononienſi (quae in Mſ. *PASSIO S. Januar.* . . . inſcribitur) veriſſimus titulus praemittendus fuiſſet; non is erat, qui nunc poſt tot ſaecula praeſcribitur, ſed ferme hujuſmodi: *Paſſio SS. Soſii Januarii & ſociorum Martyrum*. Sicuti contra a ceteris, quae olim erant, & adhuc ſunt,horum commilitonum actis [tum ſcil. Vaticanis, tum Falconiano monumento *Ad gloriam*, tum in plurib. Lectionibus, & ſiquid aliud antiquitus ſcriptum exſtat] a ceteris, inquam, omnibus illae de Soſio peculiares narrationes, quae in prioribus tribus Bononienſium ſectionibus accurate deſcribuntur, prorſus abſunt. Non alia igitur, quam quae nos primi dedimus, Acta Bononienſia Joanni Stephanus carpenda tradidit.

II. Re autem vera non aliam ſcriptionem, quam Acta Bononienſia, ab Stephano Joanni propoſitam, id maxime oſtendit, quod quae privatim ad Soſium pertinent, non niſi ex ipſis hiſce Joannes hauſiſſe cernitur: quorum plurima eiſdem verbis iteravit, etſi alia pro ſuo more paullo diverſa elocutione variavit. Eorum porro quae Joannes ex his Actis in rem ſuam vertit, plurima ſpecimina jam antea in noſtro Commentario protulimus, alia in repetita horum Actorum recenſione ad XIX. Sept. (*ſiquidem haec tum ſcribenti animus erat in totum Kalendarium Marm. commentari*) uti ſe res dabit, adnotabimus.

III. Accedit hoc etiam, quod Levita Joannes, ut Stephano Epiſc. morem gereret, ita rem temperavit, ut (ſicuti ex ejus *Certamine SS. Soſii & Januar.* . . *cernimus*) jam primum ab initio Bononienſia decerperet, duaſque primas ſectiones ſtylo ſuo ambitioſo dilataret, mox de Soſii prehenſione narraret, & quidem non juſſu Timothei, ſed *Dracontii*, ut in Bononienſibus. Etſi poſtea ut eidem Stephano pareret (monenti illud *Neceſſaria ſubroga*) id dedit operam, ut etiam ex Vaticanis (non diutiſſime ante compoſitis) plurima carperet. Id vero uti cum veri ſpecie faceret, Vaticana cum Bononienſibus conciliavit, ac Dracontio Bononienſium judici Timotheum (illum dico praeſidem Vaticanorum) ſucceſſorem dedit, ac plura pro arbitrio fecit.

PARS II. Stephani verborum paullo curioſius examen aliud.

Nunc operae pretium erit in Stephani verba, quae paullo ante recitavi, interius commentari. *Eſt*, inquit, *quaedam ſcriptura*, *LEPIDA*, *uti reor*, *digeſtione contexta*, *quam me olim vidiſſe recordor*. Cur *Lepidam* dixerit, nemo alius praeter veteres Gloſſas, quas unas illius ſaeculi inopia ad manus habebat, docere poteſt. In iis quae Cyrilli Gloſſae vocantur, *Lepidus* & πιθανὸς aut πειθανὸς (h.e. veri-

veriſimilis) tantumdem ſunt. Pertinet hoc igitur ad laudem Bononienſi ſcripto ab Stephano tributam, quod eo ſcripto nihil niſi *lepidum* h. e. probabile ac veriſimile contineri putaverit. Quod ſi Stephanus Epiſc. ad Donatum reſpexerit, ita ad Eun. Act. 2. ſc. 1. docentem, *LEPIDVS*, *qui politus eſt, ut* λεπὶς *i. e. lamina*; vel ſic elogium illud ad laudem pertinebit. Sed prius illud ex Gloſſis (quas tum unice terebant) hauſtum, multo verius Stephano obverſabatur, praeſertim cum his Actis ſimplicitas potius quam ornatus inſit: quod & Stephanus mox agnovit iis verbis, *Qualicumq. ſtylo*.

Pergit enim Antiſtes: *Haec* [ſcriptura actorum Bononienſium] *qualicumq. ſtylo prolata . . ſumenda eſt a te; & ſicut certum eſt TVOS FECISSE MAIORES*, *quaeque* [pro *quaecumque* ut ſup.] *fiunt ſuperflua*, *reſeca*, *neceſſaria ſubroga* &c. Quibus verbis tantumdem ab Joanne fieri jubet, quod *Majores* in longioribus S. Januarii actis [quae, ſi minus omnia, ſaltem illa Vaticana, Stephano h. e. ineunte X. ſaeculo fuiſſe haud multo antiquiora, hinc diſcimus] pertexendis fecerant. Nam in Vaticana acta pars maxima Bononienſis monumenti [quod Stephanus deflorandum Joanni dedit] eiſdem plane verbis transfuſa cernitur: niſi quod quae Bononienſis hiſtoriae initio de Soſio privatim narrantur, ea quia in Januarii hiſtoria *ſuperflua* putarunt, foenariâ falce *reſecuerunt*: in ceteris Bononienſium actorum; qua parte jejuna & ſicciora videbantur, ibi quae tunc pro ſuo captu crediderе *neceſſaria*, *ſubrogarunt*. Quin & Joannes in ſua S. Soſii hiſtoria, quam Stephani hortatu ex Bononienſib. actis defloravit, plura eorum quae putavit *ſuperflua*, *reſecuit* [veluti quae de matre S. Januarii, de orario, de digito abſciſſo narrantur: quae nihil cum Soſio commune habebant] & quae cenſuit *neceſſaria*, ex recentioribus Januarii hiſtoriis, *ſubrogavit*. Ex quo patet, eum ſui Praeſulis nutibus plane morigeratum fuiſſe.

Sed & hoc etiam Praeſul ſtatim mandati dedit: *INEPTA abjice*. Dolet heic mihi ſane, quod quantum laudis *Lepidi* vocabulum, quod ſupra uſurpaverat, hiſtoriae huic noſtrae adſperſerat, tantum iſtud INEPTA nunc detrahit. At ſatis ſalvae res erunt, ſi iſtius ſaeculi notiones ex Gloſſis veteribus diſcere curae fuerit: in quibus INEPTVS inter cetera idem eſt quod Graece ἀδρανής. Hoc autem tantumdem in iis eſt quod *Languidus*, *Imbecillus*. Nec dubito, quin eo nomine notarit Stephanus Bononienſium actorum ſimplicitatem ac dictionis humilitatem cum plurimis ſoloecis conjunctam: quae certe ſemper hiſce actis fraudi fuit in tantum, ut jam tum deſpectui haberentur, ac neglecta in ſitu jacerent [unde & Stephanus ait, *Eſt QVAEDAM ſcriptura*: haud ſcil. vulgo nota; quaeque tum quoque cum tineis luctabatur] dum interim nova alia viſa ornatiora plauſu exciperentur. Ab hac igitur tanta locutionis ruſticitate ac ſtribligine cavere ſibi Joannem jubet.

Nec

Nec ſecus ac juſſus fuerat, Diaconus fecit, omnia pro ſaeculi captu ἀνθηρογραφήσας (*ornate elocutus*) ſi ſuperis placet. Hactenus in Stephani quantivis pretii verba commentari non piguit, ut vel inde intelligatur, quodnam ineunte X. ſaeculo Actorum Bononienſium fatum Neapoli fuerit. Quid porro miramur, ſi eadem poſtmodum uſque adeo fucato novarum hiſtoriarum nitore oppreſſa jacuerint, ut Neapoli penitus interciderint, ac vix anno 1180. in Bononienſis monachi manus lacera & corrupta pervenerint, qui ea male tranſcribendo deteriora fecerit?

Antequam vero manum de tabula: nec de Stephani, nec de Joannis fide ac veracitate quidquam detractum volo: qui quidem ſiquid offenderunt, magis judicio quam ſinceritate peccarunt. Ceterum poſteriore Joannis Diac. hiſtoriae parte (qua de inventione & translatione quibus interfuit, unice agitur) nihil eſt verius aut accuratius. Idque Joannes ipſe in calce prioris partis profitetur: cujus partis hic finis eſt. *Beatiſſ. deniq. Soſium cives ſui Miſenates.. in mirifica collocaverunt eccleſia die IX. Kal. Oct. De quo.. poſt multor. annor. curricula qualiter Neapolim translatus ſit, SUB TESTIMONIO FIDEI* (confer illa in Actis S. Vincentii *Signata veritatis verba*; ad quae in Additamentis Kalendarii Marm. pag. 928. col. 2. in Additione ad XXII. Januar. commentati fuimus!) *ſub teſtimonio*, inquit, *fidei VERACI, & SIMPLICI STYLO proſequemur*. Vides his verbis Joannem poſterioris partis haud defugere auctoritatem; ac proinde prioris non in omnibus auctorem ac fundum ſe fieri velle, ſed fidem penes auctores ſuos, ex quibus hauſit, eſſe jubere. Hauſit autem, uti vidimus, partim ex Bononienſi hiſtoria (quae haud dubia fide nituntur) partim ex Vaticanis, aliter Baronianis.

ADNOTATIO III.

Acta Bononienſia tracta de Graeco fuiſſe, ex integro luculentius demonſtratur.

Huc adſcita ex Kal. Marm. to. 3. p. 966.

IN Adnot. 2. (quae in hac repetita Actor. editione initio Actorum pag. 14. ſubſternitur) primum argumentum ab eo capitur, quod in his actis *Jannuarius* cum duplici N more Graeco ſcribitur: quod quia ſatis luculenter ibi explicavimus, non eſt iterandum. Niſi quod angor diſſidio inter priorem illum, qui Acta Bononienſia juſſu Illuſtriſſ. Praeſulis Galiani deſcripſerat, interq. erudítiſſ. Fabrum nuperum collatorem: cum prior in *Jannuario* locis omnibus N duplicarit, contra hic id nomen fere ſemper cum N ſimplici ſcribi renunciarit. Utri credam? Fabri quidem, viri tanti, me frangit auctoritas: qui tamen dat priori deſcriptori aliquid, dum *ferme ſemper* cum ſimplici N notatum ait: ex quo tamen ſequitur, interdum cum N gemino reperiri. Verum ſic lis componi poteſt. Deſcriptor anterior id nomen bis terve cum duplici

plici N invenerit, interdum alicubi cum lineola ſuperne, quae τῷ N aequipollet: quibus inductus N ubiq. duplicavit, ratus eam orthographiam auctorem ſequi voluiſſe. Faber ex adverſo faſſus eſt, interdum N geminari, ceterum lineolam ſuperne alibi ſcriptam inſuper habuit. Cui enim bono, cum duplex N vitioſum (ſicuti re vera eſt) judicaret? Tamen ego, ſi Faber aliud nuntiarit, dabo manus. Nec enim in tot luculentis Graeciſmi documentis iſto duplici N magnopere indigeo.

Par conſonae duplicatio in *Soſſii* nomine ſemper viſitur. Qua de cauſa? niſi quia in Graecor. libris liturgicis Σώσσος perpetuo ſcribitur? De quo vide dicta ſup. pag. 19.

In primo ipſo ſtatim Actorum initio legitur: *Conſulatu Conſtantini Caeſ. quinquies* &c. pro eo quod a Latinis dicitur, *Conſtantino quinquies & c. conſulibus*. Id vero ex Graeco αὐτολεξεὶ deſcriptum fuit, ubi more Graecor. ſcriptum erat, ἐπὶ ὑπατείας Κωνςαντίνε... *In conſulatu Conſtantini* &c. Etſi, ut ingenue fatear, aevo medio Graeca haec conſulatuum notandorum conſuetudo interdum Latine uſurpata cernitur, ut in inſcriptione apud Murator. p. 1950. 9. & nonnumquam alibi in marmoribus & libris. Itaque hoc argumentum pro Graeciſmo Actorum militat quidem, at non plane cogit. Illud gravius, quod ſtatim ſequitur, *Et Maximiani ſepties*; quum tamen parem in utroque fuiſſe conſulatuum numerum ſatis conſtet. Nec quidquam deſcriptores Latini textus peccarunt; quia is error etiam in Vaticanis & in Antiquis lectionibus legitur: quod argumento eſt, antiquitus in his Actis Latinis ſic ſcriptum fuiſſe. Nec vero ex *Quinquies* poterat librarius *Septies* facere, aut (ſi numericis notis id notatum eſſet) τὸ V. in VII. vertere. At culpa facilius in interprete reſidet; qui Graecas notas numericas (unico charactere ſignatas ac ſaepe evanidas, imo & interdum affines) haud novit ſolerter diſtinguere. Adhaec cur mox *Meſinatae* (pro *Miſenatis*) ſcriptum fuerit, in Comm. pag. 17. Adnot. 8. ex Graeco expoſuimus.

Ibid. *Soſſius* dicitur *Vir prudentiae ſanctitate* (in loco correxi *Prudentia & Sanct.* id quod Beda in ſuo Soſio firmat: *Sanctitate*, ait, *& prudentia*) at dicitur, inquam, Soſſius *prudentia & Sanctitate firmiſſimus*. Vbi non alia de cauſa τὸ *Firmiſſimus* uſurpavit, quam quia in Graeco στῤῥότατος reperit. Sed tamen, etſi στῤῥὸς & *firmus* ſibi e regione reſpondent; aptius tamen reddi *Graviſſimus* poterat, cuia στῤῥὸς ſaepe ad animi gravitatem refertur) niſi verbum verbo appendere nimium fidus interpres maluiſſet.

Eadem ſect. I. v. 5. dicitur Soſſius fuiſſe *Annorum circiter triginta, ſicut ipſe cuidam epiſcopo, qui Dei gratia advenerat, in exſtaſis* (cor. *ecſtaſi*) *revelare dignatus eſt*. Quid porro ad annorum numerum reſciſcendum revelatione per *ecſtaſim* opus fuit? Ne lectorem diu teneam; mihi videbatur Graece qui-

quidem non aliter ac Latine, ἐν ἐκστάσει ſcriptum fuiſſe, ſed longe alio ſenſu, quam myſtico. Nam ἔκστασις etſi ſaepe *exceſſum mentis* ſignificat, interdum tamen non aliud quam ſimpliciter *receſſus* aut *diſceſsus* eſt: de quo mox copioſe ADNOT. ſeq. dicam. Itaque non aliud ſibi vult hic locus, quam epiſcopo illi ab Soſio diſcedenti, ac de aetate interroganti, *revelaſſe* (nam Graece erat ἀποκάλυψειν) h. e. ſignificaſſe ſanctum Diaconum, ſe circiter annos triginta natum eſſe. Hinc vides dupliciter graeciſſare hunc locum, tum quia illud ἐν ἐκστάσει reliquit ἀνερμήνευτον (*ſine interpretatione*) nempe *In ecſtaſi*, tum etiam quia verbo Ἀποκαλύπτω appendit verbum *Revelo* (ſacrarum revelationum peculiare factum) certe quia in Cyrilli Gloſſis Ἀποκαλύπτω redditur *Revelo*. At quanto aptius vertiſſet, *Aperuit*, *indicavit*, *detexit*. Interim Joannes Diac. eodem verbo utitur (*Erat tunc*, inquit, *beatiſſ. Soſius annor. circiter triginta*, *ſicut ipſe cuidam REVELAVERAT epiſcopo*) quo prae ſe fert, non aliunde id quam ex actis Bononienſibus, quae ſibi Stephanus epiſcopus propoſuerat, haec hauſiſſe, quae nuſquam alibi leguntur. Neque hic porro helleniſmorum finis. Nam in eiſdem verbis illud *Dignatus eſt* ſuſpectum Graeciſmi habeo. Quaenam rogo *dignatio* aut [ut ea vox vulgo capitur] συγκατάβασις ſive *indulgentia* tanta, ut memorari debuerit, in eo eſt, quod ſe tot annos quis natum eſſe fateatur? Omnino haec Graece ſic concipiebantur: ὥς τινι ἐπισκόπῳ ... ἐν ἐκστάσει ἀποκάλυψειν ἀξιωθείς, h. e. *Vt cuidam epiſcopo*.:. *ab ſe digredienti poſtulatus aperuit*. Et certe verbo ἀξιόω Cyrilli Gloſſae, (quas aevo poſteriore magno uſui fuiſſe reperio) non aliam quam *petendi* ac *poſtulandi* notionem ſubjiciunt: quam notionem etiam antiqua Graecia familiarem habuit. At bonus interpres, in Graeco aeque ac Latino ſolo hoſpes, non aliud ſignificari eo poſſe putavit, quam illud vulgare *Dignor*. Itaq. pro ea, quam modo de meo poſui, veriſſima interpretatione, hanc alteram excudit ſuaviſſimam, *In ecſtaſi revelare* (quaſi ſi in inſula Patmo haec geſta fuiſſent) *dignatus eſt*. Ita tribus continuis verbis totidem abſonos helleniſmos admiſit: quorum vel unus tantum ſatis eſſet, ut quivis nunc vel leviter Graece gnarus intelligat, haec Acta jam antea Graeca fuiſſe, quam Latinis verbis, ſed captu Graecanico, balbutientia prodire in ſcaenam juberentur. Et tamen adhuc in eo ſe nonnulli obfirmant, ut haec Acta de Graeco tracta fuiſſe pernegent.

(Nec tamen horum verborum abſoluta explicatio fuit: imo in eo medio loco quaedam a me relicta lacuna fuit, quam in Bononienſibus voces binae occupant, nim. *Dei gratia*. Ait enim: *Sicut ipſe* (Soſſius) *cuidam Epiſc. qui DEI GRATIA advenerat*, &c. Ac ſane ſi haec cum Jo: Diac. conferantur (locum videbis mox ADNOT. IV. ubi haec verba refricamus) apud eum loco τῷ *Dei gratia*, invenies THEODOSIVS. Verum horum ſequatur (*Dei gratia*

H ne,

ne, an *Theodoſius*) eligat lector. Interim certiſſimum eſt tale aliquid in Graeco Actorum fuiſſe, quod utramq. interpretationem admitteret, tam illam Actorum Bononienſium, quam alteram Levitae Joannis. Et hic quidem cum exſerte *Theodoſium* verterit, ſatis aperte ſignificat, ſe in Graeco ipſum Θεοδοσίου nomen reperiſſe. Ac fuerit dandi caſu Θεῷ δόσει: ex quo Bononienſis translator illud *Dei gratia* (ſive *datione*, aut *beneficio*, ſicuti in Gloſſis Δόσις accipitur) expreſſit, Levita vero noſter *Theudoſium* tranſtulit. Nam aevo medio *Theudoſius* (Θευδόσιος) libentius quam cum O ſimplici *Theodoſius*, uſurpabatur. Verum de his plura vide ADNOT. ſeq. ubi haec eadem enucleatius expoſui. Nec enim ad ſuadendam Bononienſium Actorum Graecitatem diſertior alius locus excogitari poteſt: quippe in quo quot verba, tot linguae ſunt, quae ſe de Graeco olim fonte fluxiſſe clamant. Quocirca etiam atq. etiam viderit Cl. Stiltingus, ſeſe ne, an credulum vulgus fruſtetur, ubi §.II. num. 24. 25. negare ſatagit, (etſi nullo argumento producto) haec Acta fuiſſe olim de Graeco in Latinum tranſmiſſa.)

SECT. 3. pag. 26. v. 4. quod *DiaconEm* pro *DiaconVm* ſcribitur, id eſt ex Græco more, quo Διάκων, διάκονος ab Eccleſiae ſcriptoribus flecti ſolebat. Id quidem leviculum eſt; nec alia de cauſa hic notavi, quam quia errore typographico dicta pag. 26. v. 4. *DiaconVm* legitur, ubi in meo apographo ex Bononienſi cod. exſtabat *DiaconEm*.

Ibid. pag. 27. v. 8. *Milites qui CVSTODIEBANTVR carcerem*, inſignis locus eſt, in quo per tranſlationis Latinae rimas Graecae dictionis ingenium prorſus emicat. Nam quia Graecus auctor ἐφυλάσσοντο voce paſſiva, ſignificatu vero activo uſurpaverat (nam Graecis φυλάσσομαι notione activa uſitatiſſimum eſt) putavit interpres ſibi quoque tantumdem licere. Ead. hac ſect. pag. 28. ver. 10. reperitur: *Et ipſi ſe Chriſtiani* (pro *Chriſtianos*) *manifeſtant*: certe quia Graece ſcriptum fuit, καὶ αὐτοὶ Χριστιανοὶ ὄντες κατάδηλοι εἰσι. Cujus ſyntaxeos eſt & exemplum alterum plane germanum mox extremâ ſectione quarta verſu penult. *Qui ſe Chriſtiani* (pro *Chriſtianos*) *profeſſi ſunt*: plane quia Graecus auctor more Graecanico ſcripſerat, οἱ Χριστιανοὶ ὄντες ὁμολόγησαν. Graece gnari ea norunt.

Quid vero magis Graecanicum quam illud, quod ſect. 4. p. 29. v. 4. ſcribitur? *Sed Vt judex moras innecteret* . . . *& ad amphitheatrum tardius properare, veniens arenarius dixit*. Vides hic aut utrobique infinitivo modo ſcribendum fuiſſe (nempe *innectere*, ſicuti mox *properare*) aut utrobique per conjunctivum, nim. *properaret*, ſicuti ante *innecteret*. Verum ſi poſterius ſequare, gravabitur error interpretis: qui, tamquam ſi iſtud VT cauſam finalem ſignificet, cum conjunctivo copularit; quum contra certiſſimum ſit τὸ VT (quod Graece erat ὡς) non fuiſſe αἰτιολογικὸν, ſed potius temporis: nempe ὡς pro ἐπεὶ, & VT pro *poſtquam*.

Ita-

Digitized by Google

Itaque prius malo, utrobique ſcil. infinitivo uſum interpretem. Id quod eâ gratiâ fecit, quod Graece reperiſſet ὡς iſtud temporis cum infinitivo junctum (quod pluries Graeci eleganter uſurpant) nim. ὡς δὲ ὁ κριτὴς ἐπιβραδύνειν, & mox βραδέως σπεύδειν. Quod imitatus ingenii ſervilis interpres, eàdem prorſus junctura utens, ſic poſuit: *Sed VT judex moras innectere . . . & ad amphitheatrum tardius properare* (pro *nectebat*, *properabat*) *arenarius dixit*. Nolo heic autem acclamationem antevertere; nam haeret alius praeterea in modo allatis verbis helleniſmus, qua parte hiantem lacunam exhibui. Vbi tria ſunt in Actis verba (nim. *Cauſa publica faciente*) ſed pro *Faciente* in Graeco πραττούσης aut εἰσπραττούσης erat: quod verbum ſic primario eſt *Facere*, ut non raro ſit *Exigere*. *Cauſa publica exigente*. At noſter vir bonus (tantum ſcil. Graece gnarus, quantum ex macris illius aevi Gloſſariis adipiſci poterat) nihil prius habuit, quam ut pro πραττούσης, τὸ *Faciente* appenderet. In fine ejuſd. ſect. ad illud, *Se ChriſtiaNI* (pro *ChriſtiaNOS*) *profeſſi ſunt*, vide modo notata pag. 58. col.2. Eſt enim helleniſmus inſignis. Et tamen quum olim haec Acta meram eſſe interpretationem, totamque de Graeco jecore ſapere, teſtaremur; ſurdo fabula canebatur.

Sect.5. p.32. v.3. leviculum illud eſt: *QVID ENIM* (pro *Quidnam*) *mali homines iſti fecerunt*. Nam in Graeco repererat, τί γάρ, *Quidnam*. Etſi τὸ *Quid enim* eâdem notione in Vulgata Mat. XXVII. 23. Mar. XV. 14. Luc. XXIII. 22. uſurpatur pro *Quidnam*.

Sect.6. p.33. v.2. *Quidam SENIS pauperiſſimus*. Obiter: quidquam heic mutari veto. Nam quamvis nulla mihi nunc exempla ſuppeditent recti SENIS pro *Senex*, tamen ἀρχαϊκῶς id uſurpatum, nullus dubito. Certe ſicut a recto *Senex* olim obliqui fiebant *Senecis*, aut *Senicis*, & ſic ceteri caſus (ex quibus porro cognomina *Seneca*, & *Senecio*: & *Senica* pro *Senex*) ſic contra obliqui diſyllabi *Seni*, *Senem*, qui nunc in uſu ſunt, docent fuiſſe olim & rectum caſum *Senis*: a quo recto non tantum obliqui nunc uſitati deſcendunt, ſed & comparativus *Senior*: qui gradus a *Senex* debuiſſet eſſe *Senecior*. Similis eſt in *Pauperiſſimus* (niſi mendoſum ſit) vetus idiotiſmus. Verum haec etſi archaiſmi gratiam his Actis conciliant, non ſunt tamen loci hujus, quo de helleniſmis agimus: quos jam notare pergo. *Quidam*, inquit *ſenis pauperiſſimus . . OPPOSVIT ſe B. Januario . . . ut aliquid de veſtimentis ejus mereretur accipere*. Nemo mihi hoc eripiet, quin hic interpres non alia de cauſa τὸ *Oppoſuit ſe* uſurparit, quam quia Graece repererit Ἀπήντησε: quod, ſi originem & primariam Graecam notionem intuearis, eſt quod voluit interpres: ſin uſum ſpectes, reddere debuiſſet, *Occurrit*, aut *Obviam proceſſit*. Extrema ſectione: *Orarium meum . . . ſcias TE me ipſum daturum eſſe*. Imo vero *Tibi* ſcripturus erat, niſi in ſuo auctore legiſſet, ἴσθι ἐμαυτόν σοι δωρή-

δωρήσεσθαι. Nam δωρέομαι paſſim Graeci cum accuſativo perſonae jungunt.

Sect. 7. v. 2. *Ante Triduo*. Cave damnes: nam ἀρχαϊκῶς & ἰδιωτικῶς ſic loquebantur: nec magis in *Triduo ante*, quam in iſto *Ante triduo*, τὸ *Ante* adverbii vim habet. Illud verſu 5. *Quid vellet eſſe*, eſt purus putus helleniſmus, quem in Graeco invenit; quem ſatis pag. 15. in cit. Adnot. 2. explicavimus.

Sect. 8. p. 37. v. 1. *Spiculator cum magna virtute* (reſpondet τῷ *Virtute* illi, quod in ſuo reperit, δυνάμει: ut Adn. 2. p. 15. expoſuimus) *percutiens*. Sequitur ibid. v. ult. *Apparuit ſeni illi evidenter*, h. e. ἐναργῶς aut ἐμφανῶς, uti expoſitum eſt in Adnot. 2. p. 15. Mox: *Orarium*, *VNDE* (pro *Quo*: nam jam tum altero & tertio ſaeculo *Vnde* ſic vulgo pro relativo uſurpabant, ſicuti Galli *Dont*, Itali *Donde*) *ſibi oculos ligaverat*. Verſu ſeq. *Ecce quod tibi REDDI debeam*. Corr. *debebam*. At *Reddi* eſt veluti deponens, ad exemplum ejus, quod Graece reperit, ὤφειλον ἀποδίδοσθαι, quod ſub paſſiva voce activum eſt. Vide Suidam in Ἀποδιδόμενοι (*reddentes*) ubi & Antiphontem citat. In Philoxeni Gloſſis Ἀποδίδομαι & *pendo* ſibi e regione reſpondent.

Poſtremo ſect. 9. v. 4. quid ſibi vult portentoſum illud *Silentiora noctis*, niſi quia bonus interpres Graece ſcriptum repererat Σιγῇ ὥρᾳ τῆς νυκτὸς: quod ipſe totidem verbis adnumeravit? *Silentio hora noctis* (ac ſtatim) *apparuit . . uni ex illis, qui parati erant corpus ejus tollere*. Quum ſiquid Graece, ſiquid Latine ſciſſet, is quidem non ignoraſſet, verti totidem quoque verbis potuiſſe, *Tacite* (aut ſi mavis, *Clam aliis*, aut *ſeorſum*) *noctis tempore apparuit* &c. Siquidem quis nunc ignorat, tertium caſum Σιγῇ (h. e. *ſilentio*) ſaepiſſime adverbii inſtar eſſe, & *tacite* aut *clam aliis* reddi ſolere? Aut quis illud neſcit, Graecam vocem ὥραν non tantum duodecimam ſive diei ſive noctis partem notare, ſed & generaliter *tempus?* quae videtur potius primaria vocis hujus notio. I nunc, & inficiare ſi potes, hanc Paſſionem, quae locis omnibus Latina verba ex captu Graecorum uſurpat, Graecam antea fuiſſe, quam Latino ore immane quantum balbutiens induceretur. Cl. autem Stiltingus quid ſibi convenientius in hac cauſa fore provideat, (fateri ne, an ſecundum ſcholaſticorum ſcita ſanctiſſima, *Negare ſemper*) ipſe ſecum calculos ineat.

DIGRESSIO de eo, ecquonam haec quaeſtio valeat.

Ac ſane quid Bollandiſta ſibi in hac re conſultius duxerit, adhuc neſcirem, niſi a me rogatus amicus, ejus ad me decreta in tempore detuliſſet: ex quibus ſatis agnovi, ab eo non incallide initas rationes. Nam negat principio ac pernegat §. II. num. 24. his verbis. *Ego certe ſtylum Graecorum in Actis Mazochianis reperire nequeo*. Atqui vel ſi ante videre poterat; at ex quo ultro ſibi oculos obvelavit, jam vel alio monſtrante, *nequeat* (ſic enim fatetur) neceſſe eſt. Poſt pauca ſequitur. *Omnia enim illa, in quibus helleniſmos deprehendere ſe credit* [Mazochius] *auctoris aut exſcribentium menda facile eſſe poſſunt.*

ſunt. Hactenus eundo inficias, eluſit hoſtem.

Verum ubi *Hac non ſucceſſit*, *aliâ* (ut ille ait) *aggreditur via*. Vbi inquam, negaſſet mordicus, idq. poſtea non proceſſurum vidiſſet, intus ſeſe ipſe recepit, ac num. 25. ſic incipit: ***Verum nolim prolixam hic texere diſputationem ad examinandum, Actane illa fuerint primum Graece, an Latine ſcripta, cum id nihil prodeſſe poſſit ad illorum fidem augendam aut minuendam, nihil conducere valeat ad majorem illorum aut minorem vetuſtatem deprehendendam***. Itane, vir ornatiſſime cenſes? de eo jam paucis videamus.

Eccui bono, Stiltingus ait, tam longa tamq. operoſa tractatio? Quia, inquam, ſi haec Acta ab initio Graeca; haud diu poſt certamen ea ſcribi neceſſe fuit, ſive ſcil. ſtatim poſt inſectationem ſopitam (ea vero in Italia menſe Majo ejuſd. anni 305. deſiit) ſive ſummum ſub initia pacis Eccleſiarum ſub Conſtantino rerum Domino: quo tempore ſermo Graius adhuc Neapoli ac multo magis Puteolis, Miſeni, Cumis [XXII] vernaculus plebi erat [plebi, inquam, in Eccleſiae conventibus per Actorum Martyrum lectionem enutriendae] etſi cultiores bilingues eſſent, (quia Graece & Latine, prout uſus, loquerentur, & marmora inſcriberent)at contra curiales ad tuendam Imperii Rom. dignitatem non niſi Latine actus curiae univerſos ederent. Ergo eâ linguâ ſcribi Acta debuerunt, quam plebs juxta ac nobilitas intelligeret.

Atqui ea tanta Graeci textus primitivi antiquitas ab hac hiſtoria omnem *νοθείας* ſuſpicionem amolitur. Aliud argumentum antiquitatis Actorum capiam ex ultimis ſect. hujus verbis, *Vſq. in hodiernum diem*: de quo ADNOT. ſeq. Tertium argumentum mox alibi ducam ex Stephano Epiſc. ubi Acta Bononienſia *Exinde* h.e. ſtatim a Martyrio ſcripta dixit. Vide ad objecta Stilting. AD-

(XXII) *Quando, & quibus gradibus in his locis ſermo vernaculus ex Graeco Latinus evaſerit.*

Olim in Diſſertat. de Cathed. Neapolitana unica p. 103. ex Philoſtrato docui, medio ſaec. III. Neapoli Graeca ſtudia viguiſſe, ſeſeq. juvenes in Graece declamitando exercuiſſe: unde conſtat eo tempore non tantum imam plebem Graece inter ſe garriviſſe, ſed etiam illuſtres adoleſcentes eodem uſos eloquio: excepto quod nobilitas etiam Latine ſciret, eoque ſermone cum Romanorum primoribus huc confluentibus, inque ſenatu & judiciis uteretur. Nec alium quarto ineunte ſaeculo obtinuiſſe morem, haec Acta docent, utpote Graeca primitus, non Latine a Chriſtianis ſcripta. Quid ita? quia Plebs, quae maximam Eccleſiae Neap. partem (idem de Puteolana, Miſenate, Cumana intellige) conflabat, non niſi Graece ſciret: ſiqui vero Chriſtiani nobiles in eccleſiaſticos conventus coirent, ii bilingues eſſent.

Atque ita per ſolidum ſaeculum quartum ſeſe rem habuiſſe, praeſtare non auſim. At quinto certe ineunte ſaeculo, quia ſub S. Joanne I. haec eadem Acta in Latinum tranſmiſſa fuerunt (hanc verſionis Latinae epocham corporis S. Januarii Translatio Neapolitana, in Latinis Actis memorata, ſatis indicat), id argumento eſt, quinto ſaeculo non tantum nobilitatem, ſed & vulgus imum a Graio eloquio in Latinum deſciviſſe.

Digitized by Google

ADNOTATIO IV.

Quibuſnam locis prima Actorum ſectio manca aut foedata videatur, quove modo corrupta ſanari, lacunae vero ſarciri queant.

Adumbrata olim in Kal. Marm. p. 969. Adn. 5. nunc vero abſoluta.

DE primae ſectionis hujus calamitate memini pluries me conqueſtum. Ea ſectio in deſcriptoris anni 1180. manus locis compluribus ita corrupta incidit, ut iis locis omnibus nihil exſculpi ab amanuenſi poſſet. Atq. is debuiſſet in eiſdem conclamatis locis tantum ſpatii vacuum relinquere, quouſque locus hians aut aliunde affectus pertineret. Nunc is καλλιγραφίᾳ (*ſcriptionis elegantiae*) magis quam fidei ſuae conſulens, continua ſerie ſcripſit omnia, ſic quaſi nihil deeſſet. Vt omittam quae idem plura ob fugientem ſcripturam male eſt interpretatus. Etſi plerorumque omnium, quae de anni 1180. deſcriptore expoſtulavi, poteſt (ac forte debet) in anteriorem librarium culpa conferri. Vtut eſt; ſane me fati ſectionis hujus tam bonae frugis miſeret.

Atque equidem tam gravi carcinomati in tomo Kalendarii Marm. III. (pag. 969. Adn. 5.) quantulam tunc alioſum avocatus medicam operam potui, jam navaveram. Verum nunc curationis eo tempore nimium feſtinatae in aliquot locis poenitet. Proinde hic non tantum iis in locis meliora dabimus, ſed & ordinem ipſum ita refingemus, ut a principio illa ipſa Sectio prima affecta, columnis duabus ſcripta ſiſtatur: in quarum una textus Bononienſis facie, ut ante, foedâ & verrucoſâ exhibeatur, in altera textus idem curatus arte Paeonia proſtet, ſed ita ut quidquid extrinſecus ad farciendum adſciſcitur, id uncis interponatur charactere diverſo. Deinde ubi jam textus bifariam prodierit, tum ſingularum partium curatarum ſive aſſignabitur idonea ratio, ſive novae inſtituentur medendi rationes. Ac ſimul plura non adnotata in loco, hîc ὁδοῦ πάρεργον adlinentur.

PRIMAE ACTORVM SECTIONIS.

Textus Bononienſis	*Ita correctus aut ſuppletus.*
Temporibus Diocliciani Imperatoris, conſulatu Conſtantini Ceſaris quinquies, & maximiani ſepties, erat perſecutio Chriſtianorum. In Eccleſia	*Temporibus Diocletiani Imperatoris, conſulatu Conſtantii Caeſaris V. Maximiani Caeſaris V. erat perſecutio Chriſtianorum. In Eccleſia ve*re

ſia vero Meſinate civitatis erat Diaconus nomine Soſſius vir prudentiae ſanctitate firmiſſimus, annorum circiter triginta; ſicut ipſe cuidam Epiſcopo, qui Dei gratia advenerat in extaſis revelare dignatus eſt. Ipſo Epiſcopo aſſerente quod venerabilis Soſſius propter metum paganorum non facile in pubblicis locis. Hic notiam habuit beatiſſimorum officio veniebant in Ecclesia civitatis Epiſcopus diverſis civibus ſe occulte invicem viſitabant. Sermo videlicet, collectio divinae legis erat in edificatione hominis, quos Xp̄o credere videbant. Et quia in ipis locis, ideſt cum ipis frequens erat paganorum, nobilium virorum magnam vatem, et tuſtamulus uſque in hodiernum diem illam ēe manifeſtatur, Idō Sancti, ut diximus, difficile in pubblico videbantur.

ro Miſenatis Civitatis erat Diaconus nomine SOSSIVS, vir prudentia & ſanctitate firmiſſimus annorum circiter triginta, ſicut ipſe cuidam Epiſcopo Theodoſio, qui advenerat, in ecſtaſi revelare dignatus eſt: eodem Epiſcopo aſſerente, quod venerabilis Soſſius propter metum paganorum non facile in publicis locis (videbatur). *Hic notitiam habuit beatiſſimorum* (Januarii Beneventanae Eccleſiae Epiſcopi, Feſti ejus Diaconi, & Deſiderii Lectoris, qui ad) *Officium veniebant in Eccleſiam* (in qua) *civitatis Epiſcopus* (cum Soſſio &) *diverſis civibus ſe* (cum Januario et aliis) *occulte invicem viſitabant. Sermo videlicet* (et) *collectio Divinae legis erat in aedificationem hominum, quos Chriſto credere videbant. Et quia in ipſis locis, ideſt Cumanis, frequens erat paganorum nobilium virorum* (occurſus propter) *magnam Vatem, cujus tumulus uſque in hodiernum diem illius* (Sibyllae) *eſſe manifeſtatur; ideo Sancti, ut diximus, difficile in publico videbantur.*

Quae uſque ad verba illa *Sanctitate firmiſſimus* pertinent, ea ſatis copioſe ſupra a pag. 14. ad 20. in adnotatis ad textum enarravi. At in his quae proxime conſequuntur, quaecumque ſive huc conſulto diſtuli, ſive inconſulte exciderant, nunc prompte reddam.

Digitized by Google

dam. Ac primum quid in eo ſingulare erat, ut notaretur, *Soſium fuiſſe annorum circiter triginta?* Crediderim in Graeco Actorum iſtorum fuiſſe ὡς ἐτῶν τριάκοντα, uti in Graeco Luc. III. 23. de Chriſto legitur, quod Vulg. reddidit, *Quaſi* (ſive *circiter*) *annorum triginta*. Putavit igitur Paſſionis auctor, hoc ad gloriam Soſii pertinere, quod attigiſſet (XXIII) *menſuram aetatis plenitudinis Chriſti* tunc cum ad patiendum pro Chriſto vocatus fuit. Atque hoc quidem facile intellectu eſt.

At quod ſequitur, eſt multo omnium difficillimum: *Sicut ipſe*, inquit, *cuidam Epiſcopo, qui Dei gratia advenerat, in ecſtaſi revelare dignatus eſt*. An *revelatione in ecſtaſi* ad rem tam in medio poſitam, quam aetas cujuſquam eſt, reſciſcendam opus fuiſſet? Atqui Adnot. ſuperiore hoc totum partim ex Graeco ſermone, quo primitus Acta haec ſcripta fuiſſe oſtendi, partim ex Joanne Diac. extricavimus: idque nunc levi brachio refricabitur.

Epiſcopo huic Jo. Diaconus (ejus verba attuli ſup. pag. 20. Adn. 9. & alibi) *Theodoſio* nomen fuiſſe narrat his verbis: *Erat nempè tunc beatiſſ. Soſſius annor. circiter triginta, ſicut ipſe cuidam revelaverat Epiſcopo, nomine THEODOSIO* ... Haec ex Actis noſtris Johannem deſcripſiſſe, nemo non videt. Et tamen ab his Actis *Theodoſii* nomen abeſt. Atqui a Bononienſibus Latinis abeſt: a Graecis (quae ex hoc loco patuiſſe Johanni liquet) non aberat. In Graeco enim erat Θευδοσίῳ (nam aevo medio Θευδόσιος pro Θεοδόσιος ſcribebatur, ſicuti & urbs Θευδοσιόπολις) imo fort. Θευδοσ. ſcripturae compendio exaratum fuerat. Id vero Bononienſium Actorum interpres, ratus duas eſſe voces nim. Θεῦ δόσει, inde in ſuo interpretamento poſuit illud ſuum *Dei gratia* (ſive *datione* aut *beneficio*) quae Θεῦ δόσει reſpondent. At vero Jo: Diaconus, aliquanto quam priſcus interpres, Graece ſcientior, *Theudoſium* Epiſcopi nomen in putativis duabus vocibus illis agnovit, & quidem ſatis recte. An non hoc unum, ſi cetera deſint, hodierna Bononienſia de Graeco manaſſe clamat? quod & Adn. III. attigi.

Nec ſequentia abludunt. Nam in Bononienſib. dicitur Soſſius tricen-

(XXIII) Illud ad Epheſ. IV. 13. *Donec occurramus omnes ... in virum perfectum, in menſuram aetatis plenitudinis Chriſti*, tametſi κατὰ τὸ νοητὸν ſublimiores habet intelligentias; nihilominus pleriq. κατὰ τὸ ῥητὸν accipientes de Chriſti aetate (quae Luc. III. 23. initio Miniſterii definitur ὡς ἐτῶν τριάκοντα, *Quaſi* i.e. circiter *annorum triginta*) videntur vulgo intellexiſſe: quo fit ut ea aetas ita honorabilis haberetur, ut S. Soſio laudi fuiſſe (ut hinc patet) videatur, quod ſcil. eam aetatem aſſecutus, eamdem martyrio cumularit. Tamen ſi de vero ſuperioris Pauli loci ſenſu quaeratur, longe ſublimior eſt ſententia; praeſertim cum ibi τὸ *Ætatis* tantumdem ſit quod *Staturae*. Nam ἡλικία *Staturam* hîc & alibi notat: etſi Vulgatus recte *Ætatis* poſuit, quia etiam apud Latinos *Ætas* interdum *Staturam* ſignificat, ut aliquando ad Luc. II. 52. oſtendi.

cennalem aetatem ſuam Epiſcopo IN EXTASIS REVELARE DIGNATVS eſſe : quaſi vero aetas ex illarum rerum genere ſit, quae *revelatione in ecſtaſi* opus habeant, & quidem non ſine συγκαταβάσει (*indulgentia*) Soſii : *Dignatus eſt.* Verum quid moror ? Jam ſuperiore Adn. III. praedixi, totum

hunc locum ita Graece fuiſſe conceptum : Καθάπερ αὐτοῖς τινὶ Επισκόπῳ Θεοδοσίῳ ἐπελθόντα ἐν ἐκστάσει ἀποκαλύψειν ἀξιωθείς. In his vero vertendis quid non paſſus interpres ? Ex Θεοδοσίῳ illud *Dei gratia* excudit : in ἐκστάσει (quae hîc ſive ad merum receſſum (XXIV) localem pertinet ſive ad neſcio quid retruſius aliud) *mentis*

I *ex-*

(XXIV) Εξίσταμαι & Ἔκστασιν *plerumq. translate de mentis exceſſu uſurpari : non raro tamen de diſceſsu locali proprie dictum reperiri.*

Grammaticalia paullo ſpinoſiora quae ſequuntur, tantum ad praecavendas reprehenſiones adjecta, vitabunt qui volent, cenſeo. Pluta ex iis recidiſſem, ſi ad id paullum vacaſſet. Et in his tamen non pauca ſunt nunc primum obſervata.

A verbo incipio : cujus prior ille uſus de mentis exceſſu notiſſimus eſt, ſicuti & ubi de immutatione qualitatum uſurpatur, uti cum vinum ita degenerans ut vappa fiat, οἶνος ἐξεστηκὼς vocatur. At altera de diſceſſu locali acceptio, cum propria ſit, eſt tamen minus frequens, ſed ita ut ſit ſatis uſitata. Herodotus Thalia : Ἐκστάντες τῆς ὁδοῦ, *Digreſſi de via.* Vſurpat & Dio apud Xiphilinum in Caligula, ubi Domitius Afer ἐξέστη τῆς ὁδοῦ *deceſſit de via*, ad honorem ſcil. Agrippinae occurrenti adhibendum. In hac enim acceptione modo ſubauditur dativus ejus cui honor fit, ut in allato exemplo, modo exprimitur, ut apud Plutarchum Romulo, Εξίστασθαι τῆς ὁδοῦ βαδιζούσαις γυναιξί : *Matronis procedentibus de via decedere.*

Ac porro illud ὁδοῦ interdum de incorporali via μεταφορικῶς capitur. Demoſthenes de Corona : Ἐκστὰς τῆς ὀρθῆς καὶ δικαίας ὁδοῦ, *A recta juſtaq. via recedens*, quaſi diceret, *A via rectitudinis juſtitiaeque.* Ex quo factum ut Pſalmo XXX. 23. Ἔκστασις (*exceſſus*)

intelligatur *peccatum*, auctore Theodoreto apud Suidam, Cyrillo Alex. aliis. Hinc Favotinus : Ἔκστασις, ἁμαρτία.

Nec tantum cum gignendi ſed & cum dandi caſu uſurpatur. Suidas ubi docuiſſet, Εξίστασθαι eſſe διαχωρίζεσθαι (*diſcedere*) ex Ranis Ariſtophanis v. 357. affert, Κἀξίστασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσι, *Et a choris noſtris recedere.* Et ex eod. Comico affert. v. 373. ἐξίστασθαι μύσταισι χοροῖς. Ibidem Suidas ex quodam antiquo, abſolute pro *ſejungi* uſurpante, haec affert : Εναγεῖς ἐκέλευσεν ἐξίστασθαι, οὓς κατηκόντισεν, *Reos ſecedere juſſos telis confecit.* Rurſus idem in Ἐκστῆναι ex vetere auctore : Μιθριδάτην ἐκστῆναι Βιθυνίας Νικομήδει, *Mithridaten Nicomedi Bithynia cedere.* Haec ultima ſyntaxis cum ſecundo ſimul tertioq. caſu frequentior ceteris. Huc enim refer, ἐξίστασθαι τῆς ἀρχῆς, *imperio*, & τῶν ὑπαρχόντων, *bonis cedere* : unde in lexicis Nomicis, Ἔκστασις eſt *bonorum ceſſio.*

Ergo Ἐξίσταμαι cum plurimos ſignificatûs obtineat ; omnibus tamen *recedendi* vis ineſt. Idemq. plane in nomine verbali Ἔκστασις valet.

Nam Ἔκστασις ſaepe mentis alienationem, interdum ἀναγωγήν, ubi mens ad caeleſtium contemplationem abripitur (de qua videndus Dionyſ. Areopagita) interdum qualitatum ἀλλοίωσιν, veluti ſi de frigido calidum aut contra fiat, aut ubi quid a ſua natura degenerat ut corrumpatur. Atqui quomodocumq. hæ translationes uſurpentur, ubiq. *receſsûs* & *diſceſſionis*

exceſſum ſibi videre viſus eſt: in ἀποκάλυψιν *revelationem* (illi Joannis in Patmo congenerem ſcil.) in ἀξιωθεὶς denique *dignationem* indulgentiae plenam agnovit. Cum tamen ſi paullo plus Graece ſciſſet, poterat eum locum verbis totidem ita vertere: *Sicut ipſe cuidam Epiſcopo Theodoſio*, *qui* (forte) *advenerat*, *digredienti revelavit* (h.e. in ſermocinatione aperuit, & quidem ab eod. Epiſcopo ἀξιωθεὶς i.e.) *poſtulatus*. *Poſtulatus*, inquam, non vero *Dignatus eſt*, quamvis in Philoxeni Gloſſis τῷ *Dignatus* reſpondere ἀξιωθεὶς, interpres noſter animadverterit. At re vera tum iſtud *Dignatus*, tum ſaepius *Rogatus*, *Poſtulatus* ea voce notatur.

Jam vero quod paullo ante dixi per illud *In Extaſis* ſignificari potuiſſe *retruſius aliud*; ecquodnam iſtud aliud eſt? Non temere ſuſpicor inſectationem Diocletianeam intelligi. Rides? Legeſis inferne (XXV) adnotata: mecum, ſat ſcio, ſenties.

Illud quoque moneo, ab Jo: Diacono

nis notio ineſt. Exemplo ſit illud Plutarchi in *De primo frigido*: Αἵ τε θερμῶν καταψύξεις, οὐδεμιᾶς παρουσίᾳ γίνονται δυνάμεως. ἀλλ' ἐκστάσει θερμότητος. *Fervidorum refrigerationes ex nullius adventu facultatis* ſive virtutis *exſiſtunt*, *ſed tantum ex caloris abſceſſu*.

Quae cum ita ſint; non eſt dubium, quin Ἔκστασις ſit *exceſſus* non magis qualitatum (ubi res immutantur) aut mentium (ut apud myſticos accipitur) quam corporum de loco ad locum, ut ex Ariſtophane, & ex Anonymo, quem ex Suida attulimus, & ubi cum gen. ὁδοῦ uſurpatur & aliis uſibus plurimis ſuadetur. Quo etiam militaris deſertionis crimen pertinet, quod ab Harmenopulo lib. 1. tit. 16. §. 8. Ἐκστάσιον vocatur. Ergo ne dubita, quin iſtud in Actis Bonon. Ἐκστάσει (niſi vero auctor ἐκστάντα ſcripſerit, idq. participium interpres in nomen verbale verterit) haud aliud ſit, quam *in diſceſſu*. *Theodoſio*, inquit, *ad ſe profecto*, *ac mox digredienti poſtulatus detexit*.

(XXV) *Ex Philoxeni Gloſſis*, *&* *aliunde oſtenditur* Ἔκστασιν (Ecſtaſin) *in Actis Bononienſibus eſſe ſaeviſſimam perſecutionem*, *qualis anno* 305. *in Oriente erat*: Ἔκστασις *&* Ἀποστασία *ſynonyma*. *Paulus ad Theſ. illuſtratur*.

Jamq. ſuperioribus ſcriptis, curam ulteriorem de *Ecſtaſi* loci hujus abjeceram; cum ecce in optimas Philoxeni Gloſsas Latino-Graecas incidi, in quibus ita ſcribitur: PRAESECVTIO. ἘΚΣΤΑΣΙΣ. Audio. Graecum Ἔκστασις tantumdem eſſe ait, quod Lat. *Praeſecutio*. Atqui nihilo plus inde addiſcimus: cum iſtud *Praeſecutio* Latinis auribus ſit prorſus abſonum. Verum quis dubitat hanc unam eſſe ex millenis aliis in hoc Gloſſographo mendis librarii? ſed tamen facile ſanabilem. Nec enim aliud, quam luxatas reponendo litteras: *Perſecutio* legi poteſt, ac vero debet, quae vox jam inde a tertio ineunte ſaeculo a Tertulliano, & aliis pro inſectatione Chriſtianorum uſurpabatur a Chriſtianis ipſis (ex quorum numero haud dubie fuit Gloſſographus iſte; id quod ex indiciis ſexcentis liquet) etſi apud ethnicos *Perſecutio* forenſe vocabulum eſſet. Ergo, mihi crede, prior ille Graecus Actorum Bononienſium ſcriptor ἐν ἐκστάσει pro eo, quod eſt, *In perſecutione*, ſcripſerat. At Latinus interpres, quid ſibi iſtud ἐκστάσει vellet, ignorans, vocem illam retinuit integram. Tu ergo, duce Philoxeno, quae huc pertinent, ita vertito: *Sicut ipſe* (Soſius) *cuidam Epiſcopo Theodoſio* (tum forte) *ad ſe in ea perſecutione venienti poſtulatus*

Digitized by Google

cono ibid. Epiſcopum Theodoſium *Ex Graecia* veniſſe dici: quidnam ſecuto, incertum. Niſi vero in illo (*In extaſis*) Latini interpretis tale aliquid ei ſuboluit, veluti ſi *Eſtiaeotim* Theſſaliae in Graecia provinciam, aut ſimile aliud illic ſibi videre viſus fuerit. Verum de hoc loco difficillimo ſatis: de quo etiam ADNOT. III. ſuperiore plura praedixi, quae cum his conferre proderit.

Pauciſſimis interjectis illud *videbatur* (quod uncis incluſi) haud dubius revocavi, utpote ſine controverſia dilapſum; nam & in fine ipſo ſectionis hujus in ead. prorſus locutione uſurpatur.

Statim poſtea: *Hic notitiam habuit beatiſſimorum* &c. *Notitia* eſt familiaritas, conſuetudo. Italis hoc idem in ore eſt dicentibus, *Aver conoſcenza con alcuno:* ſed & Ter. *Quamquam haec inter nos nuper notitia admodum eſt*. Id & Cic. imitatur. Sequitur: *Notitiam beatiſſimorum officio veniebant*. Quis dubitat poſt *beatiſſimorum* fuiſſe *Januarii* nomen, addito Sedis vocabulo? Quod ni fuerit; haud poteſt intelligi, quo pacto ineunte ſect. 2. de Januario ſermo fiat, non notato ſedis nomine: *B. itaq. Januario in Meſ. civ. poſito*. Certe hîc non notavit, quam paullo ante dixerat. Cumq. ſcribatur *Beatiſſimorum*; id indicio eſt, Epiſcopum non ventitaſſe incomitatum (nec enim decebat, nec moris fuit) ſed ex inſtituto majorum cum Diacono & Lectore. Recte igitur ſarcivi immanem hiatum: quem deſcriptores ſic quaſi nihil deeſſet, continua ſerie, quo nullius curae pateret, dimiſerant.

Statim ſequitur: *Officio veniebant* &c. Is locus omnis iis tigillis fulciendus fuit, quae ei alioqui ruituro, uti vides, admovi. *Officium* cum audis, noli putare heri aut nudius tertius id liturgicum evaſiſſe vocabulum. Imo jam ab aevo Cyprianico liturgicâ notione id accipi conſueviſſe memini. Nam ſunt mihi in ſchedis ex Cypriano loca de vocis *Officii* liturgico ſignificatu plurima, quae nunc piget excutere. Dabo nunc

tus detexit. Res ita ſe habet. Anno 305. Aprili menſe adulto (quo Martyrium SS. Januarii, Soſii &c. contigit) in Italia quidem perſecutionis aeſtus elanguerat, quae etiam paullo poſt menſe Maio ibid. in totum ceſſavit. At eodem tempore in ceteris, praecipue ortivis partibus, Galerio maxime ferociente, magis magiſq. deſaeviebat. Itaq. plures fidelium mandatis Dominicis de fuga in perſecutione obtemperantes, ibi ſe maxime occulebant, ubi nulla aut minor inſectatio videretur. Talis Campania erat, tranquillior ſemper, ac tum cum maxime, ceteris regionibus; ita ut multa Fidelium millia ſuaſu S. Caii Papae in hanc confugerint, ut in Actis S. Sebaſtiani legitur. Atq. in ipſa deniq. Campania nihil orâ Miſenate ſecretius videbatur. Habes quae cauſa Theodoſium ex ortivo cardine in haec loca compulerit. Ex *Ortivo Cardine* dixi, quia Jo. Diaconus hunc adſcivit ex Graecia: *Advenerat autem iſte* (Theodoſius) *de Graecia*. Vnde hoc hauſerit, ignoro. Niſi vero in iis voculis, *In extaſis* (quas voculas in ſua narratione non attigit) *Eſtiaeotim* ſibi videre viſus fuerit: erat vero olim *Eſtiaeotis* Theſſaliae

tantum locum (XXVI) unum ex Actis S. Saturnini ſane pulchrum: quo in loco cum *Saturninum ad Officium venientem* legas; etiam hîc pro Officio repoſui *Ad Officium*, quia hîc item ſequitur *Veniebant*.

Atq. hîc etiam, quae ſtatim in Actis ſequuntur, *Sermo* (iſtud in Graeco Actorum fuerat ὁμιλία) & *Collectio divinae Legis*, ſunt haec inquam, liturgica nomina, quae ex Actis Martyrum (XXVII) illuſtraſse non pigebit.

Sequitur: *Et quia in ipſis* (h. e. *eiſdem:* nam aevo ſequiore *Ipſe*, & *Idem* pro ſynonymis habita) *locis*, *ideſt*

liae h. e. Graeciae pars. Vtut eſt, certe poſterior haec interpretatio ut priori ſit anteferenda, Philoxeni auctoritas facit: apud quem Ἔκστασις, & *Perſecutio* ſunt duo vexationis Chriſtianorum, non cujuſcumq. ſed aſperrimae, nomina.

Quod ſi forte quaeras, eccur Ἔκστασις, cum ſit diſceſſionis vocabulum, ſaeviſſimam perſecutionem notet; reſpondebitur eodem id jure fieri, quo apud Paulum ἀποστασία *Diſceſſio* redditur, & tamen perſecutionem maximam notat. Ejus locus exſtat 2. ad Theſſ. II. 3. *Nequis*, inquit, *vos ſeducat ullo modo* (quaſi ſcil. *inſtet dies Domini*, ut proxime Paulus monuerat) *quoniam niſi venerit DISCESSIO* (ἀποστασία) *primum, & revelatus fuerit homo peccati* (ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας: is eſt Antichriſtus) *filius perditionis* &c. Atq. is locus vexatiſſimus eſt, maxime ob *Diſceſſionis* ſive ἀποστασίας notionem. Videantur de ea re interpretes: mihi certe his immorari nec libet, nec ſi velim, otium datur. Equidem mitto veterum tritam opinionem, quod ἀποστασία ſive *Diſceſſio* ſit communis defectio ab Imperio Rom. ſimulq. ab Eccleſia Cathol. quae cum Imperio conjuncta. Mitto & alias ſententias.

At equidem ſtatuo, tam ἀποστασίαν quam Ἔκστασιν (ſunt enim prorſus ſynonyma, quia Ἀπὸ & Ἐκ eâdem vi pollent) eſſe primario & ex vi nominis *diſceſſionem* prope generalem a vero cultu (ac talem, ut *In errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi*) ſimulq. adhaeſionem *Homini peccati*. Hoc quidem primario notat: at ſimul etiam (id quod cum deſertione Divini cultus & adventu Antichriſti conjunctum eſt) ſaeviſſimam ac generalem perſecutionem Dei cultorum notat. En cur Philoxenus ea duo, *Perſecutio* & Ἔκστασις pro eodem poſuerit. Hinc illud eſt quod in maximis inſectationibus (inter quas nulla nec generalior nec truculentior Diocletianeâ fuit) Chriſtiani jam ſibi ſigna Antichriſti praenuntia videre videbantur: de quo plura poſſem loca ex Eccleſiaſtica hiſtoria cumulare, niſi trita eſſent: quae ſatis ab iis collecta ſuſpicor, qui erudite de Antichriſto ſcripſerunt.

(XXVI) In S. Saturnini (anno circ. 250. paſſi) Actis, quinquageſimo vero poſt paſſionem anno ſcriptis legitur: *Ecce ipſum Saturninum ad OFFICIVM SOLLEMNE venientem unus ex illa malignantium turba eminus agnoſcit*. Nominis *Officii* ambitu tum Dominicum, tum Curſus Eccleſiaſticus, tum ὁμιλία, ſive *Sermo*, & quidquid demum in Eccleſia colendi Numinis gratia in conventu gerebatur, veniebat. Rationem nominis elegantem ex ipſa vocabuli Latina notione acceptam in Cypriano animadverti: ſed hujuſcemodi nunc loca in ſchedis diſſipata haud facile mihi rimanti occurrerint.

(XXVII) *Quid olim* Collectio Divinae Legis *notarit*.

Nihil frequentius in veterum Chriſtianorum ſcriptis quam *Conventus*

ideſt cum ipis. Hoc ultimum CVM ipIS, abjecto medio *ip*, eſt idem prorſus ac CVMIS (unde domo Sibylla Cumana erat) quae & proximae Miſeno fuerunt. *Et quia*, inquit, *in eiſdem locis*, *ideſt Cumis frequens erat paganorum nobilium virorum* (occurſus) &c. Vox *Occurſus* eſt ex Jo. Diac. in ead. narratione: *In oppido*, inquit, *Miſenatium potiſſima incubuerat* perſecutio; *quia illic celebris paganor. frequentabatur OCCVRSVS propter VATIS Sibyllæ ſepulcrum haud inde longe diſcretum*.

Verum locus hic, cujus correctionem ac ſententiam modo adumbravi, adhuc indiget iteratâ curâ. Ergo ſic eum conſtitue: *Et quia in ipſis locis*, *ideſt Cumanis* (*Cumanis*, inquam, aut *Cumaeis* pro *Cum ipis*) *frequens erat paganorum nobilium*... Dixerat *In ipis* (quod eſt *In eiſdem*) *locis*. At quia hoc parum accurate dictum, Auctor id temperat ſubjectâ διορθώσεως particula *Ideſt* (nam & Graecis ἤγουν, & Lat. *Ideſt* interdum corrigendi vi pollent) quaſi diceret, *ſive potius Cumanis*; nam re vera non in Miſenati, ſed in Cumano ea tanta frequentia Sibyllam conſulentium erat: verum ea multitudo paſſim etiam in proxima Bajarum, Miſeniq. loca ſeſe infundebat. Nec temere illud *Cum ipis* non in *Cumis*, ſed in *Cumanis* aut *Cumaeis* mutavi, tum ne depereat ſyllaba media, tum ut ad *locis* referatur.

Sequitur: *Frequens erat paganorum nobilium virorum occurſus*. Vox *Occurſus*, uti vidimus ſupra, debetur Levitae Joanni. Porro agri Cumani (ad quem peculiaris via conſularis, Appiae ramus, concurſuum index ducebat) frequentiae, ſatis ex antiquis compertae, plures cauſae erant: urbis nobilitas, loci mari terraq. opportunitas, agriq. ubertas. Ea de cauſa plurimae in agro Cumano villae magnificentiſſimae *nobilium* virorum erant.

tus & *Collectae* vocabula, quibus Graece σύναξις reſpondet. Atqui pro *Collecta* etiam *Collectio* (ut hoc loco in noſtris Actis) uſurpabatur. In Actis *SS. Saturnini*, *Dativi* &c. apud Ruinartum p. 384. ſect. V. *Qui* (Dativus) *cum ſe* . . *in Collecta fuiſſe profiteretur; auctor ab ipſo Collectionis Sanctiſſimae poſtulatur*. Mox Sect. VIII. *Auctoremq. ejuſd. Collectionis ſanctiſſimae non unum fuiſſe*. Sed & verbum *Colligere* pro eo quod eſt Collectae intereſſe uſurpabatur. In eiſd. Actis ſect. V. S. Thelica *clamavit: Chriſtiani ſumus nos: nos*, *inquit*, *collegimus*.

Verum quid illud eſt quod in noſtris additur? *Collectio*, inquit, *Divinae legis*. Hoc etiam ex laudata Paſſione SS. Saturnini & Dativi declaratur Sect. X. ubi Saturninus presb. interrogatus, cur contra imperiale praeceptum colligeret, reſpondet: *Intermitti Dominicum non poteſt: Lex ſic jubet*. Ibid. dum Saturninus ea de cauſa acerrime torqueretur, increpanti proconſuli, cur contra praeceptum Imperiale conventui praefuiſſet, non aliud reponebat: *LEX ſic jubet*, *LEX ſic docet*. En igitur cur in noſtris dicatur *Collectio Divinae legis*; certe quia *Divina Lex ita jubebat* (& quidem verbis illis, *Hoc facite in meam commemorationem*) vetans ſcil. *Intermitti Dominicum*. Locus ad docendam conventuum Eccleſiaſticorum ex jure Divino neceſſitatem & frequentiam, pretii quanti maximi.

Digitized by Google

erant. Etiam Cicero ſuum ibi fuiſſe *Cumanum* memorat. Praecipua autem confluentis eo multitudinis cauſa fuit Sibyllae Cumanae religio, ſicuti & haec Paſſio teſtatur: *Propter*, inquit, *magnam Vatem* Sibyllam, *cujus tumulus* ibi oſtenditur. Ac nemo luculentius de Sibylla Cumana ejuſq. tumulo, quam S. Juſtinus medio altero Chriſti ſaeculo egit: cujus locum attuli & illuſtravi to. 2. Kalendarii Marm. in S. Juſtino a pag. 448. ad 452. Nihil vero prohibet, quin ad ejus loci pauciſſima huc maxime facientia ſaltem digitum (XXVIII) intendamus.

Sequitur: *Et tuſtamulus*. Bigam iſtam vocum ex vade Jo: Diacono jam ante annos XV. mutaveram, in *Cujus tumulus*; ac ſane gratulor, quod hanc correctionem (in notis ad Jo: Diaconi *Certamen S. Soſii Jan. &c.*) quamvis meo ſuppreſſo nomine, Cl. Stiltingus, uti narrant, uſurpaverit. Verum illuc redeo. *Cujus*, inquit, *tumulus*, *uſq. in hodiernum diem . . . manifeſtatur*. Illud *Uſq. in hodiernum diem* quanti, & ad quid valeat, nolo hîc praedicare, ne lectorem copia rerum obtundam: tamen cum eadem haec Acta integra mox ſtatim iterum lectori ſiſtenda ſint (verum a mendis amanuenſium repurgata) eo loco tum iſtud *In hod. diem*, tum alia, quae in toto meo Comment. (qui a p. 14. ad 46. pertinet) nolenti exciderant, avido lectori apponam. *Cujus*, inquit, *tumulus*, *uſq. in hodiernum diem illius ēē* (h. e. *eſſe*) *manifeſtatur*. In his quidem, uti vides, praeter formidabile illud *Tuſtamulus*, & quod τὸ *Illam* in *Illius* verti, aliud praeterea nihil audacter in textu mutavi, tum quia quae utcumq. tolerari poſſunt,

(XXVIII) *Quaedam ex Comm. ad Kal. Marm. huc revocata, quibus tum S. Juſtini Sibyllae deſcriptio, tum haec Sectio ex aequo illuſtrantur.*

In primis loco cit. p. 448. Adn. 11. veriſſima Sibyllae etymologia ex Chald. שבר *ſhebar* (quod eſt *inſanire*) panditur: unde (R in L ex more Orientis mutato) fit *Sibylla* h. e. puella *inſaniens*. Furor enim vaticinus peculiaris iſtius character erat. Ibid. Adn. 15. ex Βασιλικῆς, *Baſilicae* vocabulo (quo Juſtinus utitur ad deſignandum Sibyllae locum, in quo edebat oracula) haud vane conjeci, fortaſſis id eſſe aedificium, quod in modum *Baſilicae* factum hodieq. viſitur, & *Piſcina mirabilis* (nam & Juſtinus Sibyllae ad lavandum ſolia tria, in quae aquae influerent, tribuit) a Puteolanis *Ciceronibus* nuncupatur. Deinde pag. 449. Adn. 19. demonſtravi, illos περιηγητὰς (ſic enim S. Martyr appellat, h. e. *Circitores*) qui S. Juſtinum ad loca ſingula viſenda circumduxerunt, Puteolis nullo tempore defuiſſe: eos vero olim *Circitores* aut fort. *Circelliones* vocatos (ea enim Juſtini περιηγηταῖς reſpondent) deinde facilem ad notum hodiernum *Ciceronis* vocabulum patuiſſe tranſitum. Ad haec φακὸν ab Juſtino vocari Sibyllae ſepulcrum, eo quod eſſet figurae lenticularis, a me oſtenditur p. 450. Adn. 20. Poſtremo totus Juſtini locus ad illuſtrandam Actorum noſtrorum ſect. hanc valet plurimum: is vero locus paullo poſt ann. 135. (quo circiter anno videtur Juſtinus oram illam Campaniae luſtraſſe, ut ibi a me pag. 451. ſuadetur) ſcriptus a S. Martyre in ſuo Protreptico fuit.

ſunt, non ſunt temere turbanda, tum etiam quia me jam diutinae in reponendis diſcerptis iſtius Abſyrti membris taedium medicinae coepit. Tamen quis vetabit, quaenam in hoc ultimo loco reſtituendo tentari poſſint, verbo dumtaxat admonuiſſe?

Ac duae maxime emendandi rationes ſeſe offerunt. Prior expeditior erit, ſi pro *Illam* reponas *Sibyllam*, proq. *Manifeſtatur*, ſubſtituas *Cumanam teſtatur*, aut (quod eſt propius hodiernae ſcripturae) *Cumanis teſtatur*. Ergo ſic leges: *Cujus tumulus uſq. in hod. diem Sibyllam eſſe Cumanam teſtatur*, ſive *Sibyllam eſſe Cumanis teſtatur*, h.e. fidem facit. Altera ratio talis eſt: *Cujus tumulus uſq. in hod. diem illam eſſe Maniam teſtatur*. Quae altera lectio ita ſuaderi poteſt, ut in Graeco Actorum fuiſſe videatur, εἶναι μανίαν μαρτύρεται aut μαρτυρεῖται. *Eſſe inſaniam* (*furorem*) *teſtatur*. Verum ſicuti Cicero III. Tuſc. II. *Maniam* Latine uſurpavit, ita & horum Actor. interpres.

Ac ſpecimen neſcio quod *Maniae* Sibyllae Cumanae exſtat apud Petronium in Trimalcionis convivio. Vult ergo Sibyllae χρηστήριον (*oraculum*) eſſe puram putam inſaniam. Petronii locum in ima (XXIX) ora afferam, quo tum illa lectio, quam in textu ſuperne exhibui, tum & duae modo expoſitae correctiones fulciantur.

Atq. is mihi maxime laceri corruptique loci judicio & ratione qua ſarciendi qua ſanandi modus in mentem venit. Niſi ſi vero alii meliora excogitaverint.

Atque

(XXIX) In Petronii fragmento Traguriano, quo caena Trimalcionis deſcribitur, ita legitur: *Nam Sibyllam quidem Cumis ego ipſe oculis meis vidi in AMPULLA pendere*. Quae hîc *ampulla* dicitur, non alia fuerit quam φακὸς, *lens* illa, in qua, teſte S. Juſtino [qui circ. ann. 135. praeſens iſta vidit] reliquiae Vatis continebantur. Locus ejus in Protreptico exſtat pag. 35. ita conceptus: ὑποδειξάντων καὶ φακόν τινα ἐκ χαλκοῦ κατεσκευασμένον, ἐν ᾧ τὰ λείψανα αὐτῆς σώζεσθαι ἔλεγον. *Oſtendebant* (circitores) *etiam loculum illum lenticularem ex aere conflatum, in quo reliquias ejus* (Sibyllae) *ſervari narrabant*. Ex quo perſpicimus, quidquid in lentis modum tumeret, ex quacumq. materia & in quemcumq. uſum eſſet elaboratum, id φακὸν fuiſſe dictum, ſimiliq. de cauſa Latinis *Ampullam* (haec enim clare in ſuo derivato *Ampullari* tumorem deſignat) tantumdem ſignificare. Ergo *Ampulla*, in qua Sibylla pendebat, erat aereus loculus φακοειδὴς (*lenticularis*) quo Sibyllae reliquiae condebantur: qui loculus pendebat ſuſpenſus.

Porro apud Arbitrum ſequitur: *Et cum illi* (Sibyllae) *pueri dicerent*; *Sibylla ti thelis* (τί θέλεις, h.e. quid vis) *reſpondebat illa*, *Apothanin thelo* (ἀποθανεῖν θέλω, emori volo). Digna reſponſio, quae pueris daretur, quibus non aliud quam naeniae reponi ſolent. Ergo cum pueris Vates pueraſcens inducitur. Haec vero quamvis conficta a Petronio ſatis apparet. Ea tamen ad veri effigiem inventa neceſſe eſt; eademque ſimul *Maniae* Vatis, qualis ſub Petronio erat, ſpecimen oſtendunt.

Atque hactenus ea ſunt, quae partim tomo I. Kalendarii marmorei a pag. *266.* ad 280. partim tomo tertio a pag. *963.* ad *972.* iam ante complures annos prodierant : niſi quod huic repetitae editioni altero tanto aut duplo ampliora, ſed ſparſim & ſuis quaeque locis, auctaria infarſimus, quae plerumque qua charactere diverſo, qua ſignis, ſive apertis monitis ab adnotatis antiquis diſcriminavimus. At vero quae hinc ſequuntur, ea ſunt huius editionis, in ſtudioſorum S. Ianuarii gratiam prodeuntis, peculiaria.

IN ACTA BONONIENSIA

ANIMADVERSIONES STILTINGIANAE PRIORES.

Cum Mazochianis interlocutionibus.

Stiltingi Cl. reprehenſiones duum generum ſunt, ac duplici in loco expoſitae. Priores illae ſunt quas in *Recenſione Actorum* affert, ubi de Actis Mazochianis (ſic enim vocat, quae ego modeſtius *Bononienſia* locis omnibus appellavi) praeloquitur. Poſteriores vero illae, quas extremo ferme Commentario Actis ipſis Bononienſibus ſubjecit. Ergo a prioribus ordiar, non ſine meis reſponſionibus: qua cura expeditus, Acta Bononienſia eo conſilio in ſcaenam reducam, ut in eorum calce lector tum adſperſas Actis vere ſinceris Stiltingi calumnias, tum purgationes meas ſimul eodem loco cognoſcat. Interdum autem mediae Stiltingi impugnationi, (quo ſim brevior) interloquar; alibi, dum Noſter recipit ſpiritum, ego Stiltingiana tamquam admotâ ſpongiâ diluam. Priora interpoſita *Interlocutiones*, poſteriora *Subjectiones* ſi vocaveris, non morabor. Atque haec nunc pro tempore, Stiltinge ornatiſſime, habeto: at extremo in Opuſculo plura, uti ſpero, in noſtra *Denuntiatione* dabuntur.

IN

IMPRESSIONES STILTINGI PRIORES
AVT COMPRESSAE
AVT REPERCVSSAE.

§. II. n. 25. Stiltingus incipit. *Referunt Acta Mazochiana pag. 272. flammam ex capite S. Soſii emicantem, a S. Januario eſſe viſam; indeq. S. Januarium praedixiſſe, Sanctum Soſium martyrio coronandum. Factum hoc ejuſmodi eſt, ut non minorem S. Januario laudem conciliet, quam S. Soſio; cum S. Januarius non modo ſolus dicatur flammam illam vidiſſe, ſed etiam voce prophetica martyrium S. Soſii praedixiſſe. Hoc igitur factum non debebat omitti in Actis S. Januarii* (Vaticanis ſcil.) *ſi notum fuiſſet Auctori. Ignotum vero eſſe non poterat, ſi ille ex Actis Mazochianis ſua de S. Januario compoſuit. Itaq. neceſſario dicendum, Acta Mazochiana non fuiſſe viſa a collectore Actorum* (Vaticanorum) *S. Januarii ... Omittere ſimiliter non debuiſſet, quae de amicitia inter Januarium & Soſium in Actis Mazochianis referuntur* (1). *Nihilo magis inducere debebat Timotheum Praeſidem, ſi omnia coram Dracontio Praeſide fuiſſent peracta, ut habent Acta Mazochiana* (2). *Itaque cum alter alterum exſcripſerit, ut ex collatione fit manifeſtum; neceſſe eſt, ut dicamus, Acta Mazochiana ex Actis S. Januarii* (Vaticanis) *fuiſſe compoſita*

K

(1) Tam S. Soſii flamma, quam ejuſdem cum beatiſſ. Januario amicitia callide ab Auctore Vaticanor. omiſſa fuit, duabus de cauſis in oculos incurrentibus. Prior illa eſt, quia Vaticanus primario de Januario agebat, de Soſio vero eatenus, quatenus Januarii commilito fuit. Altera multo potior, quia tam Soſiana familiaritas, quam Soſii caput accenſum, cum geſtis Nolanis collidebatur. Nec enim Januarius uno tempore Miſeni ſimul cum Soſio verſari, & Nolae junctim cum Timotheo decertare potuiſſet. Ergo aut (ſi quidem cum Bononienſium Auctore flammam & amicitiam retinere voluiſſet) Nolanorum multo admirabiliorum jacturam pati debuit; aut ut haec plauſibiliora auditu ſervaret, meminiſſe flammæ, meminiſſe amicitiæ haudquaquam potuit.

At vero Jo: Diaconus longe aliud ſecutus, rationem ſua induſtriâ commentus fuit, qua cum Nolanis geſta Miſenenſia, cumq. Dracontio Timotheum (diverſis nempe temporibus) apte componeret. Confer Diaconum cum Vaticanis.

(2) Timotheum judicem praeficere judicio debuit (& quidem neglecto Dracontio) ſi quidem Nolanam tragoediam, quam unice deperibat, utpote admirationi ciendae aptam, producere in ſcaenam voluit, omiſſo Dracontio. Ac ſane Vaticanorum Auctor non alios circa Nolana duces ſecutus videtur, quam facile Graecos Neapoli degentes cum eorum παρατολογίᾳ, de quo alibi. Atqui poſt Vaticanum Auctorem extitit Jo: Diaconus, qui pollens ingenio, methodum reperit, qua omnes ſimul narrationes, quà potuit, conciliaret: in admirandis artificioſe nectendis felicior.

poſita (3) *& aliunde partim aucta, partim corrupta a ſcriptore ignorante* (4) *aut certe minus perito* (5).

Sequentes tres ſectiones (nim. 26. 27. 28. inferne (*6*) excerptas reperies cum ſuis reſponſionibus.

§. 2.

(3) Vis argumenti tui, vir amiciſſime, eo ducebat, ut neceſſe ſit alterutrum ex altero profeciſſe. Ergo hoc dilemmate opus erat: *Neceſſe eſt, Acta Mazochiana ex Vaticanis, fuiſſe compoſita, AVT CONTRA*. Ternionem iſtum ſyllabarum (*aut contra*) niſi addas, ita ut dilemma exſiſtat; neceſſe erit teſtimonium omne conſcientiae, intus vociferans, abs te compreſſis faucibus praefocari. Vter vero exſcripſerit, alibi videro, h. e. ad Vaticana in rem praeſentem.

(4) *Ignorante* (inquit) abſolute uſurpato. Sic enim loqui amat, qui toties *Ineptiam* Actis Bononienſibus exprobrat. An callide (ad frangendam ſcil. Actorum Bononienſium auctoritatem) Italiciſmis utitur? ut quivis ex ima plebe, imo & ex medio Neapolitano Mercato intelligat, & intellecto offendatur. Sane noluiſſem iſthaec evulgari apud multitudinem tam perſpicuis atq. diſertis verbis: adhaec noluiſſem apud vulgus tam graviter Auctori Bononienſium detrahi, tanta pietate ac ſermonis illius temporis venuſtate praedito, quantam haec hiſtoriola praeſefert auribus eruditis. Ergo, Vir ornatiſſime, *Parcius iſta viris tamen objicienda memento*, ut ille ait.

Sed pulchre eſt, quod quidquid Auctori Bononienſis hiſtoriae detraxerat famae, id reparat, quantum poteſt. *Aut certe*, inquit, *minus perito*. Redeo in gratiam.

(5) Totum praecedens Stiltingi amiciſſimi argumentum [quamvis ab eo multimodis, uti vidimus, involutum, ne diſtorta crura cernantur] eſt ex numero τῶν ἀντιστρεφόντων, quae Latini *Reciproca* argumenta vocant, vulgo *Primi occupantis*. At recta argumentandi methodus haec fuiſſet. Cum quinq. integrae ſectiones tot verbis in Bononienſibus Actis quot in Vaticanis occurrant; neceſſe fuit alterutrum hiſtoriographum eas ab altero mutuatum. Si quaeris, uter ab altero exſcripſerit; illa rectiſſima via erit, nim. uti criticâ ſagacitate inveſtigemus, utra ſtylum illarum quinq. communium ſectionum referant, reliqua Vaticanorum, an reliqua Bononienſium. Deinde ſiquid in illis quinq. ſectionib. aliter in Vaticanis, ac in Bononienſibus exſtet, uter Auctor rectius eum locum exhibeat. Ita ſtatim perſpicietur, utra duarum hiſtoriarum de ſuo ſplendeat, utra vero Aeſopêa illa cornix fuerit, pennis alienis induta. Nos loco ſuo Vaticana dabimus eo conſilio, ut eam, quam modo diximus operam lectori navemus.

(*6*) *EXCERPTA quaedam ex Stiltingi ſectionib.* 26. 27. 28.

His obſervatis jam nolo Stiltingianam ſectionem 26. lectori obtrudere. Niſi quod extremâ hac ſectione ita pollicetur: *Infra oſtendam, plura in Actis Mazochianis eſſe improbabilia, quam in noſtris* (ſi quidem *oſtenderis*, eris mihi magnus Apollo) *etſi*, inquit, *in dictis Acta noſtra* [Vaticana] *magis peccant*. Fatetur ergo in Vaticanis multa eſſe improbabilia, etſi plura in Bononienſibus eſſe contendit. Adhaec fatetur Vaticana *in Dictis* magis peccare. Hanc confeſſionem nunc teneamus. Ceterum Bononienſia prorſus vacare improbabilibus, quivis vel ſimplici eorum lectione convictus fatebitur, tantum abeſt ut Noſtra vindiciis opus habeant. Sed tamen ſatisfiet in loco objectis omnibus.

Num. 27. ait, fateri me, Auctori Bononienſium primario de S. Soſio ſcribere fuiſſe propoſitum. Numquam id

id ſomniavi . Nam tum in eo Additamentorum meorum loco, quem citat Stilsingus , tum clarius ſup. ADNOT. II. p. 52. 53. dixi, Auctorem Bononienſium voluiſſe de toto Martyrum ſeptemviratu ſcribere , praecipue vero de Januario (in quo maxime ſeſe diffundit) deque Soſio , quorum res notiores erant . Nec alia de cauſa ab Soſio incipit , quam quia inde prima martyrii cauſa exorta in omnes derivavit . Ceterum Januarius ratione Pontificalis dignitatis, & quia is copioſe interrogatur, deq. eod. tamquam ſignifero ſemper agitur , & quod primus capite detruncatur, tum ceteri omnes gregatim ; ob has inquam rationes recta eſt inſcriptio Cod. Bononienſis [eam vide ſup. p. 18. initio] *Paſſio Sancti Januarii Epiſc. & Mart.* Tacetur *Soſius* cum ceteris . Quae cum ita ſint , neſcio cur menda illa ADNOT. II. pag. 53. col. 1. v. 15. irrepſerit , ubi , *Paſſio SS. Soſii , Januarii* &c. editum fuit , pro *Januarii , Soſii &c.*

Ibidem Bollandiſta ſubjicit : *Fuerit igitur* [Auctor Bononienſium : cui tamen ibid. quinti ſaec. tribuit antiquitatem] *ex Clero vel populo Eccleſiae Miſenenſis* . Cur non potius Puteolanum fuiſſe dicamus, cum Puteolis fuerint omnia tranſacta, imo cum Proculus , Eutyches & Acutius Puteolani fuerint ? Cur non unum ex Neapolitanis ; his enim Patronatus S. Januarii divina deſignatione obtigerat : de quo alibi .

Quid vero hioc colligat , videamus. Nempe infert : *Quare mirari non poſſumus , ipſum* [auctorem Bononienſium] *omiſiſſe ea S. Januarii geſta , quibus Soſius non adſuerat , cum propter Soſium de Januario ſolum ſcriberet* . Paucisq. interpoſitis, in hac ſibi obſervatiooe mirifice placet his verbis : *Haec ſola obſervatio ſufficit ad intelligendum, quare* [ab Auctore Bononienſium] *omiſſa ſint omnia geſta Nolana , nim. quia Soſius ibi non fuit* . Heu miſeraodas collectiones ! Qui ita rem commíniſcitur , quaſi ſi Bononienſium ſcriptor [Miſenenſis ſcil. ſi Superis placet] ſtudio partium abreptus , ita Soſium ornare ſatageret , ut etiam ceterorum commilitonum non Miſenenſium geſta turpi obſcuraret ſilentio, non alia de cauſa , quam quod his commilitonum geſtis Martyr ſuus Miſenenſis non interfuiſſet . Has nim. aemulationes [*Ego ſum Pauli , ego Apollo , ego Cephae*] improbatas Apoſtolo (1. Cor. I. 12.) aevo illo Martyrum longe ſanctiſſimo alebant in imo pectore Chriſtiani, ſi Stiltingo credimus.

At nihil ſuavius eſt, nihil quo magis vineta ipſemet ſua ſuccidat radicitus, quam quod extremâ eâdem ſect. ſubjicit : *Eâdem* , inquit , *de cauſa potuit* [Auctor Bononienſium] *omittere caecitatem , ſanationem ac demum mortem Timothei tyranni , quod VERA NON CREDERET , aut ſaltem non ſatis certa* [quae in Vaticanis leguntur] . *Nihil igitur praetermiſit Mazochianus* [Bononienſium Actorum] *auctor , quod non poſſet jure optimo praetermittere , etſi Acta noſtra* [Vaticana] *haberet cognita* . Vides ecquod judicium de Vaticanis [perhonorificum ſane] ferat : ejuſmodi , ut palam fateatur Vaticana eſſe talia , quibus Bononienſium Auctor (ſi Vaticanis poſterior fingatur) multa *Non vera* contineri crediderit . An non hoc uno praeconio , Amice ſuaviſſime, funditus fidem Vaticanorum evertis?

Num. 28. ait : *Ambo* [Vaticanor. & Bononienſium Auctores] *ſuos habuere ſectatores* . *Acta Mazochiana ſecutus eſt Beda* . Hactenus recte . At quod addit : *Aut Florus* : utinam ne addidiſſet . Nam tribus additis ſyllabis , prae ſe aperte fert , ſeſe majores ſuos Bollandiſtas doctiſſimos , Henſchenium & Papebrochium , aut cum tineis luctari ſinere [quos ſi verſaret ; didiciſſet ex tomo altero Martii , elogium S. Januarii , ab omnibus Bedae tributum , nihil Floro debe-

§. 2. Sect. 29. *In Actis noſtris* (Vatic.) *diſplicent primo diſcurſus aliqui inter Judicem et S. Januarium, quos Auctoris potius eſſe, quam illorum omnino mihi* (7) *perſuadeo, prout in Annotatis obſervabo. Diſplicet non minus S. Januarii oratio contra tyrannum, qui ea oratione dicitur in caecitatem incidiſſe. Diſplicet, aut ſuſpecta ſaltem eſt, ipſa Judicis caecitas, ſecutaq. per preces S. Januarii ſanatio. Suſpecta demum eſt mors tyranni. Haec omnia parum fidei mereri, ultro agnoſco & profiteor; praeſertim cum auctor non ſit contemporaneus, ſed medio ſaltem ſaeculo, & forſan toto poſterior.... Etenim narrat constructam fuiſſe S. Januario Eccleſiam in loco ſepulturae, nec illius Eccleſiae conſtructionem refert ut novam, ut omnino veriſimile ſit, Acta fuiſſe conſcripta non diu ante corporis tranſlationem, ſive vergente ad finem ſeculo IV. aut inchoato V.* (8).

§. II. Sect. 30. *Accipe non pauca quae in Actis Mazochianis videntur improbabilia. Primo S. Soſius dicitur captus, carcerique incluſus: deinde*

re, ſed totum Bedae eſſe] aut eorum auctoritatem flocci pendere. Quanti autem unius Bedae [quem poſtea gregatim Martyrologi ſecuti ſunt] auctoritas ſit, expendetur in DENUNTIATIONE noſtra.

Sequitur: *Actis.. noſtris* [Vaticana intelligit] *inhaeſerunt omnes martyrologi Graeci* [non: verum recentiſſimi: nam Baſilii Imp. Menologium omnium vetuſtiſſ. de Nola nihil, Puteolis omnia ab initio tranſigit, nec Martyres raptari ante rhedam patitur] *& cum iis Jo: Diaconus: qui utraq. Acta ſaec. X. prae manib. habuit, ſed noſtra Mazochianis conſtanter praetulit*. Rectius dixiſſet *Noſtra cum Mazochianis conciliare ſtuduit*, dum diverſis utraq. geſta temporibus tradit. Quid aliter faceret, cum utraq. Stephanus Epiſcopus Diacono commendaſſet? de quo infra in *Proluſione ad Vaticana*.

Ad §. II. *Sect.* 29.

(7) Jam ſatis ſalvae res. Nam niſi *omnino ſibi perſuaſiſſet* Auctor, ingens periculum erat, ne vulgo omnes in eas allocutiones jurarent.

(8) Duo ἄτοπα (*abſurda*) haec periocha Stiltingiana continet. I. Quod ſuâmet confeſſione Vaticana aliquot res abſurdiſſimas complectuntur (veluti orationem contra tyrannum, Judicis caecitatem, ſecutamq. ſanationem, ac demum tyranni mortem) & tamen haec ead. Vaticana Bononienſibus, in quibus nihil horum, anteponit. II. Quod ſi Auctor Vaticanorum medio IV. ſaeculo, aut non multo ſerius (ſi Stiltingo creditur) Acta tam a vero aliena ſcripſerit; jam horum ſaeculorum, quae hactenus pro integerrimis habebantur, nutabit fides. Jam ergo quaecumq. Martyrum Acta ex Ambroſio, Prudentio, Baſilio, Chryſoſtomo aliiſq. antiquis, ſive notis ſive anonymis, protulere Ruinartus, ac Tillemontius, eâq. tantâ antiquitate freti, a comprobandis iis Actis abſtinuerunt, de iis jam nunc timeamus neceſſe eſt, ne aliquid monſtri alant. Sane tam audax Cl. Stiltingi prioribus quatuor ſaeculis obtrectatio Eccleſiaſtico judicio notari mereretur. Nam ſi quatuor illa beatiſſima ſaecula non tuta a fraudis ſuſpicione ſunt; quid porro reliqui fiet? Imo, ſi ſapimus, ablegetur Actorum Vaticanorum Auctor ad labens VIII. ſaeculum, quando primum piae hujuſmodi fraudes in fabricandis aut amplificandis quo jure quaq. injuria Actis increbuerunt. Atq. ab hac aetate non tantum ille mira & inſolita comminiſcendi ardor, verum & ſtylus non abludunt: de quo plura ad Vaticana.

Digitized by Google

de vero condemnatus ad mortem , & re vera capite caeſus . Attamen nulla uſpiam ſit mentio de ipſius interrogatione , ac ſi plane inauditus ad mortem fuiſſet condemnatus , & occiſus . Hoc vero eſt contra omnem conſuetudinem Judicum Romanorum , qui Martyres ad mortem damnare non ſolebant , niſi interrogatos & auditos , praeterquam in caſibus extraordinariis . . . Quid ergo cauſae dicemus . . .

[9] *Ad ſect.* 30. *De Soſii interrogatione praeterita. Ex eo probari haec Acta peculiaria Januarii fuiſſe.*

Ante omnia ſcitum eſt , interdum judices non juris tramites in Martyribus necandis fuiſſe ſecutos, ſed more belli in eos ſaeviiſſe, idq. maxime in Diocletiani perſecutione , teſte Euſebio. Verum nolo ad hoc effugium in Soſio recurrere , quo minime eſt opus, quia Stiltingi objectio , ut fumo levior evaneſcet, ſtatim ac ſupra extremâ pag. 26. legeris Adnot. quintam ad illud ſect. 3. *Juſſit eum* [Soſium] *ergaſtulo mancipari , quoadusq. fieret ejus INTERROGATIO* . Ergo ſive ante ſive poſt Januarium cum Feſto & Deſiderio , etiam Soſium fuiſſe auditum neceſſe eſt ; quamvis hoc ab hiſtorico taceatur , qui ſatis habuit , fuiſſe faciendam, ſignificare . Quis nunc Stiltingianis declamationibus locus? Satis autem apparet, clariſſimum Bollandiſtam aut non ſincere iſtiuſmodi objicere , aut probis Martyrum Actis accurate legendis parum delectari: in quibus [niſi ubi praeſidalia ſint] pluries interrogatio tacetur, & tamen facta creditur. Cur, inquis, eâ ſuperſedebant ſcriptores martyriorum? quia moleſtum erat tabularia tribunalium excutere, ut interrogationum atq. reſponſionum ordinem ex iis exciperent. At, inquis, cum Januarii, Feſti & Deſiderii interrogatio integra referatur, cur non tantumdem in Soſio factum?

Nullam aliam reperio cauſam , quam quod diu poſt ſcripſerit , nihilque ſingulare de Soſii interrogatione invenerit in Actis prioribus (9) . . . *Secundo quando narratur compreheṅſio S. Soſii , non additur qua in civitate fuerit captus , & utrum Miſeni , an Puteolis fuerit carceri mancipatus : quod rurſus non erat ſilendum ab auctore ſere contemporaneo , qualem ſuum credidit Mazochius* (10).

§. II.

Vtinam ab ulcere tractando iſto, Vir Cl. abſtinuiſſes , qui locis omnibus docere non ceſſas , Auctorem Bononienſium primario de Soſio ſibi ſcribendum propoſuiſſe , de Januario autem ex occaſione tantum . Ecquis vero ita ſtipes fuerit , quin in te vim totam argumenti , ex hoc loco Bononienſium ducti , retorqueat? Quid enim? Hiſtoriae auctor de Soſio tantum primoribus labris delibat illud , *Quoadusq. ejus fieret interrogatio* , hac vero referendâ ſuperſedet : at ibidem ſtatim de Januarii duorumq. Clericorum interrogatione implet utramque paginam . Cur hoc , niſi quia non de Soſio , ſed de Januario primario ageret? nam de illo non niſi uti occaſione martyrii , & ut illuſtri commilitone , narrat : ceterum ubiq. in Januario totus eſt . Merito huic Hiſtoriae verus titulus in MS. ille praeſcribitur, quem nuper ex doctiſſ. Fabro didici : *Paſſio S. Januarii Epiſc. & Mart.* tacito Soſio &c. Vide ſup. pag. 18. ver. 3.

[10] Miſeret me ſaeculi hujus [nam praeſtat tempora moreſq. accuſare , quam homines] quo, inquam, ſaeculo quo plus litterarum inclaruit , eo minus pudet talia ſcripto mandare , per quae nihil aliud quaeritur, quam ut liber obeſior fiat , etiam, ſi ſit opus, per aliorum inſectationes . Ceterum in hoc facto , in quod me hîc Vir clariſſ. nolentem pertrahit, Auctorem Bo-

§. II. Sect. 31. „ *Tertio improbabile eſt , S. Januarium cum SS. Feſto & Deſiderio veniſſe in carcerem , ibique publice fuiſſe conqueſtos de Soſii captivitate , cum in fervore perſecutionis ultro ſe tyrannis tradere miniſtri eccleſiae non deberent* (11) . *Quarto magis etiam improbabile & plane ridiculum eſt , quod ibi in Actis ſequitur . Nam ſecundum Acta milites habebant mandatum de capiendo Januario & Sociis , cognoſcebant ipſos, nec tamen comprehendebant , ſed iis dimiſſis , Judicem monebant* (12). *Quinto improbabile eſt , quod dicitur de arena parata , ut Sancti feris objicerentur , & de re tota omiſſa , quod Judex nonnihil tardaſſet , cum ad publica illa ſpectacula maximus eſſet hominum concurſus* . . . (13) *Sexto parum veriſimile eſt , quod dicitur de Proculo , Eutychete , & Acutio captis , dum alii ad ſupplicium ducebantur , & juſſu praeſidis una occiſis cum ipſis ſine ullo examine : ſi qui enim ſic occiſi aliquando fuerint , id ſaltem rariſſimum eſt* (14) *nec credendum auctori tali , cum*

in

Bononienſis hiſtoriae ſi roges : *Cur , o bone , non memoraſti , ubi captus & quo retruſus fuerit Diaconus Soſius ;* quidvis ille reſponderit , haud , mihi crede , facile eumdem coarguas . Quid enim ? Dixerit ſcriptor : *Qui potuiſſem de prehenſionis circumſtantiis narrare , qui neſciebam ? cum ad ſcriptionis meae tempus quinquaginta plus minus anni a re geſta fluxiſſent* . Hunc ita cauſantem ecquo argumento, Stiltinge , confut.s ? Aut forſan reſponderit : *Imo tenebam equidem de prehenſione ſingula , ut qui rei geſtae interfuiſſem , aut ea ab oculatis teſtibus didiciſſem : at non tanti res erat , uti Martyrii narrationem circumſtantiis nihil ad aedificationem facientibus* (nim. ubi tentus, quo detruſus) *onerarem* . Aut poſtremo reponat : *De Januario quidem narravi iſta omnia* (quae nunc de Soſio quaeris) *minutatim , ut qui ſignifer totius agminis eſſet : at de Soſio uno ex gregariis non fuit neceſſe . Nec immerito hiſtoriola mea inſcribitur* , Paſſio S. Januarii Epiſc. & Mart. *tacitis ceteris , quia Januarii causâ Paſſio ſcripta fuit* . Hunc ita reſpondentem qui audierit, an non animo evellet iſtud ſyſtema laborioſum , quo vir ornatiſſimus voluit, Acta Bononienſia primario de Soſio ſcribere ? idq. reclamante inſcriptione Bononienſium Actorum hujuſmodi, *Paſſio S. Januarii Epiſc. & Mart.* Quam inſcriptionem cum non ante hos duos menſes didiciſſem ; haud mirandum ſi in priore illa Additamentor. editione an. 1744. paullo inclinatior in Soſium fuerim, ſed non eo uſq. ut primario agi de Soſio dixerim , ſed de utroq. communiter , additis ceteris commilitonibus . At nunc ſatis ſuperq. erit, ſi Fabrianae Bononienſium inſcriptioni poſt *Januarii* , κατὰ συγκατάβασιν (*ex indulgentia*) addatur ſecundo loco , *Soſii* , & *Sociorum* .

[11] Non tantum miniſtri Eccleſiae ſed & omnes Chriſtiani Chriſto fugam in perſecutione ſuadenti obſequi debuerunt . Atqui hujus loci difficultati occurram infra ad calcem Actorum Bononienſium a mendis expurgatorum in reſponſione ad objectionem ſignatam littera [E] & ita occurram , ut hinc nihil admodum periculi immineat .

[12] Haec vero diluam ibidem in reſponſo ad object. ſignatam littera [F].

[13] Haec quoq. ibid. in reſponſione ad objectum notatum littera [I].

[14] Imo ſatis frequentia exempla . Ibidem ſect. 5. haec refelluntur, ubi & reſpondebo objectioni ſignatae litterâ [L] .

in aliis Actis diu ante capti referantur. (15).

§. 11. Sect. 32. *Ex diſputatis colliget eruditus lector longiſſime abeſſe me ab opinione Mazochii, qui Acta ſua commendavit ut* pulcherrima, ut antiquitate, breviloquentia, ſimplicitate nec non gravitate ſe mirifice commendantia, *ac demum ut* ſincera. *At me judice, ea Acta non ſunt* antiquitate *commendanda, nec pulcbritudine; ſed hominis ſunt longe poſterioris, qui* S. Soſium *exornare voluit, ideoq. initio de ipſo narravit omnia, quae dicebantur Miſeni; cumq.* S. Soſii *martyrium referre non poſſet, niſi etiam de* S. Januario *& aliis mentionem faceret, ex Actis illius ſelegit quae voluit: alia vero aut omiſit, aut mutavit pro arbitrio. Hinc nec* breviloquentiâ *laudandus eſt, ſed ſilentio ſuo de S. Soſii interrogationibus, & cruciatibus martyrio praeviis tam hujus, quam aliorum, aperte prodit, nihil ſibi compertum ſuiſſe de geſtis in martyrio praeter ea, quae legebat in Actis S. Januarii. Si uſus eſſet ſimplicitate ac gravitate debita, ſi inventa in Actis S. Januarii numquam mutare voluiſſet; non toties in brevi lucubratione aſſereret oppoſita & contraria* (16). *Apud Mazochium num.* 1. *aſſeritur, Sanctos* propter metum *paganorum* non facile in publicis locis *comparuiſſe, idq. omnino probabiliter. At num.* 3. *S. Januarium cum Feſto & Deſiderio perducit ad carcerem eoq. modo loquentes inducit, ut non poſſent non innoteſcere. Sic num.* 5. *Proculum diaconum cum Eutychete & Acutio publice de condemnatione Sanctorum fecit conquerentes* (17). *Componat illa cum prioribus, & cum prudentiae legibus qui poteſt.*

Sect. 33.

[15] Ante captos fuiſſe, in Vaticanis Actis refertur, quia non aliter Nolana tragoedia ornatior evadere potuiſſet.

[16] Hîc, rogo, reſiſtamus parumper. Nam quis tantam Viri Cl. jactantiam ferat? Non tam enim epilogus iſte eſt, quam triumphus quem de Bononienſibus Actis agit, at nequaquam decernente ſenatu eruditorum. Interim palmas & pugnatas a ſe pugnas enumerat, & quoties cum hoſte debellatum, memorat. Nec dixeris, non ita locuturum, ubi has *Repetitas Vindicias* guſtare occeperit (ex quibus quaſcumq. hîc victorias a ſe relatas conglobat, eas penes nos revera ſtetiſſe ſuis locis intelliget) ne dixeris, inquam: neq. enim docilem fore ſpero, quem jamdiu ſtudia partium mancipatum tenent. Verum quid refert? Ab anno 1744. ad hunc uſque diem, jam virorum omnium eruditione judicioq. praeſtantium conſenſio mihi cauſam adjudicaverat. Nec dubitare poſſum, quin per haſce Vindicias in eâd. ſententia ſeſe magis confirmaturi ſint. Id ad victoriam ſatis.

Similem Cl. Stiltingi triumphum agi cernes mox, nim. poſt Acta Bononienſia mendis purgata, in objectis ſignata littera [N]. Videſis.

[17] Haec duo facta, quae criminatur, adeo non abſurda, ut paribus exemplis ψαμμακοσίοις [*aequantibus arenae numerum*] comprobentur. Videſis infra ad Acta mendis librariorum purgata ſect. 3. Etſi aegre eſt, quod ea producere cogar, quae in luce litterarum tanta a nemine ignorari neceſſe ſit. Heu tempora infelicia! Nam de his, quam de hominibus (quando honeſtas non ſinit) inſtituere querelam malo.

Digitized by Google

Sect. 33. *Certe ſex illorum Martyrum comprehenſio ſatis veriſimilis eſt, prout refertur in Actis S. Januarii* (18)*: at non facile credenda, prout narratur apud Mazochium, & prioribus illius ſcriptoris dictis contraria* (19). *Secum pugnantia eſſe militum verba num. 3. apud Mazochium, jam obſervavi. Nam dicunt veniſſe Januarium & Socios ad carcerem, & ſibi mandatam fuiſſe eorum comprehenſionem: nec tamen ceperant* (20). *Rurſum num.4. pugnantia loquitur Auctor, dum ait, nimis ſero fuiſſe ad Sanctos beſtiis exponendos; mox tamen refert, reductos ex amphiteatro Sanctos, ſententiam dictatam, Sanctos extra civitatem ductos ad locum ſupplicii, denunciatos Judici tres Chriſtianos, hoſque ejus juſſu captos, & cum reliquis occiſos. At haec omnia plus temporis exigebant, quam neceſſarium erat ad Sanctos ferarum morſibus objiciendos, ad quod omnia jam antea erant parata.* (21) *Mitto alia in Annotatis aſſignanda*, (credo voluiſſe dicere *Aſſerenda*) *& ex omnibus concludo, ſtandum non videri Actis Mazochii, ſed Actis* S. Januarii, *ubi diſſentiunt* (22).

[18] Non veriſimilis, ut ad Vaticana dicam: ſed Auctor ad ornandum ſuum drama Nolanum neceſſariam duxit.

[19] Videantur reſponſiones ad Stiltingiana objecta poſteriora.

[20] De his quoq. ibidem loco ſuo.

[21] Omnia ibid. diſſlabuntur locis convenientibus.

(22) His adverſa omnia a me oſtenduntur, tum in reſponſis ad Stiltingi poſteriora, tum maxime in adnotatis ad Vaticana.

Hactenus objecta Cl. Stiltingi ſunt. Qui quidem ubi ſupra num. 29. Vaticanorum *Improbabilia* [quae potius *Abſurda* vocare debuerat] protulit, ne centeſimam quidem partem produxit, & quae tamen pro-

(23)

duxit, quantum poteſt attenuavit. Sed utut eſt, certe ſuamet confeſſione ea Acta damnavit, quippe confeſſis abſonis rebus referta. At interim Bononienſia, utpote eiſdem abſurdis omnium confeſſione vacua, ſinceriſſima habenda: .quae merito Beda [quantaevis auctoritatis ſcriptor] & octavi noniq. ſaeculi Martyrologi ſunt ſecuti; imo & Romanum Martyro ogium [quod jamdiu totus Occidens adoptavit] paſſis ulnis amplectitur. De Mrologio Rom. in *Denuntiatione* noſtra viderimus: certe ut appareat, quanta ſit adverſariorum audacia, qui ut Bononienſibus Actis detrahant, coguntur interim Romani Mrologii tabulis, & hodiernae Eccleſiarum Latinarum conſenſioni parum verecunde obſiſtere.

AD-

Digitized by Google

ADMONITIO.

PRioribus quidem objectis potuiſſe ſuperſederi, uno ore noſtri homines clamitant: quippe quae I. ſaepe petitione principii (uti loquuntur ſcholae) laborant. II. Deinde quod Paſſionis Bononienſis ipſa per ſeſe narratio tum ſtylo tum rebus meram ſinceritatem (iis certe, quibus ſubtile ad iſta perſentienda palatum ineſt) ſapit. III. Poſtremo quia tria illa antiquitatis rebus geſtis aequalis argumenta (ſup. pag. 61. col. 2. leviter delibata, latius vero, ubi ad Acta Vaticana praefabimur, deducenda) ſi probe percipiantur, non poterit non plenis ſuffragiis cauſa Bononienſibus Actis adjudicari.

Ergo, ut ab initio coepi exponere, jure ac merito docti homines queruntur, quod nihil cauſae fuerit, cur data opera Stiltingianis objectis prioribus ſatisfacerem. Verum ſciant id in mediocrium ingeniorum, ad levem quamcumque auram mobilium, gratiam fuiſſe factum. Et quia prioribus Stiltingi argumentis diſſlandis opera navata fuit, etiam poſterioribus illis (quae idem Bononienſibus Actis ſubjecit) nunc dandum eſt aliquid, iis praecipue quorum ſolutionem in prioribus vix delibatam, diſtuli in haec Acta Bononienſia a mendis librariorum deterſa: quae jam ita exhibebimus, ut ad eorum calcem Stiltingiana objecta poſteriora attexamus.

EADEM ACTA BONONIENSIA
VVLTV NITIDIORE PRODVCTA.

FACTI RATIO.

QVorum animus ab Actis Bononienſibus magnopere aeſtimandis abhorret, horum duo eſſe genera video. Pars prior pauciſſimorum eſt, ac prope inſanabilium: qui quidem non tam Actis ipſis (quid enim commeruerunt?) quam ei, qui deprompſit, haud optime cupiunt, & quidquid ab ejus officina prodit, limis oculis intuentur. Atq. hos Deo primum, deinde ſuaemet

con-

conſcientiae teſtimonio commendatos, bona cum pace miſſos facio.

Eſt autem genus poſterius aliquanto plurium: qui cum numquam cimelia vetera erroribus diffluentia (veluti ſunt ſaxa antiquitus ab imperitis ſcalpta, manu exarati haud docta manu codices chartaceque veteres) viderint, nunquam in veteres interpretationes de Graeco Latinas ab utriuſque linguae haud ſatis gnaris profectas, numquam in loca lacunis biantia, aut ceteroqui corruptiſſima, utpote ex carioſis membranis eruta, inciderint; cum ſint, inquam, in his peregrini, ſiquando in horum aliquem inhoſpitalem locum incurrerint, ita horrent ſtupentque, quaſi quos ad infames ſcopulos procella adegiſſet. Atq. ex horum numero pluſculos (23) *ceteroqui cupidiſſimos litterarum viros deſignare poſſem,*

(23) *Amicis ornatiſſimi Viri objectis officioſa reſponſio.*

Inter cujuſdam Viri clariſſimi mihiq. amiciſſimi nuperas Diſſertationes exſtat una, quae Bononienſium S. Januarii Actorum a me productorum reprehenſionem continet; nec enim titulum Diſſertationis nec libri (quem contrectavi nunquam) teneo. Itaq. de ea Diſſertatione prorſus ſecuro mihi, vellit aurem amicus; ac pertimeſcendum monuit, ne ob iſtum Diſſertatorem *praeteritum*, inſtitueretur in me *inofficioſi querela*. Quid quaeris? nolui, ſi hunc praeterirem, inofficioſus videri: praeſertim cum exſtiterit meorum familiarium unus qui mihi attulit excerptas ex hoc nupero Diſſertatore Actorum Bononienſium (non ſine exſecratione addita) mendas hujuſmodi: *Repperiſſet*, *Meſinatae*, *Meſſenatae*, *Spectatur* (pro *Expectatur*) *Expectaculum* pro *Spectaculum*. At in tanta mendorum ſegete his ſaltem abſtinere poterat, utpote recte ſcriptis. Pro *RePPeriſſet* pugnat Priſcianus, Pandectes Florentinus & hodiernus doctiorum uſus: de reliquis quatuor vide ſuperiores meas ad Acta Bononienſia adnotationes.

Alibi in *Flama*, *Exurexit*, *Perexit*, *Inecteret* invehitur: quaſi vero (Deus bone!) novum ſit, in veterrimis Mſſ. ſimplicem pro duplici conſona quam ſaepiſſime uſurpari. In τὸ *Cauſa publ. faciente* qui deſaevire potuiſſet, ſi a me ibi adnotata legiſſet?

Poſtremo in Auctorem Actorum debacchatur, quaſi qui uſum particularum Latini ſermonis neſcierit, ut qui alicubi ſcripſerit, *Ex hoc ſignum:* alibi, *Secundum imperiali praecepto:* alibi, *De ampbitheatrum*. Et ob iſtud facinus indignum Acta noſtra (quamvis olim Eccleſiarum Dei uſu conſecrata) *liturâ unâ* delenda vociferatur. Verum non recte atq. ordine facit, qui propter iſthaec menda auctori Actorum potius quam indoctis amanuenſibus (quibus perpetuum eſt veterum librariorum errores novis uſque

que deterioribus cumulare) tam graviter ſtomachatur. Quid Cicerone, quid Caeſare, quid reliquis Latinae linguae deliciis fieret, ſi Diſſertator nuperus, vir clariſſimus, horum manu exaratos codices vetuſtiſſimos in manus ſumeret? Quid ſi ſacratas illas Pandectas Florentinas, etſi quam accuratiſſime ab erudita manu ſcriptas, conſuleret? Ac ne ab hoc genere.ipſo diſcedam, quid ageret, ſi Bonini Mombritii Acta Sanctorum, ab eo cum eiſdem erratis, quae in membranis repererat, edita legeret? Atqui bonus ille vir ob hoc factum a viris doctiſſimis laudes ingentes meruit: cum contra, quia Surius, ubicumq. in eiſdem Actis errores ac barbaras locutiones cum caſtigatioribus permutans, ſincerum vas incruſtavit; ejus labor omnium obtrectationibus patuit. Quo judicio publico edoctus Ruinartus, a caſtigandis Actis manus ita ſuas abſtinuit, ut quae tum primum ex Mſſ. erueret, ea mendis totidem, juxta ac repererat, quam inquinatiſſima exhiberet. Exemplis ad comprobandum Ruinarti inſtitutum abſtineo.

At ultimum monumentorum ab eod. hoc depromptor. pag.*619.* patet oculis omnium: *Indicem Oleorum ſacrorum* intelligo, quae Gregorius M. ad Theodelindam Reginam miſit: cujus inſcriptio ſic incipit: *Notitia de Olea* (pro *oleis*) *Sanctorum*. Deinde: *Sanctae Sophiae cum tres filias ſuas*. Poſt: *Sancti Jaſonis & alii Sancti*. Adhaec: *Sancti Cornili & multa millia*. Tum illud: *Sanctus Blaſtro, & multorum Sanctorum*. Mox: *Felicitatis cum ſeptem filios ſuos*. In fine: *Quas olea ſancta* &c. Et tamen haec ſub S. Gregorio Magno ſcripta volunt. Quid ſi porro in Florentinii Hieronymiano Martyrologio, Amice, parumper verſeris? an non gemmas meras Enniano ſterquilinio obductas deprehendes? In his velim tantiſper ſe Diſſertor Tuſcanicus exerceat, antequam ad Actis Bononienſibus male dicendum proſiliat.

Atqui illud mirabile eſt quod idem vir amiciſſ. ubi pag. 193. me riſiſſet, quod nimis ſero *in genuinum Bedæ Mrologium* (quod Bollandiani tomo 2. Martii evulgarunt) *incidiſſem*; mox pag. ſeq. ea ipſe de Beda dicit, per quae riſum vel Catonianae cuilibet ſeveritati excutiat. Nimirum ait a Beda S. Tarachi elogium fuiſſe contextum. Vbi nam in Beda genuino Tarachi mentio? Edicas quaeſo. Nam equidem in Bedam genuinum Bollandianum me incidiſſe dixi: at Bedam genuinum tuum, in quo ſit *Tarachi* mentio, nec unquam vidi, nec quemquam unquam viſurum, ſatis certo ſcio. Nimirum tu ſolus, Vir ornatiſſime, te *Tarachum* Mart. in Beda genuino vidiſſe praedicas, ut qui Bedas quotlibet genuinos domi ſuccenturiatos habeas.

Verum amoto joco, non alium equidem Bedam genuinum novi, quam quem Bollandiſtæ initio tomi 2. Martii exhibuerunt. In eo ſingulis diebus primo loco litteris grandioribus Bedæ elogium, modo

 exſtet,

ſem, ſi honeſtas pateretur. Atq. horum pleroſq a Bononienſium lectione, praeſertim a ſect. prima, abſterreri potuiſſe, parum equidem miror: mirarer potius, ſi cum ſint in his hoſpites, tamen ſeſe iis allici potuiſſe profiterentur. At hos tamen ipſos viros optimos, a quibus nigrae ſuccus loliginis abeſt, facile ſanabiles judico. Quid enim promptius, quam hanc ipſam Hiſtoriolam a ſoloecis purgatam, inſolitis de Graeco translationibus (modo fraudi ad intelligendum ſint) in meliores permutatis, repletiſq. lacunis, parum in his peritos quaſi manu protentâ juvare?

En cur viſum fuerit, hanc a me etiam Actis Bononienſibus operam eſſe navandam, ut ea ſalebris, quae a legendo hactenus avocabant, remotis; percurri inoffenſo pede a ſimplicioribus poſſint. Ergo obſecutus amicis, ſoloeciſmos ad rectam ſyntaxim revocavi, abſurdiora quaeq. caſtigavi; ſed & integram ſectionem primam antea conclamatam, pluribus cum judicio ſolidatis lacunis, aliis conjectura ex Graeco facta reſtitutis, ita reddidi integritati ſuae, nullum ut induſtriae meae, uti ſpero, poeniteat. Atq. in hac ſectione prima curanda quidquid factum medicinae fuit, ejus rationem totâ ADNOT. IV. a pag. 62. ac deinceps allatam habes. Hæc vero opera iis maxime impenſa fuit, qui cum in Acta Bononienſia pulchre ſe animatos oſtendant,

exſtet, adſcribitur (nam ubi nihil ex Beda exſtet, notatur: *Beda vacat*) deinde minorib. litteris ſcribuntur quaecunq. in Mſſ. invito Bedae tribuuntur. Itaq. die XI. Octob. (in quem Tarachus incidit) in capite grandib. elementis notatur, *Beda vacat:* ac deinde ex Mſ. D. (h. e. Divionenſi) eâdem die ſic affertur: *Apud Tarſum metropolim Martyrum Taraci, Probi & Andronici: qui perſecutione Diocletiani martyrizati ſunt.* Verum ad ἀσμαρίαν quod attinet: hanc veniam petimuſq. damuſq. viciſſim. Hoc interim lector notet: mihi, quod *ſero* ad Bedam genuinum acceſſerim, id minime nocuiſſe: tibi contra, Amice ſuaviſſime [cui nimis cito, a puero ſcil. Beda genuinus in praecordiis haeſit] deproperatam Bedae aditionem fraudi fuiſſe. Itaq. poſthac vetus illud σπεῦδε βραδέως teneas, cenſeo.

Verum jocandi finis: tametſi miſeret meimet, qui (ut obſecundarem amico viro roganti, ut verbo ſaltem uno ſatis Diſſertori amiciſſ. facerem) ad haec tam trita deſcenderim. Et tamen hi ſunt illi nuperi eruditi diſſertatores (id quod honoris Viri amiciſſ. cauſa dictum volo) ex quibus Cl. Stiltingus profeciſſe ſe, in Dedicatione ſignificat.

Digitized by Google

dant, tamen eorumdem mutilationes, aſperitatem atq. ſtribliginem aegre patiuntur. In horum ergo gratiam complanavi omnia.

Accedit & illa ratio, quod Bollandiſta clariſſ. cum objecta poſteriora ſua ex Actorum Bononienſium regione (nim. ut illis in os obganniret) expoſuiſſet; nolui committere, ut fraudem ſibi factam expoſtularet, ſi non ad calcem Actorum ſua adſcripſiſſem. Vna ergo, ut ajunt, fideliâ parietes dealbavi duos, quia & accuſatorem Stiltingum reo a ſe peracto (ne ſubterfugiſſe actoris os videretur) oppoſui, ac ſimul hunc non ſordidatum (uti fieri in ſtatûs controverſiis ſolet) ſed ſolito candidiore ornatum toga produxi.

EADEM ACTA BONONIENSIA

MENDIS LIBRARIORVM DETERSIS SOLIDATISQ. LACVNIS

NITIDIORE VVLTV REDVCTA

CVM NOVIS ALIQVOT ADNOTATIS,

Cumq. Stiltilgianis objectis poſterioribus in calce Actorum exhibitis & refutatis.

PASSIO S. JANVARII EPI ET MART.

TEmporibus (A) Diocletiani Imperatoris, conſulatu Conſtantii Caeſaris V. Maximiani Caeſaris V. erat perſecutio Chriſtianorum. In Eccleſia vero Miſenatis Civitatis erat Diaconus nomine *Soſius*, vir prudentia & ſanctitate firmiſſimus annorum circiter triginta, ſicut ipſe cuidam Epiſcopo Theodoſio, qui advenerat in ecſtaſi, revelare dignatus eſt: eodem Epiſcopo aſſerente, quod venerabilis Soſius propter metum paganorum non facile in publicis locis (*videbatur*). Hic notitiam habuit beatiſſimorum (*Januarii Beneventanae Eccleſiae Epiſcopi, Feſti ejus Diaconi, & Deſiderii Lectoris, qui ad*) Officium veniebant in Eccleſiam (*in qua*) civi-

civitatis (24) Epiſcopus (*cum Soſio &*) diverſis civibus ſe (*cum Januario & aliis*) occulte invicem viſitabant. Sermo videlicet (*et*) collectio Divinae legis erat in aedificationem hominum, quos Chriſto credere videbant. Et quia in ipſis locis, ideſt Cumanis, frequens erat paganorum nobilium virorum (*occurſus propter*) magnam Vatem, cujus tumulus uſque in hodiernum (25) diem illius (*Sibyllae*) eſſe manifeſtatur; ideo Sancti, ut diximus, difficile in publico videbantur.

2. Bea-

[24] *Civitatis* abſolute uſurpatae nomine Miſenum, de quo heic agitur, venit.

[25] Iſtud *Vſque in hodiernum diem* non miror in Actis Graecis fuiſſe notatum; nam ineunte IV. ſaeculo cum pleraq. hujus orae Campaniae pars irretita gentilitatis erroribus teneretur, quis dubitat, quin Sibyllina ſuperſtitio ibidem vigeret, & exterorum concurſus eodem undequaq. fierent? Valet hoc igitur ad comprobandam prioris Graecae ſcriptionis antiquitatem, rei geſtae aequalem, aut certe adulto ſaeculo IV. (ſub Conſtantino aut filiis ſcil.) haudquaquam poſteriorem.

At cur Latinus interpres, quem, (ut in priore Paſſionis hujus editione Adn. 38. quam ſupra pag. 41. videbis) conjeci occaſione Translationis S. Januarii de Marciano factae, cujus in fine mentio injicitur, haec Acta ex Graeco vertiſſe: cur, inquam, reliquit iſtud *Vſq. in hodiernum diem?* An quia tempore Paulini Nolani [cui S. Joannes Neapolitanus, Corporis S. Januarii translator, coaevus fuit] adhuc ethnicismus, ac ſimul Sibyllina ſuperſtitio graſſabatur? Hoc quidem non eſt incredibile, quia quinto ſaeculo adulto gentilitas afflicta quidem, ſed nondum plane extincta fuerat: cujus etiam VI. ſaeculo reſtabant rara veſtigia.

Verum quid neceſſe eſt ita in artum cogi, quaſi non potuerit Latina interpretatio longe antiquior Translatione corporis S. Januarii fuiſſe? An non poſteriorum hujuſmodi translationum narrationes adjungi in fine Actor. antique ſcriptor. omni tempore conſueverunt? Quid ſi ergo Latina interpretatio non diu poſt Acta Graeca [in gratiam forſitan Beneventanorum, aliorumq. populorum Graece neſcientium] prodierit? quo tempore ſcil. ethniciſmus quamvis a Conſtantino labefactatus, adhuc tamen latius graſſabatur, quam ut Sibyllinae ſuperſtitiones exoleſcere potuiſſent; ita ut adhuc tum notationi illi, *Vſq. in hod. diem* locus eſſe potuerit. Id vero ſi eſt; tum dicemus, ſub Conſtantino quidem aut filiis haec Acta Latino ore locuta: at vero non niſi ſub S. Joanne I. additam fuiſſe Translationem e Marcia-

2. Beato (26) itaque Januario in Miſenate civitate poſito, factum eſt, ut beatus Soſius diaconus in eccleſia ſua ſancta Dei Evangelia legeret, & ſubito de capite ejus flamma exſurrexit, quam nemo alius vidit, niſi beatus Januarius Epiſcopus: qui ita (27) eum martyrem futurum ex hoc ſigno quod viderat praenuntiavit: & congaudens oſculatus (*eſt*) caput ejus, gratias agens Domino: caput quod pro Domino Jeſu Chriſto paſſurum eſt.

3. Poſt non multos dies factum eſt, ut ad Dracontium Judicem Campaniae eorum fama nunciaretur. Hoc audito, Dracontius judex juſſit eos ſecundum imperiale praeceptum inquiri, & ad ſe adduci. Inquirentes vero invenerunt beatum Soſium Diaconem (28) & duxerunt ad Judicem. Dracontius enim

ciano Neapolim factam.

[26] Illud *Itaq.* (quod collectioni ante dictorum ſervit, atq.idem hîc valet, ac *Vti dixi*) aperte innuit, de eo ſupra fuiſſe narratum. Quid quod Januarium Miſeni jam *poſitum* dicit, quaſi ſi diu ante Miſenum perveniſſet? Poſtremo ſi fingas, *Januarium* nunc primo nominatum, cur non *Epiſcopum* vocat, nec cujus civitatis epiſcopus eſſet? Nec enim dubium eſt, quin ſi nunc primum ejus mentio fieret, ſcribi debuiſſet, *B. Januario Beneventane civitatis Epiſcopo*. Numquam aliter in prima mentione fiebat, niſi ſi forte ſedes ignota ſcriptori foret. Sic in Clericis ipſis hîc factum, ut infra S. Proculus ubi primum ſect. 5. memoratur, ſic inſignitur: *Proculus Puteolanae civitatis Eccleſiae Diaconus*. Quae ſatis oſtendunt, jam ſup. ſectione I. fuiſſe ſcriptori de Januario ſermonem, quippe qui ſcopus primarius ſcriptionis eſſet; ac poſt *Beatiſſimorum* ea omnia fuiſſe, quae ſupra ſupplevi: *Beatiſſimorum Januarii Beneventanae civitatis* aut *Eccleſiae Epiſcopi*, *Feſti ejus Diaconi & Deſiderii Lectoris*.

Fallitur ergó Stiltingus noſter ubi ad Sect. 3. perſuaſum habuit, Januarium tum primum *veniſſe Benevento ad carcerem Puteolanum*, idq. inter abſurda notat: de quo in loco. Confer mox in Adn.30. illud *Statim*.

[27] *Qui ITA eum Martyrem futurum . . . praenuntiavit*. Saepe apud Latinos ITA pro *poſtea* [ſicut hîc accipitur] obſervavi, tacentibus licet de hac notione lexicis. Ac ſane ut τῷ *Ita* hîc uteretur, videntur invitaſſe Graeca Acta in quibus Εἶτα uſurpabatur, idque uſitato ſignificatu pro *Poſtea*. Ac facile ex εἶτα [abjecto ε] *ITA* Latinum venit: de quo alibi dixiſſe videor.

[28] In textu Actor. ſup. pag. 26. ver. 4. *Diaconum* typographus per errorem poſuit: at cum in Bono-

enim judex juſſit eum ergaſtulo (29) mancipari, quoaduſque fieret ejus interrogatio. Retruſus (D) itaque beatus *Soſius* in ardua cuſtodia carceris a militibus cuſtodiebatur. Quod dum beatus *Januarius* reperiſſet, quia beatus *Soſius* Diaconus carceri fue-

Bononienſi apographo, teſte doctiſſ. Fabro [quem ſupra laudavi pag. 17.] ſcribatur *Diaconem* [more temporis ejus] hîc ſaltem reponendum duxi.

[29] Duo hîc ad noxios cuſtodiendos receptaculorum nomina cernimus. I. *Ergaſtulum*: de quo videndi Lipſius in Electis cap. 9. Pignorius in de ſervis, Salmaſius ad Spartiani Hadrianum c. 18. aliiq. plures. Antiquitus hoc non niſi in uſum privatorum fuit, qui in ſuis latifundiis ſervos operi faciundo addictos in ergaſtulis vinctos detinebant: at hîc *Ergaſtulum* publicus locus eſt. II. Deinde hîc *Ardua cuſtodia carceris* memoratur, quae & mox non ſemel *Carcer* abſolute dicitur. Atque equidem quid hîc *Ergaſtulum* ſit, non ex Lipſio nec ex aliis, qui non niſi veterem ejus vocis notionem norunt, diſcendum puto, ſed ex hujus loci atq. temporis uſurpatione. Hîc enim *Ergaſtulum* non carcer privatus erat in uſum glebae addictorum, ſed publicus ad noxios detinendos. Quod ſi a me petas, quo ergaſtulum ab *ardua cuſtodia carceris*, de qua mox, diſcrepet; reſpondebitur, hîc *Ergaſtulum* locum fuiſſe cuſtodiae leviorem, in quem noxii acceſſu primo conjiciebantur uſq. ad interrogationem: ex qua poſtmodum ſi conſtaret quidem eos inſontes eſſe, liberi dimittebantur. Quod ſi contra liqueret reos eſſe imputati criminis; tum vero in *arduam* (ut hîc vocatur) *cuſtodiam carceris* trudebantur.

Atq. ex hac obſervatione ſatis conſtat, primum quis illo tempore in tribunalibus uſus *Ergaſtuli* fuerit: nim. detentionis locus, *Quoaduſq.* [ut hîc diſerte explicatur) *fieret interrogatio*. Deinde quia ſtatim hîc Soſius ex ergaſtulo in *arduam cuſtodiam* traductus ſignificatur; id certo argumento eſt, & interrogationem re vera fuiſſe praemiſſam, & ex ea conſtitiſſe Soſium eſſe impietatis reum: quod ſcil. Chriſtianis crimen a paganis imputabatur. Deſinat ergo Cl. Stiltingus objicere contra juris formulam factum, ut Soſii examinatio praeteriretur. Nam re vera hoc tempore, quod inter ergaſtulum & arduam cuſtodiam fluxit, peracta fuit. Cur vero, inquis, ea ab hiſtorico praetermiſſa? Quia is primario de S. Januario agebat: de Soſio autem tantum ut Socio, & occaſione certaminis, de quo ſatis fuit talia, non quidem deſcribere, ſed nutu tantum ſignificare. At de Januario interrogatio minute narratur, quippe primario hiſtoriae hujus ſcopo, ut quae ſup. p. 18. v. 3. in Cod. inſcribitur, *Paſſio S. Januarii Epiſc. et Mart.* Vide de his mox rurſus Adn. 31. & alibi.

In

Digitized by Google

fuerat mancipatus, ſtatim (30) ad carcerem cum Diacono ſuo *Feſto*, & Lector ſuo *Deſiderio*, ut eum conſolaretur perrexit. Et ingreſſus ubi tenebatur in vinculis dicebat. *Quare ſine cauſa tenetur* (E) *homo Dei in carcere?* Statim milites qui cuſtodiebant carcerem nunciaverunt Judici dicentes: Ecce homines illi de quibus nobis magnitudo veſtra juſſerat, ut inquirentes teneremus (F) eos: ad carcerem venientes dicunt: quare ſine cauſa tenetur homo Dei in carcere? Mox ut hoc audivit Judex, juſſit eos teneri, & ad ſe adduci. Qui dum inventi fuiſſent, ad Judicem venire non dubitaverunt. Et dum praeſentati fuiſſent Judici, Dracontius Judex ſedens pro tribunali, his verbis interrogavit beatum *Januarium* Epiſcopum, dicens ei. Cujus religionis homo es? Sanctus *Januarius* reſpondit: *Chriſtianus ſum & Epiſcopus*, Judex dixit ei. Cujus civitatis? Sanctus *Januarius* reſpondit, *Beneventanae Eccleſiae*. Judex dixit: Et hi quid tui ſunt? Sanctus *Januarius* reſpondit: *Vnus Diaconus meus, & alter Lector*. Judex dixit: & ipſi ſe Chriſtianos manifeſtant? Sanctus *Januarius* reſpondit: *Etiam; nam ſi eos interroges, ſpero in Domino meo Jeſu Chriſto, quod nec ipſi ſe Chriſtianos eſſe negant*. Qui interrogati a Judice dixerunt: *Chriſtiani ſumus, & parati ſumus mori propter Dei amorem*. Tunc Judex ira repletus beato *Januario* Epiſcopo dixit: Accedite & offerte diis libamina ſecundum decretum Imperatoris, & abſcedite illaeſi. Sanctus *Januarius* reſpondit. *Nos quotidie omnipotenti Domino noſtro Jeſu Chriſto ſacrificium laudis offe-*

In priore edit. Illud *Ardua* [quod & in Bononienſi eſt] ita quidem poſueram, ut tamen in Adnot.V. notarem, videri *Arcta* ſcribendum eſſe. Atqui lectionem Bononienſem cave ſollicites. Memini in aliis probis Martyrum Actis cuſtodiam modo *Arctam*, modo *Arduam* dici. Gellius IV. 15. accuſantes Salluſtium, quaſi qui improprie τὸ *Arduum* uſurpaſſet, ita refellit: *Sed ARDVVM Salluſtius non pro difficili tantum, ſed pro eo quoq. ponit, quod Graeci δυσχερὶς aut χαλεπὸν appellant: quod eſt tum difficile, tum MOLESTVM quoque & INCOMMODVM.*

(30) *Statim* [Januarius] *ad carcerem .... perrexit*, quia Miſeni tunc *poſitus* erat, (ut initio ſect.2. dicitur) nec neceſſe habuit ex Beneventana urbe ad inviſendum Soſium accurrere: quod Stiltingo in mentem venit, ut alibi notatum fuit.

Digitized by Google

rimus, *non diis veſtris vanis*. Hoc audito Judex juſſit eos in carcerem recipi, & alia die arenam parari, ut una cum Sancto (31) *Soſio* ad urſos tradantur.

4. Alia vero die ſecundum juſſum Judicis paratur arena in civitate (G) Puteolana: adducuntur Sancti ad amphitheatrum. Exſpectatur Judex ad ſpectaculum. Sed ut Judex moras innectebat, cauſa publica exigente, & ad amphitheatrum tardius properabat, veniens Arenarius Judici dixit: Jam tardius eſt (H) Domine, audire eos modo non potes. Tunc Dracontius Judex juſſit Sanctos (I) de amphitheatro tolli, & ad ſe duci. Quibus ſedens pro tribunali dictavit ſententiam dicens: *Januarium Epiſcopum*, & *Soſium* & *Feſtum Diaconos*, & *Deſiderium Lectorem*, *qui ſe Chriſtianos profeſſi ſunt*, & *decreta noſtra contempſerunt*, *capite caedi jubemus*.

5. Qui dum ducerentur ad decollandum, quidam de plebe circumadſtantibus adeſt, *Proculus* Puteolanae civitatis Eccleſiae Diaconus, & duo laici, *Eutyches* & *Acutius*, hi tres dixerunt: *Quidnam mali homines iſti fecerunt*, *ut eos Judex juberet* (K) *occidi?* Statim eorum verba ad judicem perlata ſunt. Quod cum Judex audiſſet, ſtatim cum ſumma feſtinatione juſſit eos teneri, & cum ſanctis martyribus decollari.

6. Qui cum omnes pariter ad martyrium ducerentur, quidam ſenex (M) pauperrimus ſperans ſe beneficio ſanctorum juvari, oppoſuit ſe beato *Januario* provolutus pedibus ejus rogans eum, ut aliquid de veſtimentis ejus mereretur accipere. Beatus vero *Januarius* dixit ſeni illi, *poſt depoſitum meum corpus*, *orarium meum*, *de quo mihi oculos ligavero*, *ſcias tibi me ipſum daturum eſſe*.

7. Mater quoque Sancti *Januarii* in civitate Beneventana poſita vidit in ſomnis triduo ante, quod *Januarius* Epiſcopus in

[31] Soſium jam tum interrogatum, antequam ex ergaſtulo in carcerem truderetur, ſatis haec verba declarant, *Vt una cum S. Soſſio ad urſos tradantur*, nec enim damnari inauditus potuiſſet. Licuit hiſtorico res ex jure factitari ſolitas reticere. Cur autem Januarii, Feſti & Deſiderii longa interrogatio pertexatur, at illa *Soſii* ſilentio involuta fuerit, ea ratio eſt, quam ſaepe dixi, quia haec *Paſſio* primario de Januario agit, de Soſio autem tamquam de occaſione martyrii & commilitone.

in aëra ad caelum volabat. Et cum de ſomno ſuo excitaretur, & interrogaret quid vellet (32) eſſe, ſubito nuntiatum eſt ei a quodam, quod filius *Januarius* Epiſcopus pro Dei amore vinculis teneretur; at illa perterrita, proſternens ſe in oratione ſanctum reddidit ſpiritum.

8. Interea Sancti dum perveniſſent ad locum ubi decollandi erant, ideſt ad ſulphurariam, Sanctus *Januarius* flectens (33) genua ad orationem ſuam dicebat: *Domine Deus omnipotens in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Et erigens ſe, accepto orario ſuo, oculos ſibi ligavit, flectens genua manum ſuam cervici oppoſuit, & ſpiculatorem ut feriret rogavit. Spiculator autem cum magna virtute percutiens, digitum manus ſancti martyris *Januarii* ſimul cum capite abſcidit. Similiter & omnes Sancti decollati ſunt, *et* martyrium exceperunt (34) ſempiternum. Sanctus autem *Januarius* poſt decollationem ſuam apparuit ſeni illi evidenter, & dedit illi orarium quo ſibi oculos ligaverat, ſicut promiſerat deprecanti, eique dixit: *Ecce quod tibi reddere debebam, tolle ſicut promiſi tibi.* Ille accepto orario cum ſummo honore abſcondit in ſinu ſuo. Spiculator autem, & alii de officio videntes ſenem, irridebant ei dicentes, accepiſti quod tibi promiſerat ille qui decollatus eſt? At ille dixit eis: *Etiam:* &

M 2 oſten-

(32) Hoc eſt, *Quid hoc ſibi vellet*. Hujus Graeciſmi plura exempla attuli in Appendice ADNOT. III. p. *60*. v. 48. Adde & hoc ex Actis S. Eupli Catanenſis [haud dubie de Graeco tractis] apud Ruinartum p. 407. v. *6*. *Calviſianus conſularis dixit: hoc quid vult eſſe*. Id enim Graece ſic fuiſſe oportet: τοῦτο τί βούλεται εἶναι;

[33] Exemplis inclinatorum ad ictum ultimum excipiendum genuum [quae pag. *36*. Adn. XII. comportaſſe memini] adde & hoc ex Actis S. Eupli apud Ruinart. initio pag. 408. *Genuflexus prolixius oravit. Et iterum gratias agens, praebuit jugulum, & a carnifice decollatus eſt*. Id quod ex aliis Mſſ. in fine ejuſd. pag. ita narratur: *Flectens genua ſua, paravit cervicem, & decollatus eſt.*

[34] De *Martyrio ſempiterno* ubi pauciſſima pag. 37. Adn. XIII. enotaſſem; incidit ut plurima modo ſecundis curis commentarer: quae quia prolixiora quam pro notarum modulo viſa ſunt; ne filum Paſſionis abrumpatur, ea mox pag. ſeq. ſtatim poſt Paſſionis textum pag. ſeq. reperies.

Digitized by Google

oſtendit eis Orarium. Recognoverunt eum (35) *et* admirati ſunt.

9. Chriſtiani autem diverſarum urbium cuſtodiebant corpora Sanctorum, ut ea noctu raptim tollerent, & in civitatibus ſuis ſepelienda portarent. Et ceperunt occulte ſolliciti obſervare. Et facta nocte univerſis dormientibus, ſilentio hora noctis apparuit ſanctus *Januarius* uni ex illis qui parati erant corpus ejus tollere, & dicit ei: *Frater cum corpus meum tuleris, & digitum manus meae in illo loco exſiliiſſe cognoſce. Requirite eum, & pariter cum corpore meo ponite*. Et ita factum eſt, ut Sanctus ipſe admonuit. Corpora autem Sanctorum jacuerunt ad Sulphurariam, ubi poſtea dignam beati martyris *Januarii* Baſilicam condiderunt. Noctu vero cum una quaeque plebs ſollicite ſuos ſibi Patronos rapere feſtinarent; Neapolitani beatum *Januarium* ſibi Patronum tollentes a Domino meruerunt (N).

10. Quem primum quidem in loco qui appellatur Marcianum, abſconderunt. Poſtea vero quieto jam tempore venerabilis Epiſcopus, una cum plebe Dei ſancta cum hymnis & laudibus corpus ejus tollentes, juxta Neapolim tranſtulerunt, & poſuerunt in Baſilica, ubi nunc requieſcit. Qui praeſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, meritorum ſuorum beneficia innumerabilia praeſtare non deſinit uſque in hodiernum diem. Cujus dies natalis celebratur tertio decimo Kal. Octobris.

[35] Vaticana etiam [qua parte ſcil. cum Bononienſibus conveniunt] nihilo ſecius exhibent *Recognoverunt EUM*; ita ut recto caſu non tantum neutrum *Orarium*, ſed etiam mas *Orarius* dici conſueverit. Apud Papiam *Orarium vel Orarius* invenitur.

SUPPLEMENTUM ACTORUM BONONIENSIUM

Ex fine Actorum Vaticanorum (qua parte Vaticanis non dubia ſinceritas conſtat) ad Bononienſia ſupplenda huc adſcitum.

Sanctum vero Soſium Diaconum ciues eius Miſenates tulerunt, & poſuerunt in Baſilica, ubi nunc requieſcit, die nono Kal. Octobris.

Puteolani quoque Sanctum Proculum Diaconum, & Sanctum Eutychetem, & Sanctum Acutium ciues ſui tulerunt; & po-

poſuerunt in Praetorio Falcidii, quod coniungitur Baſilicae Sanſti Stephani, in contrivio ipſo.

Sanſtum autem Feſtum, & Sanſtum Deſiderium itidem ciues ſui Beneventum tulerunt.

Ad pag. 91. Adnot. 34.

DE MARTYRIO SEMPITERNO
Actorum Bononienſium S. Januarii Mart.

Ὕστεραι Φροντίδες.

AD hunc Actorum Bononienſium locum quaedam a me ſupra pag. 37. 38. ſcripta raptim fuerunt, quibus oſtenderetur, per Martyrium morte conſummatum (praeter alios Baptiſmi aquae effectus cum Martyrio communes) etiam characterem indelebilem animae inuri. Eorum vero (quamquam aeſtus ille, qui me tunc commentantem abripiebat, jamdiu refrixit) ne nunc quidem me poenitet: hoc uno excepto, quod tunc temporis nimia feſtinatio [quae in iis quae ad Theologica pertinent, fraudi eſſe ſolet] effecit, ne verbum unum hoc cautus adderem, nim. ex Actorum S. Januarii ſententia imprimi quidem ſignaculum indelebile, verum haudquaquam SACRAMENTALE, cujuſmodi in aquà tinctis ſignatur. Hoc ſi addidiſſem, nae ego prorſus extra teli jactum ſtetiſſem. Nam Eccleſiae regula docet quidem, in tribus dumtaxat ex ſacramentis imprimi characterem: at interim numquam eadem definivit, nihil aliud eſſe extra Sacramenta ſignaculi indelebilis imprimendi efficax. Verum utut per additamentum iſtud (τὸ *Non ſacramentalis*) jam effugium mihi tutum paraverim; praeſtat tamen duobus tribuſve amicorum, cum quibus de his diſſerui, obſecundare, auctoribus, ut quae ſup. pag. 37. feſtinanter ſcripſeram, nunc, me mihi reddens, frigidus refricarem.

SECTIO I. *Thomae Aquinatis Theologicam ſummam eapte docere ipſa oſtenditur, quae modo poſui: ut plane mirum, ſi forte nondum alius id ante animadverterit.*

In Tertia Parte Qu. LXVI. Art. XII. cum in eo Angelicus eſſet ut oſtenderet *Baptiſmum ſanguinis potiſſimum eſſe ſuper alia baptiſmata*, orditur ab objectione I. quae talis eſt: *Baptiſmus aquae imprimit characterem: quod quidem baptiſmus ſanguinis non facit. Ergo* &c. Ad quod ita reſpondet, ut fateatur baptiſmum ſanguinis carere ſacramentali charactere, at reali carere negat. Reſponſionem totam Angelici afferam: quae cum ſit valde involuta, equidem ita verba ejus ipſiſſima afferam, ut tamen pauca, quae juvare intelligentiam valeant, verbis S. Docto-

ctoris, ſed uncis interpoſita, interſeram. Ita incipit. *Ad primum ergo dicendum, quod character* (Baptiſmi aquae) *eſt res et ſacramentum* (h. e. duo complectitur, *ſacramentum*, ſive *ſignum rei ſacrae*, & *rem* ipſam). Pergit S. Doctor: *Non autem dicimus, quod Baptiſmus ſanguinis praeeminentiam habeat ſecundum rationem ſacramenti* [ſive ſigni: certe quia martyrium in numero ſacramentorum non eſt] *ſed quantum ad ſacramenti effectum*. Hactenus Thomas. Et quia inter ſacramenti Baptiſmi aquae effectus eſt character; ex eo videtur haud dubie concludere, etiam in baptiſmate ſanguinis imprimi characterem: non ſacramentalem quidem, ſed tamen realem, quia in martyrio *Res* adeſt, ratio *ſacramenti* abeſt. Vnde character martyrii in Martyris exitu a Chriſto impreſſus [ut Eccleſia Viennenſis, de qua mox, loquitur] ex mente Angelici in caelo eminentior erit charactere lotorum aqua. Cur ex Thoma eminentior? quia id ſibi in hoc Articulo probandum propoſuit, idq. ipſum in hac reſponſione ſatis innuit.

Atq. hunc Martyrii characterem aevo poſteriore a Theologis dictum fuiſſe *Aureolam Martyrum* mihi perſuadeo. De ea Aureola diſputat idem S. Doctor in Supplem. quaeſt. *96*. Ar. *6*. atq. ita diſputat, non ut id recens vocabulum fuerit, ſed diu antea uſitatum. Ac ſicuti ex Doctrina Eccleſiarum Viennenſis & Lugdun. Martyrii character in ipſo exitu ex vita a Chriſto dabatur, haud aliter Aureola, ut ex Thoma intelligitur. Porro *Aureola* ex Aquinate *praemium* notat. Nec aliter Joannes de Janua celebris grammaticus aevi medii interpretatur: *Eſt*, inquit iſte, *praemium quoddam merito debitum*. Hinc *Coronae Martyrii* celebre eſt in Eccleſia vocabulum. Ambroſius in Lucam cap. 22. *Eſt etiam gladius paſſionis, ut exuas corpus, & immolatae carnis exuviis ematur tibi ſacra CORONA martyrii; quod ex benedictionibus Dominicis colligere potes, qui ſummam omnium coronarum ſi quis perſecutionem patiatur pro juſtitia, praedicavit.*

SECTIO II. *Eadem doctrina ex Divinis Scripturis ſecundum interpretationem Catechiſmi Rom. Eſtii, & aliorum demonſtratur.*

Scripturae ſanctæ locis praeſtabit Catechiſmi Rom. regulam hanc praemittere, quam de ſacro charactere tradit in *de Sacram. in gen.* num. 30. his verbis: *Cum Apoſtolus ait* (2. Cor. I. 21. 22.): Vnxit nos Deus, qui & SIGNAVIT (in Gr. σφραγισάμενος) nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris; *voce illa SIGNAVIT, non obſcure Characterem deſcripſit, cujus proprium eſt aliquid ſignare & notare*. Hac regula Catechiſmi praemiſsâ, non immerito illi *CXLIV. millia ſignati*, de quibus Joannis Apocalypſis loquitur cap. VII. nec non cap. XIV. v. 1. non alii Eſtio videntur eſſe quam Martyres. Ac de Joannis *Signatis* (in Gr. ἐσφραγισμένοις) fortaſſis infra ſermo redibit.

SECTIO III. *Vtrum doctrinae de*

cha-

Digitized by Google

charactere Martyrii, ab Aquinate ad nos tranſmiſſae, adhuc in iis quae ſuperſunt veteris Eccleſiae monumentis ulla reſtent impreſſa veſtigia. Ac primum de Martyrio ſempiterno Actorum SS. Januarii etc.

In Actis SS. Mart. Januarii & ſociorum exſtare ajo veſtigia prope adhuc recentia. Nam hujus Paſſionis Auctor duo inter ſe diverſa, nec certe ineptae ταυτολογίᾳ imputanda, jungit. Prius *Decollati ſunt*, inquit, h. e. abſciſſionem capitis paſſi. Atq. hactenus mera paſſio fuit, eratq. hoc ad hiſtoriam ſatis. At quod ſtatim ſequitur, id multo ſublimius eſt, itemq. ἐνεργητικὸν ex parte Chriſti. *Et*, inquit, *Martyrium exceperunt ſempiternum*. Hoc alterum, quod priore divinius eſt, aevo Martyrum vulgo ab omnibus percipiebatur: at poſtea, deſuetis prope martyriis, obſcurum evaſit. Ab ea obſcuritate factum, ut VIII. ſaeculo, quo Acta Vaticana prodiiſſe reor, cum duobus illis inciſis bis idem inepte inculcari crederetur, Auctor Vaticanorum, reciſo illo, *Decollati ſunt*, poſterius tantum retinuerit, nim. *Martyrium ſuſceperunt ſempiternum*, quod perinde dictum putavit, ac ſi ſimpliciter diceretur, Martyrii coronam acceperunt. At interim de genere mortis tacuit. Itaque abſq. Bononienſibus eſſet, gladio ne, an feris, an igni, an aliter abſumpti fuerint, ignoraremus.

Non ſunt ergo ea duo inciſa ſupervacanee inculcata, ſed diverſà vi pollent; eaq. ſic accipias cenſeo. In ſuperiore, uti dixi, commate mera paſſio Martyrum continetur: in hoc altero actio ex parte Chriſti eſt, a quo Martyres excepere aliquid in aeternum duraturum. Quale vero iſtud eſſet, jam pag. 37. adumbravimus, nempe accepere *Signaculum martyrii ſempiterni*: ita ut *Martyrium ſempiternum* non aliud ſit, quam inuſta animabus nota martyrii ſempiterna ſive indelebilis, ex qua poſtea in perpetuam aeternitatem tamquam veri Martyres agnoſcantur & honorentur. Haec quidem ſatis ſuperq. (etſi aliquanto involutius) mihi dixiſſe de Actorum Bononienſium loco viſus ſum pag. 37. iiſq. tantum praeſidiis, quae tunc ad manus erant, muniviſſe.

SECT. IV. *Ejuſdem ſignaculi in Martyrib. impreſſio ex loco Epiſtolae Eccleſiar. Viennenſis & Lugdun. mirifice confirmatur.*

At nuper mihi locus Epiſtolae Eccleſiarum Viennenſis & Lugdunenſis (ſub M. Aurelio anno 177. ſcriptae) ſeſe obtulit apud Euſeb. in V. hiſt. Eccl. c. 1. qui cum hoc Actorum Januarii loco collatus rem plane conficit, certamq. conſtituit. Itaq. extremo cap. I. libri V. Martyrum illorum demiſſiſſime de ſe ſentientium animi modeſtia commendatur his verbis: *Neq. vero* (quamvis per plurima tranſmiſſi certamina) *ipſi ſe Martyres praedicabant, neq. nobis permittebant, ut eos nomine iſto compellaremus; ac ſiquis noſtrum per epiſtolam aut in colloquio, Martyres eos appellaſſet, graviter increpabant. Martyris enim appellationem uni Chriſto*

ſto libenter concedebant, utpote ſincero veroq. Martyri (Apoc. I. 5.). Sicuti & eos qui hinc cum martyrio exceſſerant, commemorabant, dicentes, illi ſunt jam vere Martyres, quos in confeſſione ad ſeſe Chriſtus aſſumi dignatus eſt (ΕΠΙΣΦΡΑΓΙΣΑΜΕΝΟΣ αὐτῶν τὴν διὰ τῆς ἐξόδου τὴν μαρτυρίαν) Martyrium ipſorum, quod per exitum ex vita exſiſtit, CONSIGNANS: nos vero viles atq. abjecti confeſſores. Mox ſtatim: Ac re ipſa quidem virtutem Martyrum exhibebant... ipſam vero Martyrum appellationem a fratribus ſibi oblatam... refugiebant.

Atque hic locus, uti dixi, cum Actorum noſtrorum verbis comparatus aperte docet, Martyrii τὸ τί εἶναι, h. e. totam eſſentiam plus in actione Chriſti ἐπισφραγισαμένου (ſignantis) quam in paſſione Confeſſoris tolerantis conſiſtere, ideoq. in noſtris Actis duo diverſa dicuntur: I. Decollati ſunt (hactenus mera paſſio Confeſſorum) II. Martyrium (h. e. martyrii ſignaculum) exceperunt (a Chriſto ſcil. ἐπισφραγισαμένῳ, conſignante) ſempiternum. Atq. his perfectis, tum demum poſſe per illud Chriſti ſignaculum Martyres jure appellari illi Viennenſes & Lugdunenſes (Confeſſores ſcil. antequam evaderent Martyres) pronuntiarunt. Locus haud dubie ad oſtendendam characteris Martyrii veritatem longe diſertiſſimus, cum loco Actorum noſtrorum amice conjurans. Sed jam age: eidem Martyrio nomen ipſum Characteris aſſertum eamus Clemente Alex.

SECT. V. *De eodem Martyrum charactere locus Clementis Alex.*

Clemens in IV. Strom. haereticos quoſdam (nam eos vocat *Non noſtros, ſed tantum nominis*, nempe Chriſtiani, *participes*) *qui ſe ipſos traderent*, inſectatur. *Hos*, inquit, *dicimus* (ἀμαρτύρως) *ſine martyrio ſe ipſos ex vita exigere, etſi publice puniantur.* (οὐ γὰρ τὸν ΧΑΡΑΚΤΗΡΑ σώζουσι τοῦ ΜΑΡΤΥΡΙΟΥ ΤΟΥ ΠΙΣΤΟΥ *non enim martyrii fidelis tuentur CHARACTEREM, qui eum qui vere Deus eſt non noverunt, ſe vero ipſos morti* fructu *vacuae dedunt*. Sicuti ergo iſti, nomine tenus Chriſtiani, Martyrii characterem non adipiſcebantur, ita contra, teſte Clemente, dicendum eſt veros Chriſtianos, quiq. non ſuapte ſponte ſe ſuppliciis dedidiſſent, conſecutos CHARACTEREM fidelis, ſive veri *Martyrii*. Illud πιστοῦ alludit ad Chriſti elogium Apoc. I. 5. Μάρτυρ πιστὸς, *Martyr fidelis* ſive *verus:* quod opponitur inſinceris Martyribus, quales ii, quos carpit Clemens, vacuum fructu martyrium conſectantes.

SECT. VI. *Minutiorum aliquot huc pertinentium conglobatio.*

Atq. huc ſpectat illa Confeſſorum in ictu excipiendo γονυκλισία (*genuum inclinatio*) de qua dictum ſupra pag. 36. quippe qui quanta maxima reverentia ſeſe compararent ad excipiendum ſimul cum ictu ſignaculum Martyrii ſempiterni a Chriſto Martyrum principe ἐπισφραγισαμένῳ (*ſignante*) imprimendum. Ac proderit revocaſſe in mentem, quae ſup. ex Cae-

Ica

techiſmo Rom. docui, nim. *Signandi* verbo apud Latinos Sacrum characterem intelligi, quod & apud Graecos verbo ἐπισφραγίζομαι deſignatur: unde cum in Apocalypſi *Signatorum* nomine praecipue Martyres (Eſtii aliorumq. judicio) veniant; neceſſe eſt Martyres non dicis cauſa dictos a Viennenſibus & Lugdunenſibus a Chriſto in exitu *ſignatos* fuiſſe, ſed re verum ſignaculum excepiſſe. Ac ſane paria multa baptiſmati aquae cum Martyrio fuerunt. Nam praeter alia jam vulgata, utrumq. τελείωσις ideſt *conſummatio* vocabatur. Ac ſicuti baptiſmo tincti in inſcriptionibus Chriſtianis *Percepiſſe* abſolute dicebantur, ut alicubi me notaſſe memini; ita & Confeſſores h. e. candidati Martyrii in hiſce Actis *Excepiſſe* (utiq. a Chriſto ἐπισφραγισαμένῳ *ſignante*, uti Eccleſiae Vienn. & Lugdun. altero ſaeculo loquebantur) *EXCEPISSE*, inquam, *Martyrium ſempiternum* dicuntur.

Si cui vero haec tamquam ſubtiliora quam ſolidiora viſa fuerint, ſciat a me contra veriora quam coactiora putari, idq. maxime poſt clare expreſſam S. Thomae doctrinam: cujus Doctoris ope traditionum Eccleſiae depoſitum ad nos fuiſſe tranſmiſſum, grate omnes agnoſcunt. Tamen utut ſe res habet: tam haec quam quaecumque in hoc aliiſq. editis manuve exaratis operibus a me proferuntur, ea omnia me Eccleſiae catholicae judicio cenſuraeq. ſubjicere atq. in poſterum ſubjecturum profiteor.

OBIECTA STILTINGI POSTERIORA

Ab eod. Viro Cl. Bononienſibus Actis ſubjecta.

Nequid ſibi de Stiltingianis ſubductum queratur lector; praeter priora (quæ pag. 73. & ſeq. exhibuimus diſſolvimuſque) etiam haec poſteriora (exceptis litteris duabus, B & C, haud mihi viſis neceſſariis) optima cum fide damus. Tametſi neutrum horum neceſſe fuerat. Priora enim omnia παραλογισμοῖς (*captioſis collectionibus*) nitebantur; & tamen κατὰ συγκατάβασιν accurate diluimus. Poſteriora autem cum nihil aliud praeter priorum recoctam cramben contineant; cur in menſam reducimus? Plane ut hanc ipſam dapum πιότητι lector nauſeabundus perſentiat malo ſuo, meq. incipiat commiſerari. Ac memini me quibuſdam prioribus objectis non reſpondiſſe, eaque ad haec poſteriora remiſiſſe: vide pag. 78. adn. 10. & ſeq. Et his igitur olim praeteritis fiet ſatis. Interim moneo *Acta prima* a Stiltingo intelligi Vaticana; ſicuti Bononienſia vocat *Acta S. Sofii*. Sic ei ſcil. pro imperio libuit.

(A) Temporibus Diocletiani &c. *Vnde haec Acta acceperit Mazochius, exponitur in Commentario num.* 18. *ibique datur titulus in Cod. Bono-*

 nien-

nienſi praefixus . Vocatur ibi Vita S. Januarii , *cum acta tamen maxime concinnata videantur pro* S. Soſio , *a quo ſumunt exordium . Ejuſdem opinionis fuit ipſe Mazoebius* (36) . *Ex hac autem opinione colligo primo , non eſſe mirandum , ſi in his actis multa omittantur* de S. Januario ; *ſicut de eodem multa ſunt praetermiſſa in actis* S. Proculi , *&c in aliis* SS. Eutychetis & Acutii , *licet haec alias actis primis conſentiant , & ex eis ſint collecta . Secundo cum collector Codicis Bonon.* titulum S. Januarii *his actis praefixerit , non eſt incredibile , nonnulla ab ipſo reſciſſa eſſe, quae fortaſſe de* S. Soſio *in fine legebantur* (37) .

(D) Retruſo igitur B. Soſſio in ardua cuſtodia *&c. Nulla Soſii interrogatio in Actis legitur . Veriſimile tamen non eſt , inauditum fuiſſe damnatum . Suſpicor omiſſam in his actis fuiſſe , quod collector actorum eam in primis actis non inveniret* (38) .

(E) Quare ſine cauſa tenetur homo Dei in carcere ? *Improbabile videtur* S. Januarium *veniſſe Benevento* (39) *ad carcerem Puteolanum ; longeque improbabilius in carcere ipſo ſic fuiſſe locutum* (40) . *Nam id erat ,*

ultro

(36) Acta primario ſunt Januarii , Soſii vero tamquam commilitonis , & occaſionis Martyrii . De his fuſius ad Priora Stiltingiana Adn. 6. in fine columnae 2. ac porro ; fuſius vero in Append. Adn. 11. p. 52. 53.

(37) Miſerandas iſtas collectiones ad Stiltingiana priora retudimus pag. 75. iiſq. immorari ſtultiſſimum .

(38) Mentio interrogationis non omittitur , ſed ſatis innuitur illis ſectionis tertiae verbis : *Quoaduſq. fieret ejus* (Soſii) *interrogatio* . At interrogationis tela in Soſio non texitur , quippe gregario milite : in Januario texitur , utpote agminis totius ſignifero . Haec ubi non decantavimus?

(39) Non Benevento venit , ſed Miſeno ; quia jam Miſeni erat , uti conſtat ex tota ſectione prima , & ex alterius ineuntis verbis hiſce : *Beato itaq. Januario in Miſenate civitate poſito* .

(40) *Saevitiam in Confeſſores palam deteſtantium exempla* .

In Stiltingianis priorib. Adn. 11. reſponſionem ad hoc objectum huc rejeci . Quare ſic habeto . Haec eadem ſententia [*Quare ſine cauſa &c.*] infra ſect. V. recitatur ex ore SS. Proculi , Eutychetis , & Acutii : *Quid enim mali homines iſti fecerunt* . In Actis Vaticanis , quae unice Cl. Stiltingus amplectitur (ea infra vide ſect. V.) Feſtus & Deſiderius de Januario lento conqueruntur : *Quare tantus ac talis vir tenetur in vinculis? quid enim criminis admiſit?* Nec rara hujuſmodi expoſtulatio Chriſtianorum de injuſtitia in Martyres fuit . Apud Euſebium in V. Hiſt. c. 1. de Vettio Epagatho Chriſtiano narrat , eum non ferentem Praeſidis in Vienneuſes & Lugdunenſes Confeſſores injuſtitiam , poſtulaſſe , ut ſibi liceret cauſam pro Chriſtianis dicere . Nec tantum id ei negatum fuit , verum etiam de profeſſione quaeſitus , ſeq. Chriſtianum clariſſima voce profeſſus , in Martyrum numerum relatus eſt : quem ob tantam alacritatem eloquenter extollit Euſebius . Et haec anno Chriſti 177. acciderunt .

At ante etiam h. e. anno 166. alterum hoc exemplum affert idem Euſebius IV. 17. & quidem ex S. Juſtini apologia . *Lucius Chriſtianus cum Ptolemaeum ob Chriſti fidem ad ſupplicium rapi videret , ſic Urbicium praeſidem* ,

Digitized by Google

ultro ſe perſecutoribus tradere (41) *& quidem ſine juſta cauſa. Quis hoc cre-*

dat de Epiſcopo? Legit opinor Actorum conſarcinator, quae in actis pri-

ſidem alloquitur: quid cauſae eſt, ut hominem neq. adulterii, nec ſtupri convictum, nec homicidam, nec furem, nec raptorem, nec ullius denique ſceleris reum, nominis dumtaxat Chriſtiani vocabulum confitentem condemnaveris? . . . Tum Vrbicius . . Tu quoque, inquit, Chriſtianus eſſe mihi videris. Cumq. Lucius ita eſſe reſpondiſſet, juſſus eſt itidem ad ſupplicium duci.

Adhaec in Actis SS. Tarachi & Soc. Sect. X. cum SS. Martyres in Amphitheatrum ducti fuiſſent, antequam ferae laxarentur, *Factus eſt* (verba ſunr antiquae interpretationis apud Ruinartum) *timor magnus & murmur populi dicentium: Injuſtus judex qui ſic judicavit. Nam & multi ſpectaculum dimiſerunt, atq. contemnentes, ibant murmurantes adverſus Maximum. Maximus autem mandavit militibus ſuis, ut eos qui diſcedebant, notarent, ita ut poſtmodum eos audiret.*

Poſtremo, ne ſingula perſequar, poteſt ne quidquam audacius excogitari, quam quod Diocletiano edictum adverſus Chriſtianos anno 303. proponente, exſtiterit Chriſtianus quidam tanto fidei ardore ſuccenſus, ut illud detractum laceraverit: qui ſtatim captus, & uſtulatione abſumptus fuit, ſive, ut Lactantius loquitur, *LEGITIME coctus*. Qui etſi in communes martyrii regulas offendiſſe viſus; tamen apud Chriſtianas Eccleſias legitimi Martyris cultum obtinuit.

(41) *Gentiles ejuſd. injuſtitiae hoſtes.*

In eiſd. Stilting. priorib. in Adn. 12. reſponſionem huc diſtuli: quam ecce reddo. Non erat ſe ultro tradere; quia apud gentiles ipſos male audiebat Chriſtianorum ob nullum crimen inſectatio, ſed tantum nominis Chriſtiani gratia; ut proinde ſaevitiae

in Chriſticolas obtrectantes non neceſſe fuerit ejuſd. profeſſionis fuiſſe. Atque in loco, quem modo ex Actis S. Tarachi attuli, qui judici maledicebant, videntur magnam partem fuiſſe gentiles. Hoc primum ex multitudine oſtenditur: deinde quod inter hos, qui de cuneis murmurantes deſcenderunt, interque vere Chriſtianos ibi diſtinguitur. Nam qui fide Chriſtiani erant, paullo ante ita de ſe narrant: *Quos* (Martyres) *ut vidimus a militibus adduci, accedentes modicum in proximo gradu montis* (*gradus montis* intelligit gradus in monte ipſo inciſos: nam hodieq. Polae in Iſtria exſtat amphitheatrum in topho montis exciſum; & in Oriente plures tales legiſſe memini) *accedentes*, ajunt, *modicum in proximo gradu montis, cum feſtinantia poſuimus nos cum magna deprecatione lacrymarum in media fiſſura petrarum, & quievimus modicum*. Ecce hi pauciores Chriſtiani erant, utpote non obloquentes ſed in occulto quieſcentes: at illi, qui turmatim de cuneis deſcendebant, Judici maledicentes (de quibus vide locum eorumd. Actorum in ſuperiore Adnot.) haud dubie gentiles erant. Nam & diſcrimen eſt in eo manifeſtum, quod Chriſtiani de ſe tamquam Chriſtianis perſonâ primâ narrant; at de popularibus obmurmurantibus, tamquam de alienis loquuntur perſonâ tertiâ: *Et cum introducti fuiſſent* (Martyres) ... *factum eſt murmur populi dicentium INIVSTVS IVDEX:* & reliqua, quae in ſuperiore Adn. adſcripſi. Ergo Martyrum tueri innocentiam non habebatur tantumdem quod ultro ſe ad martyrium offerre; quia etiam gentiles juſtitiae ſtudio, & miſeratione inſontum incitati, eorum

cau-

mis num. 5. *leguntur* de SS. Feſto & Deſiderio, *de* (42) *Captivitate S. Januarii in Civitate Nolana conquerentibus: quod non eſt improbabile, cum hi credere poſſent, ſe nec cum perſecutoribus nec cum delatoribus loqui. At ineptus compilator S. Januarium in ipſo carcere ſic loquentem inducit.*

(F) Vt inquirentes teneremus eos &c. *Quid his dictis ineptius fingi poteſt? dicunt judici ſibi mandatum fuiſſe, ut Januarium & Socios quos nuntiant in carcere fuiſſe, comprehenderent, nec tamen ceperant* (43). *Aut Satellites illos credidit ſtipites fuiſſe, aut ipſe ſtipes fuit Auctor.*

(G) Para-

cauſam ſuſcipiebant.

Ergo nec Januarius hîc, nec Proculus, Eutyches & Acutius ſect. V. ubi factum judicis improbant, hoc ipſo ſeſe tradebant; quia tam aperta injuſtitia a gentilibus ipſis vituperabatur. Verum age: ſeſe ita loquendo prodiderint: certe Divino Spiritu acti id fecerunt; ſicuti & multo plus Spiritu S. incitabantur milleni illi, qui ultro in tribunalia proſiliebant, ſeque Confeſſoribus aggregabant, ac maxime ille qui Nicomediæ palam univerſo populo edictum Diocletiani laceravit, quem Eccleſia uti Martyrem colit.

(41) Inter Januarii *Captivitatem* (de qua hîc) interq. Soſii *Carcerem* (de quo in fine hujus litterae E loquitur) quia Noſter accurate diſtinguit; quid aliud datur intelligi, quam juſto bello aliquo (cujus hiſtoriam a Cl. Stiltingo exſpectabimus) inter Beneventanos Nolanoſque fervente, fuiſſe Januarium a Nolanis in *Captivitatem* abductum, eoque inter Januarii *captivitatem*, Soſiique *carcerem* immane poni diſcrimen? At poſtquam in eo me falſum deprehendi; ſuſpicabar ſaltem ob eam cauſam virum Cl. inter utrumq. diſtinguere, quod ſicuti in Bononienſibus Actis locus detenti Soſii, *Carcer* vocatur, ita contra Januarii cuſtodiam in Vaticanis *Captivitatem* nuncupari. Verum in eo quoq. me deceptum ſenſi; quia abeſſe a Vaticanis Actis animadverti nomen *captivitatis*; ac vero gaviſus fui, tamquam de *Jani cluſi* argumento. Ergo ſi Vaticana audimus, de Januario non aliud quam *cuſtodiae*, *vinculorum*, *carceris* vocabula in iis invenio; ſicuti in Bononienſibus ſect. 3. eadem prorſus tria nomina adnumerantur. Adhaec eadem Januarii de Soſio tento querela in Bononienſibus eſt, quae de Januario comprehenſo conqueſtio Feſti & Deſiderii in Vaticanis narratur. Quod Vaticanis ergo per te licuit, quî minus per nos Januario licuerit? Excipis, putaſſe Feſtum & Deſiderium, *ſe nec cum perſecutoribus, nec cum delatoribus loqui*. At, o bone, cur non in eamdem molliorem partem Januarii querelam accipis, niſi quia pro imperio ſic jubes?

Atqui ea fuiſſet legitima diſparilitas (quam tamen oculis expoſitam Cl. Stiltingus non vidit) nempe quia in Vaticanis ibid. de Feſto & Deſiderio narratur: *Inflammati a Spiritu Sancto . . . venerunt . . Nolam . . .* Ergo, utpote a Spiritu Divino *actis*, conqueri atq. adire periculum, remoto metu temeritatis, licuit. Ita ne vero? Atqui & nos tantumdem excipiemus de Januarii ſuper Soſio, deque Proculi, Eutychetis & Acutii ſuper Martyrum quaternione querelis. Spiritu Sancto actos cur non aeque omnes dicemus?

(43) Sup. pag. 78. in Adn. 12. huc rejeci lectorem. Veriſſima reſponſio haec eſt. Oſtendi paullo ſup. Adn. 41. conqueri de injuſtitia in

Chri-

(G) Paratur arena in Civitate Putteolana *&c.* *Nullibi dixit auctor in qua civitate captus eſſet* Soſius, *deinde alii. At ante ſemper locutus eſt de Miſeno, ut credere deberemus, omnes fuiſſe carceri mancipatos Miſeni* (44). *Nunc vero arena paratur Puteolis, ut revera factum eſt; & Soſius, de cujus interrogatione nihil dixit* (45) *cum ceteris ad beſtias damnatur. Sunt haec nimirum volentis ſcribere, & neſcientis aliquid recte exponere* (46).

(H) Jam tardius eſt Domine: audire eos *&c.* *Non erant amplius audiendi, ſed jam ad beſtias erant damnati* [47]. *Et mox revera non amplius auditi* [48] *dicuntur: ſed capite damnati. Novae igitur hae ſunt auctoris ineptiae.*

(I) Juſſit Sanctos de amphitheatrum tolli *&c.* *Non eſt probabile intermiſſum fuiſſe ſpectaculum, cum Judex alium ibi ſubſtituere poſſet,*

ſi ipſe

Chriſtianos, his ipſis cum probis paganis fuiſſe commune: ex quo efficitur, militibus non fuiſſe plane exploratum Januarii, Feſti, & Deſirii Chriſtianiſmum. Proinde in re dubia, praeſidem interpellant. Atq. hanc ſolidiſſimam eſſe reſponſionem, ex eo intelligitur, quod Judex ipſe, quia anceps id triumvirûm dictum habuit, non exprobravit militibus negligentiam, ſed ſatis pacate *juſſit eos teneri & ad ſe adduci:* uti ſcil. eorum propoſitum exploraret. Verum age: ſac compertum fuiſſe militibus triumviralem Chriſtianiſmum: vel ſic tamen milites ſibi caverant, quia dum adirent praeſidem, interim carcerem obſeraverant, ne interim inde triumviri digrederentur: unde ſubjicitur: *Qui dum inventi fuiſſent* (in carcere ſcil. in quo relicti fuerant) *ad judicem venire non dubitaverunt*. Fuitne in hoc & ſimilib. cauſae ſatis, cur hîc & infra [littera N] tam inciviliter (ne quid gravius dicam] Bononienſibus, Sultinge optime, inſultares?

[44] Videtur Puteolis cuſtoditus: I. quia Puteoli urbs ἀξιόλογος, Miſenum vero πολίχνιον: II. quia ubi Praeſes, ibi & carcerem reorum capitalium decebat eſſe, praeſertim cum Miſenum a Puteolis pluſculis millibus diſtineretur: III. quia Puteolis amphitheatrum non mediocre adhuc viſitur ad plectendos noxios neceſſarium: Miſeni nullum: IV. ex illo ſect. 3. loco, ubi primum S. Januarius de Soſio injuſte detento queritur, deinde milites haec ſtatim praeſidi nuntiant, & quae praeſes mandat, ea ſtatim exſecutioni mandant: ex his, inquam, omnibus tam cito factis carcerem adhaeſiſſe praetorio, aut non multum abfuiſſe arguitur.

[45] Sed tamen inrerrogatio indicta fuit (uti ſect. 3. dicitur illis verbis, *Quoadusq. fieret ejus interrogatio*) & haud dubie facta, antequam ex *ergaſtulo* in *arduam cuſtodiam* traduceretur, uti dixi p. 88. Adn. 29.

[46] Jamdiu hoc dicterium ſepoſitum in loculis habebat. Verum quia nunc non erat his locus, potuiſſet in opportuniora tempora id reſervare.

[47] Deſtinati quidem, nondum vero damnati ad beſtias fuerant. Nam audiendi prius erant, utrum in propoſito manerent. Idcirco monet arenarius, ſerius eſſe, quam ut eos audiret, & auditos, prius quidem dictatâ ſententia ad beſtias damnaret, poſtremo in damnatos feras laxaret, totumque venationis [quae diuturna erat] actum perageret.

[48] Non diſertis verbis auditi dicuntur, quia quae fieri ex legibus debuerunt, ea facta creduntur. Scitum eſt illud *Sapienti pauca*: at procacibus vitilitigatoribus nihil unquam ſatis. Puncto temporis interrogati, ſeſe in propoſito perſtare dixerunt.

ſi ipſe fuiſſet impeditus (49). *Praeterea quae mox facta dicuntur*, *videlicet reductio ſanctorum ab amphitheatro ad Judicem*, *perductio ad locum ſupplicii*, *nimirum ad Sulphurariam*, *aliaque mox referenda*, *plus temporis exigebant*, *quam erat neceſſarium ad feras contra ſanctos in amphitheatro laxandum*, *reliquaque ibi peragenda*, *ubi omnia erant parata* (50). *Videbit hoc oculis ipſis curioſus lector*, *modo in tabula Commentario noſtro praefixa conſideraverit diſtantiam Amphitheatri & Sulphurariae a Civitate Puteolana* (51). *Si quis igitur ab accumulatis ineptiis recte ineptus dicitur*; *non poſſumus non ineptiſſimum* (52) *vocare auctorem illorum actorum*.

(K) Vt eos judex juberet occidi? *&c. Figmentum rurſus improbabile*, *& primis actis contrarium* (53).

(L) Cum ſanctis martyribus decollari *&c. Magis etiam improbabile eſt*, *inauditos*, *& ſine ulla interrogatione fuiſſe damnatos* (54).

(M) Qui-

[49] Adn. 13. pag. 78. reſponſionem huc diſtuli. Sed cavillationi multiplici non niſi particulatim reſponderi poteſt. Ac primum de ſubſtitutione, quam ſomniat, nihildum in Pandectis, nihil alibi legiſſe memini. Recita leges, ſi quas ad manum habes. Imo ſi mentem legum inſpicio, non licuit ſubſtituere; quia nemo alius ſeditiones conſuetas compeſcere pro imperio poterat.

[50] Quam diuturna venatio fuerit, exponent qui de ea ediderunt ſpiſſa volumina. Praemittebantur ſacrificia: noxii in caveam producebantur: beſtiae primo mitiores, deinde, hiſce [quod ſaepe fiebat] ceſſantibus, efferatiores laxabantur, nec turmatim ferae omnes, nec ſimul in omnes gregatim noxios incitabantur, ſed eo ordine quem ſive praeſes praeſcriberet, ſive arenarius e re judicaret. Legantur Acta SS. Perpetuae, Felicit. &c. Itaque in hanc, quae proprie venatio dicebatur, multum temporis inſumebatur. At deinde quia noxii quamvis morſibus appetiti, raro exanimabantur; hinc poſtremo qui ſemivivi ſupererant, ſandapilis impoſiti, & in ſpoliarium ducti, illic a tironibus [uti ex horum imperitia mors diuturnior eſſet] conficiebantur.

(51) Vrbi adjacet Amphitheatrum: horum utrumq. mille paſſibus abeſt a Sulphuraria.

(52) Agit hic Vir ornatiſſ. *Doctorem ineptiarum*, ab ipſa utique *INEPTI* definitione orſus. Verum id totum in Denuntiationem reſervo.

(53) Huc paginâ 74. Adn. 14. reſponſionem rejeceram. Sed ea reſponſio jam antecapta fuit, quia copioſiſſime paullo ſupra pag. 98. Adn. 40. & 41. appenſa tam benigne fuit, ut mantiſſa obſonium vicerit.

(54) Vide p.78. Adn.14. ac ſimul adde quae huc conſulto rejeci. Sic ergo habeto. Non, quia interrogatio tacetur, continuo non fuiſſe factam collige: quod ſaepe in ſuperioribus inculcavi. Adde quod ii, qui ſub ipſum agonem ſeſe offerebant, aut breviter interrogabantur, aut pro confeſſis habiti, appendicis ceterorum Martyrum inſtar conficiebantur. Exempla innumera verſantibus Martyrum acta in promptu erunt.

Poſtremo ne amplius Cl. Stiltingus de hac re obtundat (nam plane obſurdui ad crebro iteratos de *non auditis* clamores) ſciendum eſt, ſaepe veteres illos apologiarum pro Chriſtianis auctores de neglectis in Chriſtianorum animadverſione juris tramitibus conqueſtos eſſe: at numquam magis quam in Diocletianea inſectatione id frequens fuit. Teſtis lucu-

(M) Quidam ſenis pauperrimus &c. *Quod hic de ſene & mox de matre S. Januarii refertur, ex primis* (55) *actis ſumptum eſt, quemadmodum & reliqua quae ſequuntur.*

(N) Patronum tollentes a Domino meruerunt &c. *Haec etiam deſumpta ſunt ex iis, quae variis temporibus fuerunt actis adjecta* (*) *& modo ſunt in appendice. Habes lector ſtudioſe acta mendoſiſſima* (56) *& non paucis erroribus* (57) *deturpata.*

luculentus Euſebius in deſcriptione hujus atrociſſ. vexationis quam lib. VIII. intexuit: ubi extremo cap. X. hanc cauſam affert, quod ipſe paucorum e multis certamina exponat, nempe quod hi Sancti non uſitato more judiciorum, *ſed quaſi IVRE BELLI oppugnati ſunt*. Mox cap. XI. narrat, urbem Chriſtianorum in Phrygia (cujus ignoratur nomen) primum a militibus obſeſſam, deinde totam injecto igne concrematam. Nec quidquam in hac diuturna inſectatione tam vulgare fuit, quam Sanctos Confeſſores acervatim, tumultuoſe, nullaq. juris formula cuſtodita fuiſſe mactatos. Adhaec, qui tam rigide Bononienſia ad amuſſim Romanorum judiciorum exigis, quid non tantumdem in Vaticanis laboras? Ad haec examinanda ubi venero, in iis nihil formae Romanor. tribunalium fuiſſe, oſtendetur, cum contra in Bononienſibus nihil ſit quod a juris tramitibus deflectat.

(55) Nullo non loco *Acta prima* vocat, eorumq. nomine Vaticana intelligi jubet. Huc uſq. id patienter tuli. Nunc niſi ſero ſaltem iraſcar, vereor ne quis pro conceſſo habeat. Verum hoc & alibi pluries oppugnavi, ac data opera in Proluſione ad Vaticana impugnabitur.

(*) De hac, quam *Appendicem* vocat, quam proinde ab ſuis *Actis primis*, uti vocat, ſejungit, in *Denuntiatione* in calce videro.

(56) Extremâ Adnotatione 16. rejeceram huc lectorem. Jam ergo ubi hic particulatim invectivae iſti in Acta Bononienſia Stiltingianae reſpondero, is mihi finis nauſeoſi laboris fuerit. Ac primum iſtud *Mendoſiſſima* quis dubitat, quin aequi lectores ad amanuenſium menda ſint rejecturi? Atqui cum ea ipſe in repetita hac editione Actorum ſuperiore deterſerim; videor hac parte caſſum jam ictum viri fortiſſimi reddidiſſe.

(57) At iſtud, hei mihi, non ad vocum ſed ad rerum errata refert noſter. Jam tandem intelligo, iſtine fortiſſimi ducis ἐπινίκιον de me oppreſſo incipere. Hoc ſi alius tanto cum tubae clangore caneret, eum cum comoediarum Thraſone compararem, ubi iſte in theatro verbis verberibuſq. perſtrictus, ad extremum fingitur conclamare glorioſus victoriam. At abſit, ut de ornatiſſimo viro, quem nunquam niſi honoris & amplitudinis cauſa mihi nominatum volo, ſimilia praedicem. Non nego tamen, eum in hac cauſa veritati, quantum quidem in eo fuit, auctoritate ſua grave vulnus impoſuiſſe. Nec vero aliter quam auctoritate nocuit, aut certe nocere voluit; re enim ipſa profuit potius; quandoquidem Acta Bononienſia ingenti niſu a Cl. viro impetita, ſtant tamen ſtabuntque in dies radicibus altioribus fixa. Quae deinceps in hoc epilogo (quo noſter in ἐπινικίῳ modum ſibimet gratulatur) ſequuntur capita, eorum ſingula ita difflata penitus fuere locis ſuis, ut ea omnia damnoſa cauſae Stiltingianae monſtraverim. Ac tamen tantum abſum a concelebranda victoria, ut permiſſo viris gnaris ſtudioq. partium vacuis judicio, eorum tantummodo auctoritate me libenter ſtaturum aut caſurum profitear. Tametſi cum jam inde ab anno

ta . Non poſſum ſatis mirari , pulcherrima *viſa eſſe Mazochio & ſincera* . *Neque enim deprehendere valeo, ubi lateat abſcondita* (58) *illa pulchritudo quae major mihi in his actis non apparet , quam eſſet hominis naſo & auribus mutilati , multis vulneribus & ulceribus pleni , ſanieque demum & cruore* (59) *manantis . Sinceritatem & fidem in actis illis vix majorem invenio , quam pulchritudinem. Quae ex Actis PRIMIS* (60) *auctor ſuis inſeruit , ut verbis ſunt paſſim correctiora , aut minus ſaltem mendoſa ceteris , ita ceteris ſunt meliora, & partim probabilia . Quae initio habet de amicitia & geſtis inter* Januarium & Soſium *ex documentis aut traditione Miſenatium accipere potuit , & ſic probabilia haberi poſſunt . Quae vero expoſuit alio modo , quam exponuntur in actis PRIMIS* (60) *tam inepte & improbabiliter relata ſunt , ut de falſitate illorum prudenter dubitare nequeamus . Itaque quemadmodum non inficior prima acta ſuis laborare defectibus* (61) *ita cogor dicere , haec multo deteriora eſſe* .

no 1744. (quo Acta Bononienſia emiſſi) nullo tempore non prona in me virorum eruditiſſimorum judicia fuerint, ſatis confido multo proniora poſt has Vindicias repetitas fore.

(58) *Abſcondita* quidem obtuſo odoratu viris , ſed ſagacioribus & emunctis naribus pervia : eos ſemper excipio, qui acutis quamvis αἰσθητηρίοις praediti , tamen ea ſibi ultro obſtruunt, ne perſentiſcant.

(59) Neſcias utrum miſerationem , an cachinnum tam elaborata hypotypoſi ciere voluerit . Age : regnet in omnibus . Verum quae ridet Acta, vel ſic tamen ea militum ſtrenuorum inſtar , animo & viribus vigent , & hoſtes fugant, maxime autem ſibi aemula Vaticana : quae ſaeculis illis nebuloſiſſimis intulere neglectum Bononienſibus.

(60) Suſtine paullisper lector, dum ad Vaticana venero : nam in eorum Proluſione & adnotationibus liquido decernes , quaenam Acta *PRIMA* fuerint , quaenam vero priorum pennis ornata , prodierint in hominum lucem.

(61) Et quidem inexpiabilibus, ut ad ipſa Vaticana (quae Noſter ab initio ad finem perſtat vocare PRIMA) mox enotabimus.

AD ACTA VATICANA
CVM BONONIENSIBVS COMPARANDA
PROLVSIO.

NOn alibi putavi me opportunius Bononienſia cum Vaticanis dedita opera comparaturum (ad ſtatuendum ſcil. utra utris antiquiora , ac ſimul ſinceriora) quam hoc ipſo loco in utrorumque confinio . Nam hic in medio conſtitutis facillimum erit , ubicumq. una cum alteris contuliſſe oportuerit , prout opus, ſurſum aut deorſum oculos ad comparandum convertere.

§. I.

§.I. *Ante quam invicem comparentur; abſolutis aliquot argumentis Acta Bononienſia rei geſtae coaequalia fuiſſe oſtenditur. At fruſtra, id non ante factum, conqueri Cl. Bollandiſtam. Cur? quia ſcil. in re perſpicua id neceſſe non fuerat.*

Cum in Vaticanis praeter ſparſas hinc atq. inde periochas plurimas Bononienſium, etiam quinque ultimae ſectiones Bononienſes totidem verbis contineantur; equidem in priore anni 1744. editione affirmaveram, ea omnia ex Actis Bononienſibus in Vaticana αὐτολεξεὶ fuiſſe transfuſa, idq. ab illo uſq. tempore omnibus judicio praeditis perſuaſeram; maxime quia quodcumq. utriſque commune eſt, id totum cum Bononienſium ſtylo conſentit, cum Vaticanorum non item: praeter alias plures rationes, quas mox in hac Proluſione afferam. Verum Stiltingus noſter his non adquieſcens ita §.II. n.19. expoſtulat. *Obſervat recte Mazochius.... non initium dumtaxat idem eſſe in Actis ſuis, & in primis S. Januarii (Baroniana vocat, quod ea habuerit Baronius) ſed multa etiam facta dictaque in utriſque referri iiſdem plane verbis. Ex eo autem inferre nititur multa ex ſuis illis Actis in Baroniana ſive noſtra ab horum Auctore fuiſſe transfuſa... At magis videtur examinandum utra ſint vetuſtiora, indeque ſtatuendum uter alterius verba adoptaverit. Nam Mazochius adeo ſibi perſuaſit, Acta ſua reliquis omnibus vetuſtiora eſſe, ut ne locum quidem invenire valeam, ubi MAIOREM monumenti ſui VETVSTATEM probare CONATVS.*

Fateor equidem me in priore Bononienſium editione, id minime CONATVM, nec ratum conatibus Herculeis ad id opus fuiſſe: imo contra arbitratum, neminem unum ita vecordem futurum, cuiq. palatum aureſq. ita obſurdeſcerent, ut non id ſtatim ex prima ipſorum lectione perſpiceret. Nunc quoniam poſt tria luſtra, ex quo Bononienſia prodierunt, is ille unus, quem numquam exſtiturum ſuſpicabar, Cl.Bollandiſta Stiltingus (omnia, ac ego ſtatueram, e regione contraria ſentiens) inventus eſt; dabitur primum opera, ut quae jam primum ſupra (p. 61. col. 2.) argumenta tria paucis adumbraveram, hic ea latius deducam: nam alia plura tum in decurſu pro re nata dabuntur, tum maxime in *Denuntiatione* in ipſo hujus opuſculi fine. Interim haec argumenta tria utpote in promptu gerens, jam repraeſento.

Prima ratio ex eo ducitur, quod Bononienſia Graece primitus ſcripta fuerunt, uti ſup. ADNOT. III. a pag. 55. oſtenditur: haud ſerius igitur vergente IV. ſaeculo, quo adhuc ſermo Graecus in his locis vernaculus erat; nam quarto exeunte ac porro jam ipſum etiã vulgus imum Latino ſermoni inſuevit. Vide p.61. Adn.XXII. Altera ratio ex eo petitur, quod extremâ ſect.1. dicitur Sibyllina ſuperſtitio duraſſe *Vſq. in hodiernum diem*. Ea ergo auctor ſcribebat, dum adhuc ethnica Sibyllae ſacra Cumis frequentarentur, h.e. plurimum IV. exeunte ſaeculo, de quo ſup. ad Bononienſia pag. 61. III. Tertia poſtremo ratio

arceſſitur ex Stephani Epiſc. verbis, quibus Levitam Joannem geſta S. Soſii perſcribere ex monumentorum inopia recuſantem ita adhortatur: *Eſt enim EXINDE quaedam ſcriptura, lepidâ, ut reor, digeſtione contexta .... haec . . ſumenda eſt a te*, ut S. Soſii hiſtoriam ſcribas. Vide integrum locum ſup. pag 50. col.1. in fine. Ac ſimul junges, quae pag.52. col.2. ac deinceps de eodem loco diſſeruntur: ex quibus collegimus, non aliam ſcripturam a Stephano Epiſc. Joanni propoſitam, quam haec ipſa Acta Bononienſia. Quod jam inde a priore Actor. editione an. 1744. a me dictum ac ſtabilitum, Cl. Stiltingus paſſis ulnis amplexus nuper fuit. Verum quid hoc, inquis, ad antiquitatem Bononienſium valet? Longe plurimum. Nam illud *Exinde* non aliud notat, quam *Ab eo uſq. rei geſtae tempore*. Hanc notionem jam tum videram, cum Jo. Diaconi Praefationem ſup. pag. 49. & 50. ederem; ſed nihil de eo ibi enotavi, quod tunc ſimili exemplo carerem. At ecce Juſtinus eodem ſenſu uſurpavit lib. I. cap. 2. ubi de Semiramide veſtibus mentiente virum: *Et ne novo*, inquit, *habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu & populum veſtiri jubet: quem morem veſtis EXINDE* (i. e. ab illo uſq. tempore) *gens univerſa tenet*.. Ita & Jo: Diaconus (cui inſitum fuit aut rara verba, aut uſitata olim, ſed raro ſignificatu uſurpare) quam ſcripturam Stephanus ſibi tradebat in uſum ſcribendae hiſtoriae, eam EXINDE (quaſi ſejunctis vocu- lis EX INDE dixiſſet) contextam ait. Ergo pro certo habuit Stephanus Epiſc. Bononienſia ſtatim a martyrio fuiſſe conſcripta.

Adverſus trium hujuſmodi argumentorum (nam alia plurima in *Denuntiationem* a me promiſſam rejicio) efficaciam quid ſallaciſſimae ratiunculae Stiltingianae (tum quas pag. 73. refutavi, tum poſteriores quas pag. 98. rejeci) ſint valiturae, lectores judicaverint.

§. 2. *Quanam nos ratione, quove fructu Vaticana cum Bononienſibus comparaturi ſimus. Obiter Vaticanorum laus ab haud aſpernandis eorum aliquot in Eccleſiam meritis.*

Et haec quidem argumenta tria ad Bononienſium antiquitatem rebus geſtis aequalem ſtabiliendam valent. At vero ſi Vaticana primum ſolitaria inſpiciantur, tum multo plus etiam ſi cum Bononienſibus comparentur; argumentorum multitudine, ſatis ſcio, obruemur, quibus horum veneranda canities, illorum autem imberbis juventus facile a ſubactis ingeniis perſpiciatur. Atq. hanc operam in eorum gratiam, qui nondum in hac palaeſtra ſeſe exercuerunt, leviter commodabimus in ſequentibus illis notulis, quas Vaticanis Actis, quae hìc jam daturi ſumus, ſubjiciemus.

Adde hanc etiam promptiſſimam atq. facillimam comparandi rationem, quam quivis de populo, modo nullis ante partibus ſit mancipatus, inire ipſe per ſe poterit. Quinque ultimas Bononienſis hiſtoriae ſectiones a ſexta ad deci-

mam

Digitized by Google

mam Auctor Vaticanorum in ſuum commentarium, a ſect. IX. ad XIII. uti centies diximus, totidem verbis transfudit. Eas igitur lector ſi cum cetera Bononienſium narratione conferat, ſatis ſcio non ovum ovo ſimilius reperturum, eaſdemq. eodem parente natas juraturum. At deinde lector idem ſi ad Vaticana ſe transferat, atq. illas communes ſectiones ſimulq. periochas alias ex Bononienſibus in Vaticana transmiſſas cum cetero Vaticanorum textu committat; an non clamabit illico, majorem utrinq. diſcordiam eſſe, quam *Lupis & agnis quanta ſortito obtigit*, ut ille ait? Nonne Vaticanorum Auctorem pennis alienis indutum in avium concilium proceſſiſſe dicet?

Interim Vaticanis Actis non modo nihil detractum volo, verum etiam praeter vetuſtatem (quam haud citeriorem octavo ſaeculo ex Stephani Epiſc. auctoritate adſtructurus infra mihi videor) plura eorum in nos exſtitiſſe merita, ultro fateri cogor. I. Primum quod cum per plura jam ſaecula Bononienſibus Actis caruiſſemus; tamen eorum ultimas quinq. ſectiones (& quidem ceteris praeſtantiores, ut quae actum ultimum horum beatiſſimorum Septemvirûm complectuntur) imo & alias alibi paſſim ſparſas Bononienſium eorumdem periochas in Vaticanis ſemper non ſine gaudio fructuq. legerimus. Et quidem quod amiſerimus integra Bononienſia, id olim damnum ex Vaticanorum longe pinguiorum & admirabiliorum fabrica illatum fuit. Cui enim a decimo uſq. ſaeculo Bononienſem illam macritudinem potius quam uberes atq. tragicas narrationes Vaticanas uti tranſcribendo propagaret, ſuaderi potuiſſet? At interim quae ex Bononienſibus Actis in Vaticana transfuſa jam olim reperiebantur, ea ad aedificationem Eccleſiarum per tot ſaecula profuerunt. II. Alterum in nos meritum illud eſt, quod abſq. Vaticanis fuiſſe, ultima ſectione illâ paulo poſt facta, quae Translationes continet, nunc etiam poſt inventa Bononienſia aeternum caruiſſemus; cum in his ex deſcriptoris taedio ea ultima ſectio quantivis pretii praetermiſſa fuerit. At eamdem Vaticanorum beneficio & olim poſſidebamus, & nunc eorumdem ope Actis Bononienſibus (a quibus primitus avulſa fuerat) poſtliminio reſtituimus. III. His meritis adde etiam vetuſtatem Vaticanorum haud ſane poenitendam, ceteriſq. Actis poſt ſecutis haud modico intervallo majorem: de qua jam paucis commentabimur.

§. 3. *De Vaticanorum ſcriptionis aetate ex Stephani Epiſcopi verbis conjectura ducitur.*

Ante omnia certiſſimum eſt, Acta Vaticana ſaeculo X. quo Jo. Diaconus *Certamen SS. Soſii & Januarii* juſſu Stephani Epiſcopi ſcripſit, anteriora fuiſſe. Nam Levita hic ita plurimis in rebus ab Actis Vaticanis recedit, ut tamen prae ſe aperte ferat, Vaticana a ſeſe lecta ac paſſim, quamvis dictione mutatâ, fuiſſe expreſſa. Atq. hoc probatione non indiget.

Digitized by Google

At contra eadem Acta octavo adulto ſaeculo, quo Beda Martyrologium ſcripſit, anteriora non fuiſſe, nulla prorſus Vaticanorum ſignificatio a Beda facta, ſuadet: de quo in *Denuntiatione* dicam. Ergo ſive labente VIII. ſaeculo, ſive nono ea ſcripta fuiſſe, neceſſe erit.

Verum octavo potius quam nono, eam ſcriptionem eſſe adtribuendam, ex Stephani Epiſc. verbis effici mihi videtur. Ea verba intelligo quae in Praefat. Jo. Diaconi, quam ſup. pag. 49. edidi, exſtant. Eâ in Praefatione Levitae noſtro apud Stephanum Epiſc. cauſanti monumentor. inopiam, quo minus S. Soſii ſcriberet hiſtoriam, ita Pontifex reſpondens inducitur: *Eſt.. quaedam ſcriptura* &c. Acta autem Bononienſia deſignat; ac pergit: *Haec ſumenda eſt a te*, (ad ſcribendam ſcil. Soſii vitam) *& ſicut certum eſt, tuos feciſſe MAJORES* [in exarandis ſcil. SS. Januarii & Soc. Actis, quae nunc Vaticana vocamus] *quaeque* [i. e. quaecumq.] *fiunt ſuperflua, reſeca, neceſſaria ſubroga, inepta abjice*. Non diu his verbis immorabor, utpote copioſe ſupra a pag. 52. ad 54. enarratis: ubi [pag. ſcil. 54. col. 1. media] & illud *Tuos feciſſe majores* de eo qui Vaticana ante conſarcinaverat, intelleximus: nec immerito. Jubet enim Stephanus, Joannem Diac. imitari quod fecere *Majores* ſui. Ergo ſi perſpexerimus, cujuſnam factum revera Levita noſter in ſuo *SS. Soſii & Januarii Certamine* ſit imitatus; hic ille dicendus erit, quem Stephanus Joanni propoſuit imitandum: *Majores*, inquit, *tuos*. Atqui ſi ab elocutione diſceſſeris (quae longe diverſa in Joanne. Diac. ac Vaticanorum Auctore eſt) in rebus atq. narrationibus ſatis ſuperq. inter utrumq. convenit. Vterq. enim *Scripturam* illam *lepidâ Digeſtione contextam* (Actorum Bononienſium ſcil.) ſibi deflorandam propoſuit, ſed admodum diverſa ratione ac ſtylo. Nam Vaticanorum auctor totam extremam medietatem aliaſque ſparſim periochas Actor. Bononienſium totidem verbis deſcripſit, nec nimium ſtylo luxuriat. En ſatis verum illud (*Sicut certum eſt, tuos feciſſe majores*, in imitandis ſcil. Bononienſibus Actis) in Vaticanorum Auctore compertum. At Diaconus res quidem ex Bononienſib. arripuit, plura interim de ſuo comminiſcens; at, uti Stephano jubenti placeret, ſecutus eſt dictionis genus, quod nulli praeter quam ſibi debet, quippe qui ſtylo ſuperbe ampullatur. Vterq. ergo pro ſuo captu *ſuperflua* Bononienſium *reſecat*: uterq. *neceſſaria*, ex ſuo ad comminiſcendum ingenio, *ſubrogat*: uterq. *inepta* eorumd. (ſed tamen putativa) *abjicit*. Vides igitur hanc mentem Stephano fuiſſe, ut Levita Joannes primario Bononienſia (in quibus plura de Soſio) imitaretur: deinde & ad Auctorem Vaticanor. reſpiceret (*ſicut*, inquit *certum eſt tuos majores feciſſe*,) in concinnandis ſcil. Januarii Actis, *reſecando* ſcil. *ſuperflua*, *neceſſaria ſubrogando*, &c. Ex hac enim ſubobſcura Stephani ſignificatione plane Auctoris Vatica-

no-

Digitized by Google

norum mens atq. factum perſpicitur: qui jam antea illa tantum ex Bononienſibus deſcripſerat integra, quae cum ſyſtemate ſuo minime colliderentur: at quae cum Nolanis figmentis componi nequibant (veluti mutua inter Januarium Soſiumq. amicitia, itemq. flamma emicans de Soſii vertice) ea in totum rejecerat. Sicuti enim jactati procella, ſarcinas inutiles in mare projiciunt, ut cariora ſervent, idem & Auctor Vaticanorum fecit. Omiſit quae ſuae officiebant Nolanae tragoediae: at arripuit ex Bononienſibus quae conciliari poſſent.

Verum cur Vaticana potius labenti VIII. ſaeculo quam nono affiximus? Paucis ſic habeto. Si Vaticanorum auctor nono ſaeculo ſua exaraſſet, non apte potuiſſet a Stephano (qui exeunte nono & ineunte decimo ſedit) ille auctor cujus adhuc memoria caleret, inter *Majores* referri, ſi proprietas Latini (62) ſermonis ſpectatur: at recte poterat, ſi decurrente VIII. ſaeculo ſcripſiſſet. En cur Vaticanam ſcriptionem labenti VIII ſaeculo advinxerimus.

Credo me ex Stephani epiſc. verbis ſatis luculenter octavo medio ſaeculo Vaticanorum Actorum fabricam affixiſſe. Verum age: ſint hae merae conjectiones. At illa duo certiſſima ſunt: I. Vaticana aevo ſequiore nata, nec eorum ſtylum IV. aut quinto ſaeculo prorſus convenire poſſe: II. deinde quinque ſectionum illarum, quae in Vaticanis ac Bononienſibus totidem verbis reperiuntur, ſtylum diſcrepare plurimum a prioribus novem Vaticanorum ſectionibus: at easdem cum ceteris Bononienſium ſectionibus ita convenire, ut eodem ſe patre natas aperte profiteantur. Ac de hoc argumento graviſſimo praeter ea quae modo §. 2. copioſe diſputavi, plura etiam tum alibi tum maxime mox ad Vaticana in notatis ad ſententiam decollationis Martyrum afferam, quae fateri plane cogant, quinq. illas ſectiones communes ex Bononienſium fundo traductas radicitus in ſolum Vaticanorum fuiſſe. Verum age: Vaticana jam Acta in praeſens inſpiciamus.

(62) Vlpianus L. 4. §. *Parentem. De in jus voc.* ait: *Parentes uſq. ad Tritavum... nominantur: ulteriores, qui non habent ſpeciale nomen, Majores appellantur.* Servius ad VIII. Aen. *Poſt Patris, Proavi, Ataviq. vocabulum, MAIORES.*

ACTA

ACTA (1) VATICANA

SANCTORVM MARTYRVM JANVARII ET SOCIOR.

Cum obſervationibus (2) neceſſariis .

1. T*Emporibus Diocletiani Imperatoris , Conſulatu Conſtantini Caeſaris quinquies , & Maximiani Caeſaris ſepties ; erat perſecutio* (3) in-gens

(1) In priore Bononienſium Actor. editione anni 1744. quoties hæc Acta laudari opus fuit, ea *Baroniana* vocavi , propterea quod ea olim penes Baronium erant , quibus & in ſuis operibus uſus fuit. Verum Baronianum apographum non aliunde quam ex Vaticano eleganti codice (quem ante plures annos in ea bibliotheca me contrectaſſe memini) traductum fuit . Et Chioccarellus quoq. noſter indidem exemplar habuit . Caſinenſe etiam tabularium, & Neapoli Teatinum SS. Apoſtolorum, ſua eorumdem Actorum exemplaria poſſident : eccujus antiquitatis, ignoro . Cum omnibus his Chioccarellus Baroniana contulit deſcripſitq. in ſuo manu exarato volumine monumentorum S. Januarii, quod Brancatiana bibliotheca poſſidet : ex quo volumine Nic. Carminius Falconius pag. CXXVII. haec , quae & nos hîc damus, Acta protulit cum variis lectionibus . Haec vero cum Stiltingianis (quae quidem ad manus non habui) conferre feci . Ac plane concordant : niſi quod Stiltingiana fine deſtituuntur, ob eamq. rem (quis credat?) digna oſculis Stiltingo meo viſa fuere. In ceteris ſatis conſonant, uti dixi , paucis voculis exceptis , de quibus, ubi opus , lector monebitur.

(2) Obſervationes criticas quaſdam dederat Tillemontius , ſummo judicio praeditas : quibus nunc conſulto abſtinebimus, utpote ſup. in Admonit. pag. 9. Adnot. V. jam lectori appoſitis . Sed & Cl. Stiltingus in Actis Vaticanis quaedam *Improbabilia*, uti vocat, deprehendit : quae nos initio pag. 76. ex ipſo Auctore totidem verbis recitavimus: quae nunc libenter omittimus.

Ad me vero quod attinet, id primum dedi operam, ut quinque illas ſectiones ultimas, quae iiſdem verbis in utriſq. Actis leguntur , Italico charactere (quem typographi *curſivum* vocant) hîc edendas curarem, ut ipſe per ſe lector dijudicet, priorum ne quinque Bononienſium, an priorum Vaticanarum octo, eae ſtylum referant , & utrum in ſolo Bononienſium, an in Vaticanorum fundo principio proſeminatae fuiſſe videantur . Deinde in eorum gratiam, qui imbecilliore judicio pollent , quam ut decernere id queant, admitar in octo prioribus Vaticani haud dubie fundi ſectionibus adnotare quaedam plane abſurdiora , quam pro quarti quintive ſaeculi (quibus Cl. Stiltingus Vaticana affigit) caſtigatiſſimo ſcribendi more. Adhaec vero , in quo rei caput eſt, in communibus quinq. illis ſectionibus animadvertam alia quaepiam , quae quidem cum cetero contextu Bononienſium pulchre conſentiunt : at contra eadem cum Vaticanorum continentia ac tenore turpiter pugnant . Vt plane neceſſe ſit, eas ſectiones quinque non niſi in Bononienſi primum fundo natas eductaſque , poſtea in Vaticanorum ſenticeta traductas, ibi comprehendere (uti ruſtici ſcriptores loquuntur) non valuiſſe .

Interea & *ὡδὶ πάρεργον*, ubi ſe *ἀδιάφορα* offerent , quae interſit non ignoraſſe lectorem, ne ea quidem diſſimulabimus.

(3) Bononienſium Actorum ſcriptor (qui poſthac abſolute *Bononien-*

Digitized by Google

gens *Chriſtianorum*. Eo tempore convocans (4) Diocletianus Imperator Timotheum (5) quemdam paganum crudeliſſimum, juſſit eum in Provin-

nienſis vocabitur; ſicuti Vaticanorum auctor dicetur abſolute *Vaticanus*) quia coaevus aut ſuppar geſtae rei fuit, hoc tantum dixit, *Erat perſec. Chriſtianor.* nec τὸ *Ingens* addidit, quia menſe Aprili anni 305. inſectatio multo lenior evaſerat: de quo vide ſup. pag. *16*. Adnot. 7. Bononienſis igitur ab ipſo initio verax eſt: qui ſi voluiſſet τὸ *Ingens* ad rem exaggerandam adjicere, ab ſuis aequalibus redargutus mendacii fuiſſet. At qui Vaticana VIII. ſaeculo contexuit, ignarus antiquitatis, ſimulq. tutus a cenſurae periculo [quippe tot ſaeculis a a re geſta elapſis] cum id unum laboraret, ut omnia in majus augeret, iſtud *Ingens* ſcopo ſuo neceſſarium arripuit, ne frigeret.

Verum his jam ſcriptis, amico monente didici, ab editione Stiltingi abeſſe τὸ *Ingens*. Abſtulitne ipſe, quia hiſtoriae contrarium, an quia in MS. ſuo deerat? Vtcumq. eſt, laudo. At interim ipſemet in var. lect. fatetur, in aliis exemplaribus legi *Perſec. ingens*, in aliis *maxima*, ut veriſimile ſit, in Stiltingi MS. ſic quoq. lectum, ſed eum caute ab ſua editione detraxiſſe τὸ *Ingens*, utpote hiſtoriæ contrarium: id quod apud me legerat in priore Bononienſium editione anni 1744. pag. 270. Adn. 7. quod & in hac repetitum fuit ſup. pag. *16*.

At Chioccarellus qui manu exaratos codices contulerat plurimos, in omnibus τὸ *Ingens* reperit: ex quo Falconius in ſua horum Actorum editione τὸ *Ingens* ita expreſſit, ut in eo nihil varietatis codicum agnoverit.

Ac profecto Vaticani ſcriptoris ſcopus [cui propoſitum fuit in ſuo *Januario* docere tragoediam cruentiſſimam, & caminum, feras, decapitationem, quodcumq. ſcil. fuit capitalium ſuppliciorum, ſimul coacervare] is, inquam, ſcopus non quamlibet perſecutionem, ſed *Ingentem* praefari debebat. Reſtituatur igitur a Stiltingo ornatiſſimo editioni ſuae τὸ *Ingens*; quod inde praepoſtero emendandi ſtudio videtur amotum. Aliud enim Vaticanus auctor, aliud Bononienſis eſt ſecutus: hic leni perſecutione contentus fuit, quia Martyres leniter ac leviter vexat: ille ingentibus cruciatibus non niſi τὸ *Ingens* præfari debuit. Hoc quidem ad veram Vaticanorum lectionem pertinet. At interim iſtud *Ingens* quam ſit contrarium hiſtoriae, oſtendi ſupra p. *16*. Adn. 7.

(4) Duo hîc ex Vaticano menda. Prius illud eſt, quod eum *convocantem* Diocletianum audis, exſpectares ab eo conſilium ſive militare ſive politicum fuiſſe coactum. At ubi unum deinde Timotheum *convocatum* diſcis, riſum quî teneas? niſi vero Timotheum pro multitudine habuit, utpote daemonum legione inſeſſum; ita ut claſſico opus fuerit ad *convocandum* Timotheum, adjecto etiam carmine: *VOS, o Timothee, venite ad concilium*.

Alterum in hiſtoriam peccat, quia Diocletiano in Italiam nullum erat jus: quae tunc cum aliis pluribus regionibus ex Maximiani Herculii diſpoſitione regebatur, uſque ad Kalendas Majas anni 305. quibus uterq. abdicavit. Itaque menſe Aprili Herculius rectores provinciarum ordinabat; poſt autem Kal. Majas eos deſtinabat Severus, ad quem Italiae regimen pertinere coepit. Ergo ſi Vaticanus certamini Martyrum par aut ſuppar fuiſſet; noſſet aut facile didiciſſet hiſtoriam, nec tam enormiter in eam offendiſſet.

(5) *Timotheum ac Dracontium duo fuiſſe unius judicis nomina. Alia quaeſtiam.*

Convocans (Auctor Vaticanus ait)

vincia Campaniae Praeſidatum agere, & ſecundum decreta ipſius impiiſſimi Diocletiani, ſacrificia Idolis immolare; & omnes, qui in Chriſtum crederent, ad ſacrificia ſimulacrorum convertere. Factum eſt autem, dum ex more inviſeret Civitates, venit in Civitatem Nolam. Tunc jubet tyrannus (6) Timotheus Officium ſibi praeſentari: quibus praeſentibus coepit inquirere ab eis, judicia diverſorum anteceſſorum ſuorum, cui omnium Officium obtulit geſta Praeſidum. Inter quos, cum ventum eſſet ad geſta beatiſſimorum Martyrum Soſii Miſenatis Eccleſiae Diaconi, & Proculi Puteolanae Civitatis Diaconi, & Euticetis, & Acutii, eo quod pro nomine Chriſti diverſis ſuppliciis maceratos, Judex juſſiſſet recludi in carcere; requiſivit

ait) *Timotheum quemdam* &c. Joannes Diaconus ita Vaticana cum Bononienſibus conciliat, ut hi Martyres prius *Dracontii*, deinde hujus *Timothei* tribunali ſiſtantur. At equidem in ſuperioribus ſcripſi [ſcripſi id autem pag. 47. Adn. XIX.] uni eidemq. homini duo fuiſſe nomina [quis neſcit autem Romanorum πολυωνυμίαν, maxime IV. & V. ſaeculo?] *Dracontii* ſcil. ac *Timothei*: priore *Bononienſem* ſcriptorem uſum, altero Vaticanum. Hoc quod ante a me conjecturae loco propoſitum fuerat, id nunc ex amici relatu didici in Germanicis Actor. Vaticanorum exemplaribus diſerte doceri, teſte Stiltingo noſtro ornatiſſ. apud quem num. 34. ſic exſtat: *Initium Actor. in illis codicib.* [Germanicis] *tale eſt*. Ac paucis interjectis: *Paullo poſt dicitur, miſſum a Diocletiano fuiſſe TIMOTHEVM judicem, qui ALIO NOMINE DRACONTIVS dicebatur. Cetera conſonant* &c. At vero uni judici duo fuiſſe nomina Stiltingus pernegat, auctoritate Joan. Diaconi [cui ſi credimus, Dracontius deceſſor Timothei fuit] abuſus. Verum quid aliud Levita Joannes faceret, qui in Bononienſib. Dracontium reperit, in Vaticanis Timotheum? Ignaro ſcil. πολυωνυμίας Romanorum non aliud ei profecto ſuccurrit, niſi ut uni alterum ſucceſſorem daret. Abſurde ille quidem, ſed tamen obſequendum Stephano Epiſc. fuit, jubenti ex Bononienſibus ſimul ac Vaticanis Soſianam hiſtoriam [quo ſcil. copioſior eſſet] componi debere. Jo. Diaconum ſecuti ſunt ducem poſteriores alii. At vero poſtquam ope Codicum Germanicorum [vetantium diſtingui a Dracontio Timotheum] oblata eſt Stiltingo Cl. vera difficultatis hujus ſolutio; cur ſponte ſeſe dantem repudiavit? cur, niſi quia poſtquam ex partium ſtudio malae cauſae patrocinium in ſe ſuſcepit; non potuit non optima quaeq. rejicere, ac ſequiora ubiq. complecti? Nimirum hoc illud eſt quod Poeta ait, *Video meliora . . , deteriora ſequor*.

Quod mox additur, *In provincia Campaniae praeſidatum agere*, eſt prava locutio, ſaeculo quarto incongruens. Nam ſub Diocletiano Italia non in *Provincias* ſed in *Regiones* undecim (in quarum primâ erat Campania) ex Auguſti diſpoſitione dividebatur. Verum hoc levius.

Mox: *Sacrificia immolare*. Aevo Diocletiani ac ſequentibus ſaeculis *Immolare victimas* aut *animalia*, non *Sacrificia* uſurpabant. Quî uſurparent, cum *immolatio* ſit una ex partibus *ſacrificii*?

(6) In Actis ſinceris *Tyrannus*, pro *crudeli* rariſſimum eſt: at in his ad nauſeam uſque inculcatur, & ibi etiam ubi ferri nullo modo poſſit, ut hîc veluti praenominis loco. Adde quod initio, cum nondum Timotheus artes tyrannicas exſeruiſſet, multo abſurdius ita praenominari potuit.

ſivit Officium, quid de eiſdem fuiſſet factum. Reſponderunt dicentes, multum eſſe temporis, quo in Civitate Puteolana (7) detinerentur in vinculis; & adjecerunt diffamantes opinionem Beatiſſimi Januarii, Beneventanae Civitatis Epiſcopi.

2. Ipſe autem iniquiſſimus Timotheus, audiens opinionem Sancti Martyris Januarii, eum ſibi exhiberi juſſit. Cumque fuiſſet praeſentatus Nolae ante tribunal Praeſidis, Timotheus Praeſes dixit ei: Januari, audiens opinionem generis tui, hortor te, ut ſecundum decreta inviſtiſſimorum Principum, accedens ſacrifices Diis: ſin autem

P

(7) Supra (pag. 101. col. 1. lit. G: vide omnino locum) concuſſerat me plane Stiltingus nimia brevitate ſua ſive potius obſcuritate: ubi criminari videtur Bononienſia, quod arenam Puteolis parent; cum tamen Soſium cum ceteris in carcerem Miſeni trudant, aut trudere debuerint. *Vt credere*, inquit, *deberemus, omnes fuiſſe carceri mancipatos Miſeni*. Ibi ego, ut Stiltingum noſtrum ab opinione carceris Miſenatis deducerem, Adn. 44. quatuor attuli validas rationes, quibus Soſium reſq. alios Puteolis, non vero Miſeni detentos, ſuaderem. Itaq. vbi in hunc Vaticanorum locum (itemq. alterum ſimilem in fine ſect. quintae: vide ibi notata Adn. 17.) deveni, in quibus Soſius cum tribus aliis diſerte Puteolis cuſtoditur; magis mecum ipſe mirabar, cur Cl. Stiltingus eos Miſenati carceri mancipaverit: id quod ſupra ſcripta ejus verba (*ut cred. deberemus.. mancipatos Miſeni*) innuunt.

Atq. ea me admiratio tamdiu tenuit, donec memet ipſe colligens, reputare coepi, hunc Vaticanorum locum elabi ex memoria viri ornatiſſimi non potuiſſe. Itaq. longe alia interpretatio Stiltingianis verbis illis (*credere deberemus* ...) adhibenda eſt omnino hujuſmodi: Auctor (inquit) Bononienſium *ante SEMPER locutus eſt de Miſeno*. Reſiſto hic parumper: ſemel Soſium Evangelia Miſeni legentem, inardeſcente capite, Bononienſis narraverat: at iſtud *Semel* Noſter in *Semper* convertit. *Ante*, inquit *ſemper locutus eſt de Miſeno: ut CREDERE DEBEREMUS* (hic ſuppleri Noſter jubet id quod mente retinuit: *Credere*, inquit, *deberemus*, *ſiqua Bononienſibus fides: ſed ego Stiltingus minime credo:* pergit:) *mancipatos Miſeni*. Atque ea Cl. Stiltingo mens fuiſſe videtur: quem enixe Neapolitani obſecrant, ut in ſalebroſis hiſce Commentarii ſui locis ſcholiaſten adhibeat, qui animi ſui ſenſa opportunus explanet, ne crucem popularibus nobis ac paullo ſimplicioribus figat.

Mitto hic plurima quae in hanc totam criminationem regeri poſſint. Cui enim bono his immorer? Verum illud quis ferat, quod ad extremum Bononienſibus dictatoriâ & amarulentâ adclamatione inſultat? *Sunt haec nimirum*, inquit, *volentis ſcribere*, & *neſcientis aliquid recte exponere*. An non quivis de plebe alius (eſt enim haec actio popularis, qua quemlibet uti jura ſinunt) quivis inquam alius in Noſtrum hunc, qui prior epiphonema intorſerat acerbiſſimum, an non retorquere idem iſtud jure potiore poſſit? *Sunt haec nimirum volentis:* cetera uti ſupra. Cuilibet quidem de populo id licere dixi: me tamen uno excepto, qui neminem unquam unum de *Societate* nec dicto nec facto (quamvis ultro, nunc cum maxime, laceſſitus) laeſiſſe comperior.

tem nolueris, adhibeam (8) tibi tormenta horrifica, quae te fortiter laniabunt: quae tormenta dum Deus tuus, quem colis viderit, pertimeſcet. Sanctus autem Januarius reſpondit: Obmuteſce infelix, & noli in actibus meis, Creatori omnium tam inepta proferre, qui condidit coelum, & terram, ne audiat Dominus Deus tantam blaſphemiam, quae per os tuum procedit, & interficiat te (9) & eris ut mutus & ſurdus non audiens, & ſicut caecus non videns. Haec audiens tyrannus Timotheus, S. Januario dixit: Numquid poteſtati tuae eſt, ut quibus volueris maleficiis, praevaleas mihi tu, aut Deus tuus? S. Januarius reſpondit: Poteſtas mea nihil eſt, ſed eſt Deus in Coelo, qui tibi poteſt reſiſtere, & omnibus, qui obediunt, & conſentiunt tibi. Et haec cum dixiſſet, juſſit eum tyrannus Timotheus in carcerem recipi: & iratus vehementer, juſſit per triduum (10) cami-

(8) Aut *Adhibeam* pro *adhibebo* eſt, aut pendet a ſuperiore *Hortor.* Nim. *Hortor te . . ut adhibeam*. Genus locutionis a communi ſenſu abhorrens.

(9) Nimirum interfectus ubi fuerit, tum demum mutus & ſurdus fit. Quis non poſt ultima fata talis? Pulchra vero amplificandi ratio per orationis decrementa hinc primum diſcitur. Poſt duos verſus repone *poteſtatis*.

(10) *Per triduum* ne? Cui bono? Nam ubi per duas treſve horas ſuccenderis; nihilo plus poſtea per triduum imo & per triennium effeceris. Haec quidem inepte dicta parum moror. At illud aegre eſt, quod eadem in Diocletianeae vexationis ingenium offendunt: quod ſi ſcriptori iſti innotuiſſet, nae ille ne per horae quidem quadrantem excalfeciſſet caminum. Quid ita? Quia hoc commune Decianae cum Diocletianea inſectatione fuit, ut ſancti confeſſores per lenta & diuturna ſupplicia tentati, vel ſic tandem delaſſati deficerent animis & conſentirent. Nec alia mens Valeriano paullo ante fuerat, ut eleganter deſcribit Prudentius Hymno in S. Laurentium; ubi Praefectum loquentem facit.

Votiva mors eſt Martyri . . . .
Sed non volenti impertiam,
Praeſtetur ut mortis citae
Compendioſus exitus...
Vitam tenebo, & differam
Poenis moratum jugibus,
Et mors inextricabilis
Longos dolores protrahet.
Prunas tepentes ſternite,
Ne fervor ignitus nimis
Os contumacis occupet,
Et cordis intret abdita.
Vapor ſeneſcens langueat,
Qui fuſus afflatu levi,
Tormenta ſenſim temperet
Semi-uſtulati corporis.

Verum Decio & Valeriano miſſis, ad Diocletianeae vexationis inſtitutum venio, cui hoc commune cum Deciana fuit, uti Martyres ſegnibus ſuppliciis fatigarentur: idque in flamma praecipue, qua ceteroqui nihil violentius, ſi intenſior eſſet. Itaque ſub Diocletiano plerumque Confeſſores non rogo, ſed craticulis, quibus lentior ignis ſubſterneretur, imponebantur. *Alii* (inquit Euſebius in ejus perſecutionis deſcriptione cap. 16.) *craticulis impoſiti, non ad mortem uſque, ſed ad diuturnitatem ſupplicii torrebantur*. Atque hoc illud eſt *legitime coqui* apud Lactantium: apud quem, qui Nicomediae laceravit perſecutionis edictum, *legitime coctus* dicitur; quia ſcil. craticulae impoſitus ea ratione, quam impia lex praeſcribebat, lentiſſime aſſatus fuit. Hanc legitimam

minum ſuccendi, & illuc Beatum Januarium projici praecepit. Sanctus vero Januarius Crucem Domini in fronte fixit, & ingemiſcens in Coelo ſurſum aſpexit; & expandens manus ſuas ingreſſus eſt in caminum ignis ardentis, & Dominum Salvatorem omnium collaudabat, dicens: Domine Jeſu Chriſte propter nomen tuum ſanctum, hanc paſſionem libenter amplector, & omnem promiſſionem, quam diligentibus te promiſiſti, expecto. Exaudi me orantem ad te, & eripe me de hac flamma, Domine, qui adens (11) fuiſti tribus pueris in camino ignis ardentis, Ananiae, Azariae, & Miſaheli: adeſto nunc mihi in confeſſionem iſtam, & eripias me de manu inimici hujus. Et haec dicens, coepit Beatus Januarius, in medio fornacis ignis cum *Sanctis* (12) *Angelis* deambulare, benedicens Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum.

P 2 3. Cum

mam uſtulationem ita eodem lib. Lactantius deſcribit: *cum deligati fuiſſent, ſubdebatur primo pedibus levis flamma tamdiu, donec callum ſolorum contractum igni, ab oſſibus revelleretur. Deinde incenſae faces & extinctae admovebantur ſingulis membris, ita ut locus nullus in corpore relinqueretur intactus. Et inter haec ſuffundebatur facies aqua frigida, & os humore abluebatur, ne areſcentibus ſiccitate faucibus, cito ſpiritus redderetur: quod poſtremo accidebat, cum per multam diem decocta omni cute, vis ignis ad intima viſcera penetraſſet. Hinc rogo facto cremabantur &c.* Nec abſimilis fuit Petri cubicularii Imperatoris lenta combuſtio apud Euſebium in ead. perſec. cap. 7. Nam poſt plures cruciatus, *Craticula*, inquit, *& ignis in medium affertur; & reliqua corporis ipſius, inſtar carnium quae ad cibum parantur, igne aſſata ſunt, idq. non ſimul ac ſemel, ſed paullatim: ne ſcil. celeri exitu defungerentur. Nec carnifices, qui eum rogo impoſuerant, dimittere illum ſinebantur, niſi prius juſſis poſt tot cruciatus adquieviſſet. Verum ille . . . victor ipſis in tormentis animam exhalavit.*

Ergo, ut eo redeam, triduana camini ſuccenſio non eſt ex Diocletianeae inſectationis, ſed ex ineptorum aevi medii fabulatorum ingenio. Mitto hîc quod camino includi puniendos non Romanum (quo tempore caminus ad ſe calefaciendum, aut cibos coquendos valebat, & a camino veterrimo diſcrepabat) ſed Babylonicum eſt, & ex hiſtoria trium puerorum (in lib. Danielis) expreſſum inſulſe. Ante Diocletianum quoties comburi cito confeſſores placuit, numquam illi camino includebantur, ſed rogo imponebantur. At rogo ſucceſſere ſub Decio & Diocletiano craticulae ad cruciatûs diuturnitatem.

De eo quod Januarius nullis antea tentatus quaeſtionibus, ſtatim initio, & quidem indemnatus, camino abſumendus includitur; ac deinde martyres omnes pariter indemnati urſis traduntur, mox alibi opportunius conquerar.

(11) Novum ab *Adſum* participium: quod non alibi invenias, niſi apud infimae Latinitatis ſcriptores. Nam ab iſto *Adens* certe *Adentia* (pro' *praeſentia*) proficiſcitur. Exſtat in charta Creſimyri regis Dalmatiae an. 1059. uſurpatum apud Cangium ex Jo. Lucio in Hiſt. Dalmatiae II. 15. *Illud in audientia & ADENTIA praelibatorum aſtantium autorizo.*

(12) Vnde deambulaſſe cum Angelis ſciri potuit, cum caminus concluſus eſſet? Nam mox praeſes diſerte dicitur *aperiri juſſiſſe*. Sed nimirum caminus trium puerorum imitandus fuit, nequid ad ciendam admirationem deeſſet.

Digitized by Google

3. Cum audiviſſent milites, qui circa fornacem erant, Sanctum Januarium de camino Dominum collaudare, timuerunt timore magno, & curſum rapidiſſimum arripientes nunciaverunt Praeſidi dicentes, Rogamus te Domine Praeſes, ne indigneris nobis; audivimus enim vocem Januarii de camino, invocantem Dominum ſuum, & magno timore conterriti in fugam converſi ſumus. Timotheus vero Praeſes haec audiens, juſſit caminum ignis aperiri; & cum apertus fuiſſet, eructavit (13) flamma ignis, & devoravit incredulam partem paganorum, qui circa fornacem fuerunt. Sanctus autem Januarius apparuit in medio flammae ignis, glorificans Dominum Jeſum Chriſtum; ita, ut nec veſtimentis ejus, nec capillis ejus ignis potuerit dominari. Timotheus vero cum haec audiſſet, juſſit eum ſuis conſpectibus praeſentari, cui & dixit: Quid eſt hoc, Januari, quod praevaluerunt magiae tuae, quas facis? Variis tormentis te faciam interire. Beatiſſimus Januarius reſpondit. Nunquam bene tibi ſit crudelis tyranne, ut a Veritate Chriſti alienetur ſervus ejus, & pertimeſcens faciam quod dicis: ego autem in Domino ſperabo, & non timebo quid faciat mihi homo. Et haec dicens, juſſit eum Praeſes in cuſtodiam reduci.

4. Alia vero die mane facto, juſſit Timotheus Praeſes, in foro ejuſdem Civitatis, tribunal ſibi parari; & ſedens pro Tribunali, Beatum Januarium ante ſuum aſpectum adduci praecepit; cumque praeſentatus fuiſſet, Timotheus Judex dixit ad eum: Quouſque infelix non conſentis ſacrificare invictiſſimis, & immortalibus diis, accede jam, & thura offer; ſin autem nolueris, gladio te jubeam (14) interfici: & ſi poteſt Deus tuus, liberet te de manibus meis. Sanctus autem Januarius dixit ei: Tu neſcis, quia potentia Dei magna eſt. Vtinam temetipſum ad poenitentiam perduceres! ut vel ſic indulgeret tibi Deus meus; de quo dicis, impotentem eſſe me liberare de manibus tuis. Sed cum haec dicis, theſaurizas tibi iram in die irae. Praeſes vero audiens, & non tolerans hunc ſermonem, juſſit, ut nervi ejus excluderentur a corpore. Beatus autem Januarius orabat ad Do-

(13) Expreſſum ex Dan. III. 48. *Et erupit* (flamma) *&* *incendit quos reperit juxta fornacem de Chaldaeis*.

(14) *Jubeam* pro *Jubebo*, ſicuti ſupra *Adhibeam* pro *Adhibebo*: de quo Adnot. 8. Nec illud in fine ſectionis quintae caſtigatius eſt. *Vna cum SS. Martyrib... Soſium.. Proculum.. Euticetem & Acutium ad urſos traderentur*. Pro *Soſio Proculo* &c. Ita videlicet quarto quintove ſaeculo [quando haec Acta elucubrata Cl. Stiltingus dubitari vetat] ſi ſuperis placet, ſacri ſcriptores uſurpabant. At, inquis, multo plura Bononienſibus inſidere menda vidimus, quae librariis tribuimus. Age: & haec eoſd. amanuenſes auctores habeant. Verum hoc diſpar, quod ubi ſoloeca de Bononienſib. detraxeris, jam tota oratio proprietate ejus temporis, gravitate, & interna Spiritûs unctione recreat: cum contra hîc, praeter conferta nullo cum judicio Scripturae loca, & ea quae de Bononienſib. carpſit, cetera quamvis theatralia, vel ſic tamen ſunt prorſus inſipida.

Digitized by Google

Dominum, dicens: Domine Jeſu Chriſte, qui ab utero matris meae, non me dereliquiſti uſque in finem; ita & nunc exaudi me ſervum tuum ad te clamantem: & jube me iſtud ſeculum derelinquere, & ad tuam miſericordiam pervenire. Haec cum oraſſet Beatus Januarius, juſſit eum Praeſes in carcerem recipi, cogitans quemadmodum perderet eum.

5. *Recluſo itaque Beatiſſimo* Januario Martyre (15) *in arcta cuſtodia carceris, a militibus cuſtodiebatur. Quod cum* duo ex Clero ejus, ideſt Feſtus Diaconus, & Deſiderius Lector audiſſent, *quod Beatus* Januarius Epiſcopus, *carceri fuiſſet mancipatus;* inflammati a Spiritu Sancto, ſtatim exeuntes de Civitate Beneventana, venerunt in Civitatem Nolam; ubi Sanctus Januarius Epiſcopus, ab impiiſſimo Timotheo in vinculis tenebatur. Agebant flentes, & dicentes: *Quare tantus, ac talis vir tenetur in vinculis;* quid enim criminis admiſit? ubi enim non ſubvenit periclitantibus? quis enim ab eo aeger viſitatus, non ſtatim ſalvatus eſt? quis ad eum triſtis advenit, & non gaudens diſceſſit? Mox eorum verba ad Judicem pervenerunt: quod dum Timotheus Judex audiſſet, cum ſumma feſtinatione juſſit eos teneri; & cum beato Januario martyre ſibi juſſit praeſentari: quibus praeſentibus Timotheus Judex dixit Beato Januario: *Quî (16) tui ſunt iſti? Sanctus Januarius reſpondit: Vnus Diaconus meus eſt, & alter Lector. Judex dixit: Et ipſi Chriſtianos ſe eſſe manifeſtant? Sanctus Januarius reſpondit: Etiam: nam ſi eos interroges, ſpero in Deo meo Jeſu Chriſto, quod nec ipſi, ſe Chriſtianos eſſe negabunt. Qui interrogati a Judice dixerunt: Chriſtiani ſumus, & parati ſumus mori pro Dei amore.* Tunc Timotheus Praeſes irâ repletus, Sanctum Januarium Epiſcopum, una cum Feſto Diacono, & Deſiderio Lectore ferro vinctos, juſſit ante currum ſuum protrahi in Civitatem Puteolanam: conſtituens, ut una cum Sanctis Martyribus, quos illic cum vinculis cognoverat detineri (17) ideſt Soſium Miſenatis Eccleſiae Diaconum, & Proculum Puteolanae Eccleſiae Diaconum, & duos laicos Euticetem & Acutium, ad urſos traderentur.

6. Et dum in Civitatem Puteolanam perducti fuiſſent, *juſſit eos* Timotheus Praeſes *in cuſtodiam recipi, & alia die arenam parari; ut una cum Sanctis Martyribus ad urſos traderentur.* Qui dum recluſi fuiſ-

(15) Quaecumq. hîc *curſivo*, uti vocant, charactere exhibuimus, ea ex Bononienſium tertia ſectione media (ſup. p. 27.) ſunt totidem huc verbis transfuſa. Idem judicium de ceteris *Italico* charactere deſcriptis; uti hac ipſa ſectione ubi ad interrogationem venitur.

(16) Male ex Bononienſibus haec Vaticanus deſcripſit. Ibi ſect. 3. legitur: *Et hi* (Feſtus & Deſiderius) *quid? tui ſunt?* Quare & hîc ſcribendum fuit: Quid? tui ſunt iſti?

(17) Eadem, quae hîc, de carcere Puteolano leguntur ſup. extremâ ſect. 1. Vide ibi quae Adn. 7. contra Cl. Stiltingum notavi.

ſi fuiſſent, oſculabantur capita omnium Sanctorum, Beatiſſimus Januarius Martyr exhortabatur eos, dicens: Benedictus Dominus Deus qui facit mirabilia magna ſolus; qui me huc direxit, ut nec paſtor ſine grege, ſic (18) nec grex a paſtore videatur divelli: *Alia vero die* ſecundum *juſſum Judicis, paratur arena in Civitate Puteolana, adducuntur Sancti ad amphitheatrum*: veniens autem impiiſſimus Timotheus Praeſes ſedens in ſpectaculo, juſſit feras laxari. Cumque fuiſſent dimiſſae, Sanctus Januarius, ſicut bonus Paſtor in medio eorum poſitus, ait: Eja fratres arripite ſcutum fidei, & exclamemus ad Dominum adjutorem noſtrum, in nomine Domini, qui fecit Coelum & Terram. Ita vero adfuit miſericordia Domini, ut ante pedes Beati Januarii Martyris, ac ſi oves, capite demiſſo ipſae ferae adcurrerent.

7. At Judex inſanus non credens, remotis feris, *juſſit Sanctos Dei de Amphiteatro tolli*, & in forum adduci. *Qui ſedens pro Tribunali, dictavit* (19) *ſententiam dicens: Januarium Epiſcopum, Soſium*, Proculum, & *Feſtum Diaconum, & Deſiderium Lectorem*; & Euticetem, & Acu-

(18) Iſtud *Sic* prorſus ſuperfluit.

(19) *Nullus in Vaticanis juris ordo, ſive in interrogando ſive in ferenda ſententia. Duplex Vaticanorum σφάλμα: prius de non lata, ubi oportuit, ſententia: alterum de lata, cum non neceſſe fuit: at contra in Bononienſibus omnia ex juris formula recte & ordine facta narrantur.*

In tanta Vaticanorum prolixitate nullum interrogationis veſtigium exſtat praeter quam ſect. 5. ubi Januarius non de ſe, ſed de Feſto & Deſiderio, hi vero duo de ſe ipſis interrogantur, idq. voculis pauciſſimis illis, quas Auctor ex Bononienſibus mutuatus eſt totidem verbis. Niſi quod in Bononienſibus eſt integra examinatio, ac pulchre ſe habet: at in Vaticanis tam perſpicua eſt mutilatio, ut in oculos incurrat. Conferat utramq. lector.

Jam ad ſententiam venio. Juris Romani, (ut paucis expediam) ea formula fuit, ut ad poenas inferendas duplici modo procederetur. Poenam non capitalem, quae *caſtigatio* aut *emendatio* vocabatur (cujuſmodi ſunt equuleus, ungulae, fuſtigatio, admotae lampades & ſimilia plurima) judex de plano & extra velum irrogabat; dumq. id faceret, *Interloqui* dicebatur. At demum ubi ad capitalem poenam deveniendum erat, tum obducto velo, dictabat ſententiam, eamque mox velum egrediens, ex tabella legebat. Hic ordo judiciorum tum aliunde tum etiam ex pluribus Actis Martyrum perſpicitur. Ad ſpecimen affero pauca quaedam ex pulcherrimis S. Euplii Siculi Actis cedro digniſſimis, qualia apud Ruinartum exſtant pag. 406. 407. In iis num. I. legitur: *Calviſianus Conſularis INTERLOCVTVS dixit: Quoniam innotuit ejus confeſſio* (per illa ſuperiora quae dixerat in prima confeſſione) *interrogetur ſub tormentis: tradatur tortoribus*. En quale poenarum genus judex de plano, & extra velum interloquens inferebat. Cui & ſimile eſt illud quod mox num. II. legitur: *Calviſianus INTERLOCVTVS dixit: Euplius . . . torqueatur* . . . At ubi poſtea num. III. judex velum ingreditur, tum pro tribunali ſententiam dictat, eamq. foras egreſſus ex tabella legit: *Calviſianus*, inquit, *intra velum interius*

Digitized by Google

rius ingrediens , *ſententiam dictavit* . *Et foras egreſſus afferens tabellam* , *legit* : *Euplium Chriſtianum* &c. *capite animadverti jubeo*. Sic etiam apud eumdem pag. 394. num. IV. Judex *Sententiam ſcriptam legit* : *Agapen & Chioniam* . . . . *igni tradendas jubeo*. Mox idem judex num. VI. in fine *Cum chartam petiiſſet* , ſententiam eamdem contra Irenen ſcripſit, ut vivens ſcil. combureretur. Adde haec quoq. ex Actis SS. Claudii , Aſterii &c. anno 285. *Lyſias introgreſſus* , *obduxit velum* , *& poſt exiens* , *ex tabella recitavit ſententiam dicens* : *Claudius* , *Aſterius* , *Neon* ... *cruci affigantur* , *& corpora eorum avibus laceranda relinquantur*. Exemplis pluribus abſtineo, cum ſint in propatulo.

His praelibatis, quis dubitat in Bononienſib. omnia rite facta? Soſii interrogatio inter *Ergaſtulum* & *Arduam cuſtodiam* (uti ad ſect. 3. pag. 88. Adnot. 29. oſtendi) peracta fuit; etſi (quia haec Acta primario non de Soſio, ſed de Januario agunt) ea quaeſtio non deſcribitur , ſed nutu tantum ſignificatur. At Januarii, Feſti & Deſiderii examinatio mox ibid. eleganter ex actis judicialibus recitatur . Hanc imitari volens Vaticanus ſect. 5. totidem quidem verbis in Feſto & Deſiderio interrogando , eam deſcripſit , ſed mutilam.

Deinde in eiſdem Bononienſibus ex verbis Arenarii (ſect. 4. *Jam tardius eſt Domine : audire eos modo non potes*) aperte colligitur, eos antequam urſis objicerentur, fuiſſe rurſus interrogandos, an in ead. confeſſione perſiſterent , ut ſi perſeverarent, tum dictata ſententiâ ita demum in eos ferae laxarentur. At in Vaticanis Januarius nec interrogatus, nec latâ ſententia damnatus, in fornacem abſumendus includitur : deinde Sancti omnes nec auditi, nec in eos dicta ſententiâ, urſis traduntur: cum tam ignis quam ferae ſint capitales poenae, quas inauditis & indemnatis irrogare numquam (niſi tantum in dicaſterio Stiltingi Cl.) licuit licebitque : nec unquam factum, niſi ubi ob judicis populive impotentiam [quorum hîc nullum veſtigium] jura violarentur.

Dixerit Vir Ornatiſſimus , in omnes quidem rite latam fuiſſe ſententiam , antequam feris traderentur : ſed eâ juris ſollemnitate narrandâ Vaticanum ſuperſediſſe . At idem quo ore eâ utatur exceptione ? qui quidem ad Bononienſia Acta damnanda hoc pluries ad ravim uſque vociferatur , quod Proculi , Eutychetis & Acutii interrogatio non deſcribatur ? quos tamen non modo breviter auditos , ſed & pari cum ceteris ſententia involutos credere debuiſſet.

Verum in Viri ornatiſſimi gratiam largiamur omnia . Age : Januarius antequam camino includeretur , itemq. Septemviri omnes antequam urſis objicerentur , primum legitima quaeſtione habita , deinde latâ ſententiâ (quamvis utrumq. impune ſcriptor Vaticanus pari ſilentio involverit) capite damnati fuerint . Mirare hîc lector, quam liberaliter cum eo agam , qui ob id ipſum tam injuſta ſeveritate Bononienſia carpſit laceravitque. Ergo, uti dixi , antequam Martyres in arenam pertracti fuiſſent , jam legitime (tacente quamvis Vaticano) damnati fuerant . Verum ſi ita ſe res habuit ; quo illa repetita capitalis ſententia , qua iidem illi nunc decollari jubentur ? Hoccine dicas : feris in cavea miteſcentibus, ne impune confeſſoribus eſſet , fuiſſe iterandam ſententiam , qua iis capita abſcinderentur ? Atqui quotquot Acta Martyrum ſinceriſſima exſtant , in iis , ubi quis ſententiâ ejuſmodi , quae vitam adimeret , affectus fuit , ſi Divinae potentiae viribus ſive ab igni intactus abiiſſet , ſive gurgitibus illaeſus ſupernataſſet , ſive beſtia-

ſtia-

& Acutium cives Puteolanae Civitatis, *qui ſe Chriſtianos eſſe profeſſi ſunt*, & Diis libamina, vel Imperatorum praecepta *contempſerunt*, *capite caedi jubemus*. Beatiſſimus autem Januarius aſpiciens in Coelum, dixit: Domine Jeſu Chriſte, qui deſcendiſti de altiſſimis pro redemptione humani generis, erue, & libera me de manu inimici hujus: & deprecor te Domine Deus meus, ut ulciſcaris (20) in tyranno Timo-

ſtiarum ad ejus pedes eum obſequio procumbentium rictûs evaſiſſet; ubi poſtremo ad capitis amputationem ventum fuit, numquam repetenda ſententia viſa eſt, verum de plano judex ac tantum interloquens illum decollari jubebat. Exemplo ſint Acta SS. Tarachi & ſoc. apud Ruinartum pag. 446. cap. XI. ubi poſtquam SS. Confeſſores beſtias ſibi obſequentes experti fuiſſent, *Tunc* [ait epiſtola fidelium Iconienſium] *Maximus* [judex] *ira repletus vocavit ad ſe Terentianum ſacerdotem* [Acta Graeca cap. X. Κιλικάρχην vocant, h.e. Communis Ciliciae ſacerdotem, ad quem muneris apparatio pertinebat] *& juſſit* [nulla prolata ſententia, verum de plano & interloquens] *gladiatores introduci*, *ut ſanctos Dei Martyres gladio interficerent*. Pluribus exemplis abſtineo.

Atq. ego cum omnia Vaticanis Cl. Stiltingi gratiâ condonarim; hoc ultimum ſententiae peccatum (quae ubi primum oportuit, neglecta fuit: ubi vero neceſſe non erat, quippe in affectos jam capitali ſententia, tunc ſupervacue dictata fuit) hoc, inquam, flagitium ingens largiri nequeo.

Atqui ita, opinor, ſecum Vaticanus auctor reputabat: Actis a ſe elucubratis, ſi quidem ſententiae latione carerent, id omnes vitio verſuros. Itaq. cum ſententiae conceptionem ſuopte marte extundere non ſatis valeret; eam a Bononienſibus mutuari coactus fuit. Ex eo vero factum, ut quae ſententia in Bononienſibus loco ſuo, utpote in nondum ante damnatos, appoſite dictata fuerat, eam verbis totidem Vaticanus loco non ſuo (quippe in jam capitis h. e. ad beſtias praedamnatos, quamvis iis beſtiae peperciſſent) luxatam, inquam, ſententiam ac loco dimotam pronuntiavit.

Atq. hinc illud etiam obiter videre ac manu tangere cuilibet licet, nim. quaecumque iiſdem verbis in Bononienſibus ac in Vaticanis leguntur, ea in Bononienſibus cum ceteris narrationibus ſtylo conſentire, ac locum ibi ſuum cum ceteris decenter tueri: cum contra in Vaticanis eadem ſtare recto talo nequeant, atq. ex luxaturae vitio gemitus ingentes cieant, niſi manu medica reponantur, h. e. niſi Bononienſibus, unde avulſa fuerant, reſtituantur. Sed de communibus lectionibus, (quantopere ſcil. a συνεχείᾳ Vaticanorum abhorreant, cum reliquâ vero Bononienſium texturâ apte conſentiant) alibi mihi ſermo fortaſſis redibit.

(20) Non id agam ut imprecationem hanc, ſancti Confeſſoris exiſtimationi indecoram, deteſter, cum diu ante id Tillemontius egerit, qui & plura alia in hac S. Januarii hiſtoria ſcite improbavit. Eum vide in mea Admonitione ſup. pag. 9. Adn. V. At vero in hac ead. imprecatione ita perturbatâ oratione Martyr utitur, quaſi ſi ſermo conturbato imprecantis animo obſecundarit. Nam primo ambos oculorum orbes Timotheo *eruit*, mox eoſdem *evellit*, ad ultimum (quaſi ſcil. *eruti* & *avulſi*, adhuc videndi munus in Timotheo obire poſſent) eoſdem obcaecat. Nempe ea erat quarti quintive ſaeculi (jam tum Vaticana ſcripta vult Noſter) ſermonis proprietas.

Digitized by Google

motheo, quae geſſit in me ſervum tuum; ut eruas, & evellas, & obcaeces oculos ejus. Et ſubito caecus factus eſt. Tunc oravit S. Januarius ad Dominum, & dixit: Gratias tibi ago Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui exaudiſti ſervum tuum, & diſperdiſti oculos Timothei impii: quare multae animae propter ipſum ad perditionem daemonum converſae ſunt.

8. Tunc tyrannus Timotheus invalidis oculis cruciabatur, & dolor magnus in eo creſcebat. Converſus clamare cœpit, & dicere Officio: Citius euntem Januarium ad me revocate. Euntes vero Miniſtri, invenerunt illos a carnificibus per clivum, qui ducit ad Sulphotaream trahi: revocantes vero Beatum Januarium, ſtatuerunt eum ante Praeſidem. Totus quippe (21) ad ſpectaculum populus utriuſque ſexus confluebat. Timotheus vero cum ingenti rugine coepit clamare, & dicere Beato Januario: Januari ſerve Dei excelſi, ora pro me Dominum Deum tuum, ut lumen poſſim recipere, quod amiſi. Tunc Sanctus Januarius erigens oculos ad Coelum, dixit: Domine Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob exaudi orationem meam, & jube Timotheo indigno oculos reſtitui; ut ſciat omnis populus, qui aſtitit, quia tu es Deus, & non eſt alius praeter te: nos enim malum pro malo non reddimus. Et cum complevisset orationem Sanctus Januarius, aperti ſunt oculi Timothei. Videntes autem turba mirabilia, quae per Beatum Januarium Martyrem, Dominus operatus eſt; multi ex circumſtantibus crediderunt in Dominum Jeſum Chriſtum, animae fere (22) quinquemillia clamantes, atque hujuſmodi dantes vocem ad coelum: Non timeatur tanti, taliſque viri Deus? (23)

Q ne

(21) Nec a ſuperiore improprietate deflectit τὸ αἰτιολογικὸν *quippe*. Quia nim. turmatim populus ad decollationis ſpectaculum confluebat, idcirco *ſtatuerunt Januarium ante praeſidem*. Ita loqui amat hic ſcriptor, ubi Bononienſi paedagogo, verba ſibi praeeunte, relicto, parumper de ſuo balbutit. At verſu hinc altero quid *Ruginem* vocet (*cum ingenti*, inquit, *rugine*) non aſſequor. Falconius inferne in var. lect. pro *rugine* affert *rugitu*. At equidem fuiſſe e ſcriptoris manu τὸ *Rugimine* initio profectum puto: ex quo amanuenſes illud *Rugine* fecerint, ſciolus tandem aliquis id in *Rugitu* mutaverit.

[22] Duplo fere plures quam ad primam Petri concionem Act. II. 41. ubi tria millia non amplius convertuntur. Nam qui deinde numerus Act. IV. 4. exſtat (ubi dicitur, *Factus eſt numerus virorum quinq. millia*) is numerus ex pluribus ſubinde converſionibus coaluit. At hîc nihil modeſte, nihil temperate dicitur: omnia ad ſupremum extolluntur. Ne urbs quidem tota Puteolana [quae ſub Diocletiano principe nimium diminuta erat] a multo plus quinq. millibus civium incolebatur. Poſtremo portentoſa totius fere urbis ad Chriſti fidem converſio ſi vera fuiſſet, potuiſſet ne involvi ſilentio a Chriſtianis ſcriptoribus? potuiſſet a gentilibus ipſis taceri?

[23] Poſt *Deus* deerat in textu interrogandi nota, quam ſupplevi. At ne ſic tamen in eo, quod ſequitur, conſtat συνέχεια.

ne forte ulciſcatur anguſtias, mortemque ejus, & omnes nos pariter pereamus. Erat (24) autem ipſe Beatiſſimus Januarius & corpore. & mente pulcherrimus. Tunc impiiſſimus Timotheus Præſes videns tantam turbam converſam ad Dominum, turbatus eſt: & ne famulus Domini Januarius coronà (25) fraudaretur; timens juſſa Principum, juſſit Praeſes militibus ſuis, ut eum celeriter traherent, & cum Sanctis Martyribus decollarent.

9. *Qui cum omnes ad martyrium ducerentur, quidam ſenex pauperrimus, ſperans ſe aliquid beneficii recepturum; oppoſuit ſe Beato Januario provolutus pedibus ejus; rogans eum, ut aliquid de veſtimentis ejus mereretur accipere. Beatus vero Januarius dixit ei: Poſt decollationem meam, orarium meum, de quo mihi oculos ligavero, ſcias me tibi eſſe daturum.*

10. *Mater quoque Sancti Januarii, in Civitate Beneventana poſita; ante triduum, quam filius ejus pateretur,* tale ſomnium vidit: *quod Januarius Epiſcopus in aerem ad cœlum volabat: & cum de ſomno ſuo haeſitaret, & interrogaret, quid velit eſſe; ſubito* nunciaverunt ei, *quod filius ejus Januarius, pro Dei amore in vinculis teneretur. At illa perterrita, proſternens ſe,* Domino *in orationem ſanctum reddidit ſpiritum.*

11. *Interea Sancti dum* pervenirent *ad locum, ubi decollandi erant, ideſt ad Sulphotariam, S. Januarius flectens genua ſua ad orationem, dicebat: Domine Deus omnipotens, in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et erigens ſe, accepto orario,* ſuos *oculos ſibi ligavit; & flectens genua ſua, manum cervici oppoſuit, & ſpiculatorem, ut feriret, rogavit. Spiculator autem cum magna virtute percutiens, digitum manus Sancti Martyris Januarii ſimul cum capite abſcidit. Similiter & omnes Sancti (26) martyrium ſuſce-*

[24] Quid hic facit intempeſtiva iſta pulchritudinis Januarii mentio? Sinamus Martyrem de donis gratiæ in Domino gloriari.

[25] Ideo ne Timotheus Januario caput abſcindit? Non odio quidem, ſed *ne famulus*, inquit, *Domini corona fraudaretur*: alioqui ſcil. condonaturus. Id ſi vult; dixeris hunc pie crudelem fuiſſe, ac, ſi non aliud, laudaveris in eo ſaltem ſaevitiae ſcopum; ſaevit enim, uti coronet.

Verum me jam ipſe recipio. Nam quamvis quaeque praecedunt, quaeq. poſt ſequuntur, omnia de judice dicantur; tamen totum iſtud quod interponitur [*ne Januar. corona fraudaretur*] ſi recte mentem ſcribentis intueor, ad Deum pertinet, non permittentem corona fraudari Januarium. Ea nim. eſt admiranda perſpicuitas ſcriptoris hujus, ut Oedipo ſit ſemper opus, quo minus illum condemnes. Jamq. ad finem Vaticanorum ventum. Nam quae a ſect. nonâ jam ſequuntur, ea ex Bononienſibus huc tranſmiſſa fuere, ut ex Italico charactere dignoſci juſſi. Quae ſi cum ſuperiore Vaticanor. peculio componas, facile ſenties, quid diſtent aera lupinis.

[26] Deeſt hic τὸ *Decollati ſunt*: quod ſcil. Vaticanus auctor in Bononienſibus ſupervacue poſitum credidit. Verum etiam ſi nihil in eo quod ſequitur lateret μυστικώτερον [quam ſublime vero myſterium contineat, quod ſequitur illud: *Martyr. exceperunt ſempiternum*, expoſui ſup. pag. 95. ſeq.] verum, inquam, vel ſi hinc

ſuſceperunt ſempiternum. Sanctus autem Januarius, poſt decollationem ſuam apparuit ſeni illi evidenter; & dedit ei orarium, unde ſibi oculos ligaverat, ſicut promiſerat deprecanti, cuique dixit: Ecce quod tibi promittebam. *Ille accepto orario, cum ſummo bonore abſcondit in ſinum ſuum. Spiculator autem, & alii duo de Officio videntes ſenem irridebant, dicentes ei: Accepiſti, quod tibi promiſerat ille, qui decollatus eſt? At ille dixit eis: Etiam. Et oſtenſo eis orario, recognoverunt eum, & admirati ſunt.* (27) Eodem

Q 2 vero

hinc abeſſet myſterium, tamen τὸ *Decollati ſunt* non omittendum fuerat: alioqui quo mortis genere hi ſex ſublati fuerint, ignores. Atqui ſi mea legeris [ſup. p. 93. ſeq.] utrumq. comma in Bononienſib. poſitum, neceſſarium exſtitiſſe intelliges: prius, ut ſcias paſſionis genus, alterum uti noris, quodnam Dei χάρισμα ſit, quod conſequitur mortem pro Chriſto obitam. Ac vel ex hoc uno loco diſce, communes has ſectiones in fundo primum Bononienſi natas, deinde ita in ſolum alienum fuiſſe traductas, ut ex mutato nativo ſolo non parum detrimenti contraherent.

(27) Quod priores octo Vaticanae ſectiones immane quantum a prioribus quinque Bononienſibus diſcrepent, nihil mirum; quia Bononienſis auctor nudam hiſtoriae veritatem ſibi quarto ſaeculo compertam ſecutus, nefas duxit admirabilia ſuopte ingenio cudere, quod Vaticanus fecit.

At poſtquam ambo ſcriptores inter ſe a ſect. 9. concordes coepere progredi; ſperares, ad finem uſq. uno ore proceſſuros. Tamen hîc rurſus dividiae oboriuntur. Nam Vaticanus narrationem de Timotheo divinitus torto & perempto inſercit, quae a Bononienſibus abeſt. Atqui in ſuperioribus ſatis capio pugnae cauſam, quia ſcil. cum attritu mutuo amborum narrationes colliderentur; in iis narrationibus neuter alterum ſequi potuit. At poſtquam in ultimo actu Martyrii conſentire coeperunt, cur haec de praeſidis infeliciſſimo caſu narratio a Bononienſib. abeſt, cum ea nihil cum toto ſyſtemate Bononienſi pugnet?

Verum hoc unum ex illis argumentis eſt, quae oſtendant, communes quinque ſectiones ab auctore Bononienſi primitus eſſe profectas, ac diu poſtea a Vaticano ita tranſcriptas fuiſſe, ut tragicum judicis interitum ad animos ſtupore percellendos hîc de ſuo infarciret: non vero contra. Nam ſi forte hae ſectiones quinq. communes primitus ab auctore Vaticano conſcriptae fuerant, ac poſtea a Bononienſi deſcriptae; quaero, cur Bononienſis cetera exſcripſit de martyrio omnia, tamen judicis interitum ſilentio tranſiluit? qui tamen interitus cum ſuis narrationibus optime componi poterat, tantummodo *Timothei* nomine in *Dracontii* permutato. Anne incredibilem credidit? Non poterat prorſus incredibilem credere, qui ſciret exitum Antiochi regis, quiq. infelices mortes perſecutorum ex aureo Lactantii libro didiciſſet. Si ergo Timothei repentina punitio non incredibilis; cur quaeſo Bononienſis [ſi quidem Vaticano poſterior] eam non exſcripſit, invidus Januarii gloriae? Cur, inquam, niſi quia non ipſe poſterior a priore Vaticano ultimas ſectiones quinque [inter quas mors Timothei exſtat] ſed contra Vaticanus ex Bononienſi illas ſublegit: qui Vaticanus ne continenter omnia illinc contraheret, filum tranſcriptarum ſectionum illarum interrupit, interpoſito judicis exitu commentitio.

Cete-

vero die, quo Beatus Januarius cum Sanctis Martyribus decollatus eſt, Timotheus crudeliſſimus torqueri crudeliter coepit, & voce magna clamabat, dicens: Crucior ego miſer propter ſervum Dei Januarium: ve, inquit, mihi: quia multa impietate in Dei ſervum Januarium me ingeſſi, has poenas recipio: Angelus autem Domini cruciat me. Et cum diu torqueretur, emiſit ſpiritum.

12. *Chriſtiani vero diverſarum Vrbium, cuſtodiebant corpora Sanctorum, ut ea noctu raptim tollerent, & in Civitatibus ſuis ſepelienda portarent: & cœperunt occulte ſollicite obſervare, & facta nocte, univerſis dormientibus, ſilentii orâ noctis, apparuit Sanctus Januarius uni eorum, qui parati erant corpus ejus tollere, & dicit ei: Frater, cum corpus meum tuleritis; & digitum manus meæ illo in loco exiliiſſe cognoſcite: requirite eum, & pariter cum corpore meo ponite. Et ita factum eſt, ut Sanctus ipſe admonuit. Corpora autem Sanctorum jacuerunt ad Sulphotaream, ubi poſtea dignam Beati Martyris Januarii Baſilicam condiderunt* (28).

13. *Noctu vero cum unaquæque plebs ſollicite ſuos ſibi patronos rapere feſtinarent; Neapolitani Beatum Januarium ſibi patronum tollentes a Domino meruerunt. Quem primo quidem in loco, qui appellatur Marciano abſconderunt: poſtea vero quieto jam tempore* (29) (venerabiles Epiſcopi, una cum omnibus ex genere Beatiſſimi Martyris Januarii) *cum plebe Dei ſancta, cum hymnis & laudibus corpus ejus tollentes, juxta Neapolim tranſtulerunt, & poſuerunt in Baſilica, ubi nunc requieſcit. Qui præſtante Domino Jeſu Chriſto, meritorum ſuorum beneficia innumerabilia præſtare non deſinit, uſque in hodiernum diem: cujus dies natalis celebratur tertiodecimo Kal. Octobris* (30).

A P P E N D I X.

14. *Sanctum vero Soſium Diaconum cives ejus Miſenates tulerunt, &*

poſue-

Ceterum quam ſpiritu Chriſtianò indignum ſit comminiſci ultiones Divinas ad Confeſſores vindicandos: quam vero indignius ſit Sanctos ipſos inducere imprecantes judici caecitatem aliaq. ſupplicia, nemo non videt, monente Sirachide [Eccli. II. 3.] *Suſtine ſuſtentationes Dei*. Haec & ſimilia portenta, quibus Acta contaminata ſcatent, ex humani ſpiritus impatientia profluxere, praegredi geſtientis *momenta quae Pater poſuit in ſua poteſtate*. Itaq. quam Deus ultionem in ſuſpenſo tenebat, illi impatientes morae & prodigentes miracula, de ſuo exerere protinus occupant.

[28] Hic deſinunt Acta Vaticana Stiltingiana: qui in eo ſuam Neapolitanis induſtriam venditat, quod hos patronatu Januarii (patronatu, inquam, ſtatim poſt martyrium divinitus impartito] ſpoliarit. De quo in Denuntiatione conquerar.

(29) Horum loco (quae fideliter ſicuti in Vaticanis ſunt, uncis interpoſui charactere diverſo) in Bononienſibus hoc tantum legitur: *Venerabilis Epiſcopus*. Is fuit ex Chronico Jo: Diaconi S. Joannes I.

(30) Appendiculam, quae ſequitur, Bononienſis exſcriptor taedio victus reliquerat. Hanc ergo Vaticanis Actis debemus, ex quibus pag. 44. itemq. pag. 92. in Bononienſia jam ante reduxeram, tamquam Bononienſis peculii: quod ſtylus maniſeſte clamat.

Digitized by Google

poſuerunt in Baſilica, ubi nunc requieſcit die nono Kal. Octobris. Puteolani quoque Sanctum Proculum Diaconum, & Sanctum Euticetem, & Sanctum Acutium cives ſui tulerunt, & poſuerunt in Prætorio Falcidi, quod conjungitur Baſilicæ Sancti Stephani, in contrivio ipſo. Sanctum autem Feſtum, & Sanctum Deſiderium itidem cives ſui Beneventum tulerunt.

VATICANORVM CVM BONONIENSIBVS ACTIS

ITERATA IN REM PRAESENTEM COMPARATIO

Per quam Bononienſibus τὰ πρωτεῖα, itemq. proprietas quinq. communium ſectionum decernitur.

PRoluſio illa, quam Vaticanis actis a pag. uſq. 104. praemiſi, παρασκευαστική potius quam decretoria fuit; nam ibi ſolum praeſcripſi κανόνας, ex quibus per ſe quiſq. judicium iſtud ferret. Nunc in eorum gratiam qui manu protenta juvari ac duci ad decernendum cupiunt: jam ecce in rem praeſentem deſcendimus, uti collatione Actorum utrorumq. inſtituta, facilius feratur ab unoquoq. judicium. Cum vero Actorum utrorumq. ſint partes binae, quarum prior ſectiones utriſq. peculiares (quæ in Bononienſibus quinque ſunt, at in Vaticanis octo) continet: pars vero poſterior ſectiones quinas utriſq. communes complectitur; hinc duobus omnino cardinibus latio ſententiae vertitur: quorum ille prior, utrum primis octo Vaticanis capitibus, an priorib. quinq. Bononienſibus, τὰ πρωτεῖα vetuſtatis cum ſinceritate ſint decernenda, expendet: alter cardo circa proprietatem quinq. communium ſectionum verſatur, utrum ſcil. a Vaticanis in Bononienſia tranſmiſſae fuerint, an vero contra.

PARS PRIOR

Τὰ πρωτεῖα vetuſtatis etſi toto paſſim hoc opuſculo prioribus quinq. Bononienſium ſectionibus adjudicata, nunc ex integro collatione facta decernuntur.

In Proluſione pag. 105. 106. tres protuli ἀποδεικτικὰς ratiocinationes, ex quibus tum in commune Bononienſibus totis, tum peculiariter quinq. primis eorumd. capitibus antiquitas rei geſtae ſuppar aſſeritur. Ea hic recoquere ſi importunus audeam, incommodus fuerim. Atqui ea lector cenſeo reviſat, atq. ita demum ad judicandum progrediatur.

At praeter illa argumenta tria,

etiam

etiam ipſe per ſe lector in priores quinque Bononienſium ſectiones (nam de quinq. communibus alteris poſtea viderimus) attente inquirat neceſſe eſt . Quod ubi ſtudio intento perfecerit , unaq. ſimul noſtras ad Bononienſia animadverſiones utraſque (tum quae longiores initio proſtant , tum quae parciores Actis defaecatis ſubſtratae fuerunt) adjunxerit ; quovis depoſito pignore ſpondeo, nihil eum ſive rerum ſive verborum in iis deprehenſurum , quod quarto quintove ſaeculo vindicare juratus renuat . Nec aliud olim virorum ſapientiſſimorum jam inde ab anno 1744. (*quo primum Bononienſia in publicum protuli*) *judicium exſtitit : qui & mihi ſimul de reperto theſauro gratulati fuerunt . Ergo ipſe per ſe lector experiatur , quid ſuimet acies judicii , nullo facem praeferente , decretura videatur .*

Neq. vero hic ſiſtat rogo , verum hoc ipſum examen , quod in Bononienſibus prioribus inſtitutum ſibi fuit , in primoribus etiam Vaticanis octo capitibus (nam poſteriora quinque, ut dixi toties , ore uno verba totidem cum Bononienſibus eloquuntur) aggrediatur , rimeturq. ſolerter , utrum loquelam quarti quintive ſaeculi , an vero octavi nonive potius illae (31) *ſectiones referant . Deinde & res ipſas , rogo , perſpiciat : ſat enim ſcio , ſe pluribus* (32) *cum Tillemontio*

(31) Non dubito quin lector cordatus in octo primis Vaticanis capitibus plurima ſaeculo quarto quintove indigna ſit per ſeſe ipſe deprehenſurus . Equidem haud magnâ adhibita induſtria , tamen ſequentia ſuis locis notavi . Sect. I. *Convocans .. Timotheum quemdam :* quaſi ſi *Timotheus* non homuncio unus , ſed exercitus eſſet . Vide p. 111. Adn. 4. Sequitur : Juſſit (Diocletianus Timotheum) *in provincia Campaniae* (ſcribi debuit , *In regione* : vide p. 112. col. 2.) *praeſidatum agere* . Atqui in Italia nullum Diocletiano jus praeſidum ordinandorum : de ſuo pag. 111. Adn. 4. in fine . *Sacrificia immolare :* praviſſime dictum : vide p. 112. Adn. 5. in fine . Mitto illud *TYRANNVS Timotheus* tertio quoq. verſu inculcatum . Et illud *Ad ſacrificia CONVERTERE* : quae non ſunt verba aetatis illius . Adhaec *Per triduum caminus ſuccendi* jubetur : cum tamen triduana ſuccenſio nihil aliud praeter legentis horripilationem efficiat : ceterum vel per horam unam accendi plus nimio fuiſſet . Vbi & illud graviter peccatum , quod uſtulatio Diocletianêa non violens ſed quam lentiſſima erat : vide pag. 114. totam Adnotationem 10. Poſtremo quis illud ferat , quod in fine ſectionum priorum Timotheus non alia de cauſa Januarium decollari jubet , quam *Ne famulus Domini corona fraudaretur ?* alioqui ſcil. parciturus. Ceterum vocabula horum Actorum , quibus theſauros Latinæ linguæ ditare queas , non moror: veluti ſunt *Adentia* (ab *adſum*) pro *praeſentia : Rugine* , ſive potius *Rugimine* , pro *Rugitu* . Plurima ſat ſcio , diligens lector notaverit . In primis autem phraſeologia univerſa , ac ſententiarum gravitas ne , an contra levitas, quantopere offendat ; ac poſtremo quaenam totius ſimul dictionis prodat ſe vultus & effigies . Penſatis his quiſq. ſtatuat , num ne ſimul omnia quarto quintove ſaeculo , an aevo ſequiori convenientiora videantur .

(32) Tillemontii locum attuli pag. 9. Adn. V. Atq. ego totis hiſce Vindiciis plura paſſim ex intervallo nota-

Digitized by Google

[illegible] iri . Imo & illa pauca quae Stiltingus noſter fatetur in illis ſectionibus octo improbabilia (*eum vide* §. *II. num.* 29. *& apud me pag.* 76.) *ſunt plane ejuſmodi , ut ubi reperiuntur , adeo inficiant contagione ſua , ut vix digna octavo ſaeculo videantur .*

PARS ALTERA

Qua quinq. ultimas utrorumq. Actorum ſectiones, totidem utrobiq. verbis conceptas , Bononienſis primitus fundi extitiſſe oſtenditur , hinc vero in Vaticanum ſolum transductas , in eo infeliciter comprehendiſſe .

De hac quaeſtiuncula vide dicta p. 105. *col.* 1. *Nam equidem auctor fueram , ut cum priorum Vaticani opuſculi ſectionum ſtylus a Bononienſis dictione ſit longe diverſiſſimus ; in hoc quiſque animum intenderet , eccujus opuſculi ſtylum communes ſaepe dictae quinq. ultimae ſectiones referrent , atq. ita porro ſectiones communes illas ſive Vaticanis ſive Bononienſibus Actis uti proprias aſſignaret ; hoc enim tum aequiſſimum fore , tum etiam in arte critica exercitatis facillimum duxi . At vero diſſentit Stiltingus ornatiſſimus . Nam veritus , ne hac ipſe viâ caperetur , aliâ inſiſtendum putavit , qua me potius ipſe prehenderet . Ejus verba vide in pag. cit. in fine col.* 1. At magis , *inquit* , videtur examinandum , utra ſint vetuſtiora , indeq. ſtatuendum uter alterius verba adoptaverit . *Quippe putavit in hac de vetuſtate quaeſtione me ab ipſo irretitum iri . At longe aliter , ac putarat , adverſario evênit . Nam eâd. p.* 105. *eapte conditione utens , quam ſibi Noſter praeoptavit , invicta tria argumenta propoſui , quibus Actor. Bononienſium aetas ſuppar martyrio oſtenditur (ea vide p.* 105. *col.* 1. *& p.* 106.) *ex quo ſequitur , communes ſectiones non niſi ex Bononienſi primitivo plantario potuiſſe in Vaticanum fundum poſt quatuor amplius ſaecula transduci .*

Quandoquidem igitur eapte viâ , quam Bollandiſta callidiſſimus , utpote effugiis patentiſſimam , antetulerat , non illi res ex animi ſui ſententia ſucceſſit , inſiſtamus nunc alteram . Ac primum in Bononienſibus ſi primae quinque ſectiones cum totidem illis ultimis conferantur , eamdem prorſus utraeq. effigiem referent , eadem ſtyli lineamenta , colorem prorſus eumdem , parem utrobiq. a fuco rhetorico , arceſſitiſq. ornamentis abſtinentiam , poſtremo ſimplicitatem candidam illam , Actis ſinceris inſitam , utrobiq. parem . Itaq. nemo unus erit , niſi praefracte contumax , quin , ſi in Bononienſium modo unas quinque primores , modo in totidem poſteriores alteras ſectiones intueatur ; utraſque nati-

notavi . Nec tamen tantam rerum inconvenientium copiam ab ullo poſſe exhauriri ſperem . Quanta Deus bone ! miraculorum , nulla cogente neceſſitate , profuſio ! Quae Sanctiſſimi Martyris imprecationes ! Quam omnia longis , denſiſq. adhaec , inſipidis , & interdum abſurdis allocutionib. diſſeminata ! Haec omnia , mi lector , ubi intuitu primo animadverteris ; tum rogo , ſententiam per te ipſe apud te feras ,

.. *Examenve improbum* (male feriatorum) *in illa Caſtiges trutina ;* uti . Perſii ſermo monet .

nativa inter ſeſe germanitate junctas, juratus fateatur. Hoc vero ſiquis forte negare auſit, age procedat in medium, atq. oſtendat, ecquid in prioribus quinq. ſectionibus a ſtylo & effigie poſteriorum abhorreat. Haud dubie ab imo ad ſummum aequabile, ſuiq. ſemper ſimillimum loquendi genus, cujuſmodi quarto quintove ſaeculo uſitatum fuit, inveniet, ubiq. ſolidam pietatem per modeſtiae rimas internitere. Atq. his (quae percipi intimo ſenſu magis, quam exprimi verbis poſſunt) multo plura perſentiet ſubtile guſtantis palatum: ſubtile dixi exquiſitumque; nam obtuſum, & cui quaevis puls vilis ſapiat, non valde moror.

Hactenus omnibus decem Bononienſium ſectionibus germanitatem, utpote ex uno communi patre ſatis, aſſerui: quo efficitur, quinq. ultimas Bononienſium ſectiones, quae totidem verbis in fine Actorum Vaticanorum reperiuntur, extraneas Vaticanis eſſe, utpote ex Bononienſi fundo illuc traductas. Cur, inquis, non contra? Quia ipſaemet illae ſectiones quinque communes germanitatem quidem ſuam cum prioribus Bononienſibus ultro agnoſcunt & profitentur: at eaedem cum prioribus octo Vaticanis ullum ſibi intercedere vinculum agnationis negant pernegantque: tantum abeſt ut eodem ſe patre ſatas agnoſcant. Id quod ipſae quidem ſexcentis irrefragabilibus documentis ſeſe docturas ſpondent, ſi quando decertare ſibi cum gratioſis adverſariis in Veritatis dicaſterio dabitur.

PARS TERTIA

Auctori Vaticanorum dicta dies ob quaedam eiſd. impacta crimina, in primis interpolationis, luxaturae graviſſimae, nec non mutilationis Bononienſium Actorum.

Non tantum quinq. ultimae ſectiones, verum & aliae ſunt ſparſim particulae (quas Italico charactere, uti dignoſcantur, exhibui) ab auctore Vaticanorum furto ſublatae Bononienſibus, ſimulque (uti uſuvenit in latrociniis, dum fur praepropere rapit, ne ἐπ' αὐτοφώρῳ *coarguatur) temere aſportando corruptae. Cujuſmodi prima ipſa Vaticanorum periocha illa eſt:* Temporibus Diocletiani Imp. conſul. . . . erat perſecutio (*ingens*) Chriſtianorum. *Hec totum ex Bononienſibus compilatum: niſi quod uti rem furtivam caute (ne dignoſceretur) interpolaret, adjecit de ſuo* τὸ Ingens *illud, quod uncis interpoſui. Atqui tantulâ adjectione, utpote virulenta, totum corrupit locum. Nam anno* 305. (*in quem conſulatus ille incidit) ardor inſectationis magnopere remiſerat. Ceterum Cl. Stiltingus (qui ex mea priore anni* 1744. *editione didicerat* τὸ Ingens *eſſe hiſtoriae contrarium) illud hic recidit. Quo facto vir Cl. ſuccurrit quidem hiſtoriae: at menti Vaticani (qui in tota Paſſione pluſquam* ingentem *exhibuit) itemq. ſcriptis omnibus libris contrarivit, debueratq. locum interpolatum, uti erat, retinere. Vide pag.* 111. *col.* 1.

Altera interpolatio modo ſupra Adnot. 26. *a me perſpicue expoſita fuit p.* 122. *quam omnino vide.*

Adhaec ſect. 7. *tota illa dictata a praeſide ſententia, non niſi ex Bononienſium ſectione IV. verbis totidem deſcripta*

pta fuit. Atq. ea quidem in Bononienſibus pulchre ſe habet, quippe quae in nondum poena capitali damnatos fertur. At vero in Vaticanis ex praviſſimae luxaturae vitio dolores ingentes creat. Nam (uti copioſe pag. 118. *totâ Adn.* 19. *ediſſerui) hi Confeſſores primum beſtiis, & quidem nulla in eos ante dicta (ut oportuit in capitali poena) ſententiâ, exponuntur: deinde in eos, qui jam capitali ſupplicio functi fuerant, loco non ſuo ſupervacue dictatur* (ὕστερον πρότερον) *decapitationis ſententia. Verum quid Vaticanorum auctori faceres qui Juris Romani formulam ignoraret, quiq. concipere ſententiam ad beſtias ſuo marte non potuiſſet? Itaq. quod reliquum fuit, illam alteram amputandorum capitum, quam a Bononienſi hiſtoria verbis totidem arripuit, in praedamnatos dictavit contra formulam Romani fori.*

Poſtremo ne. ſingula perſequar, ſect. XI. verba illa Bononienſium (Decollati ſunt) *amputavit, relicto tantum,* Martyrium ſuſceperunt ſempit. *An mutilationem tam immanem admiſiſſet, ſi myſteria loci illius (quae a pag.* 93. *ad* 96. *deteximus) noſſet? Itaq. quia unum idemq. bis dictum ex inſcitia ſuâ credidit, re ipſa non tam ſupervacanea amputavit, quam in Bononienſia diram mutilationem admiſit, in incerto interim relinquens, ecquo martyrii genere ſex illi defuncti fuerint.*

Ergo quae communia Actis utriſq. ſunt, ea Vaticanus auctor Bononienſibus, unde abſtulit, ſi ſapit, reſtituat; quia in his, utpote in ſolo natali ſuo, nitent ridentque: at eadem inde avulſa, & in extero fundo conſita, in hoc altero nec haerent, nec coaleſcunt, nec valebunt ullo tempore actis radicibus comprehendere.

V I N D I C I A R V M   F I N I S.

DE SEQVENTIS DENVNTIATIONIS
(NATV PRIORIS, EDITIONE POSTERIORIS)
TOTA RATIONE AC SCOPO.

SVperiore exeunte anno 1758. *cum Stiltingianus, tum recens advectus, de SS. Januario Sociiſq. Commentarius plurium occuparet manus; cumq. ego interim alienorum ſecurus, unice mea curarem; tamen quotidianis uſq. conviciis virorum graviſſimorum non deſti ante incitari, quam aliquid ex me reculae pollicerer, qua vela iſta proſperae navigationis Stiltingianae tam immodice inflata, ex parte aliqua diſſlari poſſent. Atq. equidem vellentibus mihi aurem, haud aliud initio me recepi facturum, niſi ut Acta Bononienſia anno* 1744. *a me in fine tomi I. Kalendarii Marmorei breviter illuſtrata recuderem, & inſuper Additamenta ad eadem Acta adjungerem, quae tomo III. Kalendarii pag.* 963. *ac deinceps exſtant (nam ea duo fruſta pars magna Italorum, maxima vero exterorum ad manus non habet)*

ut haec, inquam, opuſcula paucorum foliorum duo recuderem ſpiſſoq. Stiltingiano Commentario opponerem. Nam patrocinio SS. Martyrum fretus, ſperavi fore ut tantula mea ſcriptiuncula vetus, Remorae *(notum id piſciculo Pliniano nomen) remorae, inquam, in morem, regiae navis expeditiſſimae curſum effuſum ſiſteret. Niſi quod tum etiam veritus, ne forte vetera illa duo, quae ante XV. annos dederam, opuſcula haud plane omnibus hodierni adverſarii telis (quae provideri omnia anno* 1744. *nequiverant) retundendis non ſufficerent; ne qua ulla re veritatis amatoribus deeſſem, deſignavi animo hanc, quae ſequitur,* Denuntiationem. *Atq. haec quidem poſt illam anni* 1744. *Bononienſium Actorum editionem primus in eâdem cauſa parturientis animi fetus fuit, non niſi tamen poſt antiquiora duo illa anni* 1744. *edendus, ne ſcil. adhuc lactens infantulus fratri pubertatem egreſſo, utpote XV. annos nato, praeiret. Atq. ita equidem mecum ipſe rationes inieram.*

Verum enim vero jam inde a principio, ubi ad curas priores illas anni 1744. *recudendas ventum fuit; quia meum a me ſollemne avelli non poteſt, quin inter typographicam feſtinationem, primitus ſcripta novis uſq. ſuccurrentibus cogitationibus triplo quadruplove copioſiora efficiam: quia, inquam, ſic ſum; ex eo factum, ut prior ille partus (quem uti vides* Vindicias repetitas *inſcripſi) in eam excreverit molem, quam minime ſuſpicabar. Imo & aliud etiam me incogitante factum. Nam ubi exeunte ſuperiore anno* 1758. *illam, quam dixi,* Denuntiationem *ſcripſiſſem, ſcriptam vero in loculis condidiſſem; poſtea* Vindicias *ſuperiores aggreſſus, ex iis quae jam olim in* Denuntiatione *prius ediſſerueram (quorum etſi oblitus videbar; tamen, uti fit, iis ſemel imbutus animus inter Vindicias elucubrandas interdum per eaſdem rerum olim meditatarum ſemitas erumpebat) ex iis, inquam, nonnulla interdum videor praelibaſſe. Ac fieri poteſt, ut quae incogitanti mihi praelibata dixi, pauciſſima ſint (quis enim iſthaec numerare ſatagat?) Verum age: fac eſſe pluſcula. Quid facerem? puellum hunc ob hancine noxam ſolam, quod plura ſimillima nato priori gerat,* ſive flammae, ſive mari libet Hadriano *traderem? Non ſivit in infantulum caritas: praeſertim quia, ſiqua forte bis terve dicta, ac facile variata locutionibus, reperientur, ea non ex ſuperioribus editis in hanc Denuntiationem derivarunt, ſed ex hac potius prius elucubratâ ſeſe furtim ex prodeundi cupiditate (ut in pueris accidit) in Vindicias perrepſerunt.*

De ſcopo ſcripti hujus ſi quaeris, non alius fuit, quam ut brevi, uti putabam, hac Denuntiatione defunctus, longiori operi parcerem. Nunc contra accidit, ut & Denuntiatio *& poſt hanc ſcriptae* Vindiciae *in longum ambo proceſſerint: quod lectorem, ut aequi conſulat, rogo.*

ALE.

ALEXII SYMMACHI MAZOCHII

Ad ſtudioſos verae gloriæ S. Januarii Mart.

SINCERA DENVNTIATIO.

Qua Januarii Acta Bononienſia, tamquam primitiva & inculpata proponuntur; Vaticana vero probantur ea parte, qua cum Bononienſibus non colliduntur, & apta ſunt alere pietatem.

Habes hactenus, amice lector, quae ante hos plures annos duobus noſtri Marmorei Kalendarii locis edita, nunc uti junctim hic recuderem, iiſque ut praeterea Vaticana, quae Baronius indicaverat, Acta ex Falconio ſubjicerem: adhaec priora mea omnia novis cogitationib. rationibuſq. firmarem, a me viri ornatiſſimi ac S. Januarii illuſtrandis monumentis deditiſſimi impetrarunt. Haec vero omnia non eo pertinent, uti lites a Cl. Stiltingo accenſas recrudeſcere cupiam, imo potius uti reſtingui deſiderem. Ergo univerſum hunc apparatum in eam potius partem accipi volo, nempe ut omnes intelligant, me nec olim, cum primum Acta Bononienſia anno 1744. emiſi, id egiſſe, neque nunc agere, uti a Falconio vulgata primo loco S. Martyris Acta Vaticana exterminari cupiam: illa, inquam, Acta, quae incipiunt, *Temporibus Diocletiani*: quod ipſum initium ex Vaticano Cod. Baronius ante indicaverat, qua de cauſa vulgo *Baroniana* vocabantur: nos ea tamen *Vaticana* deinceps dicemus. Ea jam ſupra pag. 110. repraeſentavimus. De his, inquam, nihil ſequius pronuntio (uti to. I. Kalendarii extremâ pag. 268. hic vero pluries profeſſus fui) imo illa ſuo in honore relinquo, & integrum piis lectoribus permitto de eiſdem judicium. Id tantum dedi operam, uti fidem Bononienſium Actorum centuplo potiorem oſtenderem. Nec alia mente (eod. to. I. p. *266*. Adnot. V. & hic ſup. p. *9*.) piiſſimi acerrimique horum aeſtimatoris Tillemontii judicium recitatum fuit, quam ut de Actorum Bononienſium invento theſauro gratularemur, quae naevis a Tillemontio notatis ita carent, ut inſuper nullis ſuſpicionibus pateant, eademque ab illis ipſis qui in Vaticanorum, aut vero in Johanneorum, quae nim. ab Johanne Diacono fabrefacta fuerunt, verba jurabant, admitti neceſſe ſit, propterea quod Bononienſia fere tota in his pervulgatis, & quidem totidem plerumque verbis reperiuntur. Tametſi vero proxime dicta ſatis lectori ad cauſam cognoſcendam eſſe poſſunt; tamen & quae ſequuntur, ex non dubia meae cauſae fiducia nunc expreſſa, libebit adjicere.

Digitized by Google

P A R S I.

Cauſae dictio ſummaria.

ATque ab eo nunc maxime ordiar. Nam quicunque communi ſenſu non carent omni, quamvis hi forte a recto fidei tramite deerraverint, modo iidem ſincerioribus Actis exaudiendis aures tritas habeant, nec ſtudio partium abripiantur, hos, inquam, omnes confidentiſſime ſpondeo fore, ut vel prima Bononienſium lectione beari ſeſe, ſenſuque intimo religionis perfundi fateantur: id quod Scaliger (1) de ſe proba Acta legente teſtatur. At contra ſive τὰ αἰσθητήρια ἔχουσιν ad haſce cupedias, ſive partium conſenſione occupatis, fruſtra fabulam canerem. Et tamen in horum etiam gratiam pauca, quamvis alibi commemorata, non pigebit molli brachio refricuiſſe.

I. Ac primum erit ne quiſquam, quem in hac cauſa Bedae non frangat auctoritas? de cujus ſtupenda eruditione, in primis autem miro circa Martyrum acta judicio & accuratione nolo detinere lectorem. Si cui tamen otium ſuppetet, uti Henſchenium, rogo, & Papebrochium, duo illa Bollandiſtarum lumina, initio to. 2. Martii conſulat, & ab iis diſcat, ecquanta Religione ac perſpicacia ille Venerabilis Presbyter in deligendis Martyrum Actis verſatus fuerit tum, cum ineunte VIII. ſaeculo Martyrologium illud ſuum elucubravit, & quidem parcimoniâ tanta, ut pauciſſimorum ac nonniſi probatiſſimorum actis deflorandis contentus, aliorum innumerabilium turbam inſuper habuerit; etſi poſtea iidem Bedae Faſti ex Flori & aliorum manu auctiores prodierint. Verum quae in Bedae Septembris die XIX. & XXIII. de SS. Januario & Soſio elogia exſtant (quae & nos olim to. 1. pag. 266. 267. produximus) quin ex ipſiuſmet Bedae manu ſint, laudati Bollandiani duoviri dubitare non ſinunt. Eos, ſi tanti res erit, initio to. 2. Martii adibis: aut ſi id piget, vide longiorem de ea re adnotationem (2) in ima ora: in qua ſimul

(1) Scaliger in Animadv. Euſeb. pag. 202. ad annum MMCLXXXIII. loquens de Actis S. Ignatii, nec non & Polycarpi: *Quorum*, inquit, *lectione piorum animus ita afficitur, ut nunquam ſatur inde recedat: quod quidem ita eſſe, unuſquiſque pro captu ſuo & conſcientiae modo ſentire poteſt. Certe ego nihil unquam in hiſtoria Eccleſiaſtica vidi, a cujus lectione commotior recedam, ut non amplius meus eſſe videar. Idem ſentimus de Actis Mart. Lugdunenſium & Viennenſium.* Fruſtra nunc Cl. Stiltingus (ad Acta Bononienſia littera N: apud me ſupra pag. 104.) miratur, ea Acta *Pulcherrima viſa eſſe Mazochio. Neque enim* (pergit) *deprehendere valeo, ubi lateat abſcondita illa pulchritudo* &c. Quî deprehendant, qui ſibi cum Ulyſſis comitibus aures cera obleverint?

(2) *DE BEDA, VSVARDO, ET ROM. MROLOGIO.*

S E C T I O I.

Qua via Henſchenius & Papebrochius

chius viri ſummi Bedae Martyrologium ſuae ſinceritati reſtituerint, ac vera Bedae elogia (inter quae illa ſunt SS. Januarii & Soſii) a pannis aſſutis diremerint.

Etſi equidem Cl. Stiltingi in Acta S. Januarii Commentarium nec poſſideam, nec periodum unam legerim, nec contrectarim, aut viderim (ne ſcil. id nunc aetatis homo, dum adhuc favilla in ſtomacho reſidet, inutilium concertationum laqueis vel invirus innectar) tamen audivi ab amicis, qui dicerent, Bedae quae attuleram de SS. Januario & Soſio elogia, quae adamuſſim cum Bononienſibus actis conſentiunt, a Bollandiſta hodierno dubitari, Bedae ne adjudicanda ſint, an Floro, ſive cuivis alteri. Atqui olim quidem Bedae Martyrologium citare ſic licuit, ut ſive Bedae ſive Floro elogia ſingula tribuerentur: poſt Henſchenii autem & Papebrochii exactiſſimas curas id non licuit. Ac mirari ſubit, cum Jeſuitis ſollemne ſit pro ratis ſodalium ſuorum ſententiis, tamquam pro aris fociſque depugnare; nunc quia aliud cauſa ſua poſcit, ab Henſchenio & Papebrochio (quibus quantiſque viris!) Cl. Stiltingum feciſſe diſceſſionem. Mirabar equidem: verum, his miſſis, res ita ſe habet. Ante quidem, cum Bedae Martyrologii exempla alia aliis impuriora & auctiora additamentis eſſent, non immerito ignorabatur, quaenam in eo elogia Bedae eſſent, quaenam a Floro, aliave poſteriore manu aſſuta fuiſſent. Verum ubi poſtea numquam ſatis laudati duoviri ſincerum Bedae Martyrologium initio tomi II. Martii reſtituerunt, & ab aliorum fruſtis aſſutis diſpeſcuerunt; ab eo tempore de veris Bedae elogiis (inter quae duo illa SS. Januarii & Soſii primarium ſibi locum tuentur) non licuit dubitare.

Tantum vero Bedae theſaurum hac ratione duoviri Bollandiani reſtituerunt. In Suecorum Reginae Muſeo nacti ſunt Bedae Septembris partem, treſque alios ultimos menſes integros, exaratos ante DCCC. annos, qui nunc nongenti ſunt. Eos vero menſes vere ad Bedam eſſe referendos, non tantum clauſula in fine ſolita, *Explicit* &c. per quam Bedae, non aliis tribuitur, verum etiam, quod pauci dies ſua elogia habeant, ceteri prorſus vacivi ſint: qui proprius Bedae Mrologii character eſt, ab Vſuardo in prologo his verbis notatus: *Alter* (i. e. Beda) *quam plures dies intactos relinquens.*

Hactenus Bedae non niſi quatuor ultimi menſes repurgati a quolibet additamento ac reſtituti fuerant. At poſtea iidem duoviri Divione in Bouheriana Bibliotheca integrum Bedae Mrologium invenerunt, non carens quidem auctariis poſterioribus, ſed ita perſcriptum, ut quae Bedae eſſent, ea primo loco & litteris grandioribus ſimulque brevioribus verſibus, quae vero aliunde acceſſerant, ea verſibus longioribus, charactere minutiore diſcriminarentur: quod diſcrimen etiam ex comparatione τῦ τετραμήνε Reginae confirmatum fuit. Hac ratione a duoviris laudatiſſimis ſincerum Bedae Mrologium a capite ad calcem reſtitutum fuit, ut ipſi narrant in Prologo ad id Martyrologium num. 4. & ſeq.

Nolo tamen diſſimulare unicam difficultatem, quam Bailletus (to. 1. in *diſc. ſur l' hiſt. de la vie des Saints* num. xx.) Bedae huic reſtituto objicit, ex eo petitam, quod in Beda Henſcheniano Kal. Novemb. legitur *Feſtivitas omnium Sanctorum:* quod tamen feſtum non ante annum 835. inſtitutum fuit, quo Gregorius IV. Ludovicum Pium impulit, ut feſtum illud propoſito Edicto per Gallias, perque Germaniam

niam propagaret: quo facto poſtea Pontifex per totum Occidentem id generale fecit. Sed facilis eſt reſponſio. Nam etiamſi fingamus illud Bedae purum Reginae Suecorum apographum paullo antiquius edicto Ludovici fuiſſe, tum facile callido alicui antiquario fuerit loco ſuo illud (*Feſtivitas omnium Sanctorum*) quam ſimillima manu inſerere, ne celebre Mrologium ſollemnitate primaria deficeretur. Quod ſi (quod magis credo) id apographum Edicto ſit paullo recentius, tum, quamvis propoſitum amanuenſi eſſet merum Bedae Mrologium exſcribere, tamen non committendum putavit, ut tanta feſtivitas (praeſertim verbis tribus adnuntiata) in eo deeſſet. Hactenus purum Bedae, monachi erudiriſſimi, Mrologium Henſchenianum a Bailleti nec non Cl. Stiltingi ſuſpicionibus vindicavi.

Ex his autem vides, non poſſe in dubium revocari, ad Bedam ne, an ad Florum aliumve, Elogia SS. Januarii & Soſii pertineant. De Bedae vero tum ſingulari eruditione, tum in primis in hiſtoria, ac dijudicandis ſinceris SS. Actis ſagacitate (certe, ut illis temporibus, maxima) mitto dicere: alii pro me judicent. Tametſi vel ex his unis SS. Januarii & Soſii elogiis id aeſtimari poteſt: quae poſteriores Mrologi Rabbanus, Ado, Notkerus, Vſuardus tanti fecerunt, ut totidem verbis deſcriberent, neglectis interim Vaticanis longioribus ac mirabilioribus Actis, ſi modo tunc ea exſtiterint.

SECTIO II.

De Vſuardo Rom. Mrologii fonte: deq. Romano ipſo, non niſi Bononienſibus Actis favente. De Sollerii in Vſuardum adnotatis.

Dixi Bedam κατὰ πόδα ſecutos Rabanum, Adonem, Notkerum, Vſuardum: niſi quod ultimus contractior: ſed omnes ejuſmodi ſunt, ut non alia ſupplicia agnoſcant praeter vincula & carceres & capitis abſciſſionem.

Sed praeſtabit Vſuardum hîc exſcribere, propterea quod ejus Martyrologium tum pleraeque Occidentis Eccleſiae, tum Romana in primis a pluribus ſaeculis adoptavit: niſi quod hoc poſtremo Baronii aliorumq. cura plurimis additis Sanctis locupletius evaſit.

Ergo Vſuardus die XIX. Septemb. ita adnuntiat: *In Neapoli Campaniae Natalis Sanctorum Januarii Beneventanae civitatis epiſcopi, Feſti & Proculi diaconorum* (Soſium omiſit, utpote mox die XXIII. a ſe adnuntiandum) *Deſiderii, Eutici, & Acuti: qui poſt vincula & carceres capite caeſi ſunt in civitate Puteolana ſub Diocletiano principe*. Vſuardi Auctaria apud Sollerium ex *Centulen.* addunt: *Sub judice Dracontio*.

Atqui & in Romano hodierno Martyrologio (quod ſicuti olim ipſiſſimus Vſuardus erat, ita ne nunc quidem fere aliud quam Vſuardus, ſed locupletior) poſt nomina Martyrum, totidem verbis ſcribitur: *Qui poſt vincula & carceres capite caeſi ſunt ſub Diocletiano principe*. Vbi, rogo, hîc caminus? ubi Martyres raptati ante rhedam? ubinam feris expoſiti? Omnia ut in Vſuardo, qui per tot ſaecula Romae & in Occidente adnuntiatus: Vſuardus autem ex Bedâ, Beda tandem ex Bononienſibus Actis profluxerat. Ergo ſi qua hodie in toto Occidente agnoſcitur Romani Mrologii tabularum vis & auctoritas, ea tota Bononienſibus velificatur, Vaticanis vero (qua parte haec cum Bononienſibus conteruntur) prorſus adverſatur.

Ac nolo equidem ita cum Stiltingo agere, eoq. rem deducere, ut quidquam ab eo durius exſculpatur, quam pro Rom. Martyrologii dignitate: quam nolo imprudentiâ mea in diſcrimen adducere. Age: tanta ſaltem

mul de Vſuardo & Rom. Mrologio nobis favente. Ac profecto duo illa pulcherrima Bedae elogia nihil aliud quam accuratiſſimam Actorum Bononienſium epitomen (vel Cl. Stiltingo fatente) complectuntur; quam ipſam epitomen poſtea totidem verbis Rabanus, Ado, Notkerus, Vſuardus ex Beda hauſtam in ſua Martyrologia transfuderunt. An quiſquam ita plumbeus erit, qui non ſentiat, Acta longiora Vaticana, quae nunc admiramur, Beda ſcribente, nondum plane fabricata fuiſſe? Atque iſtud multo malim, quam ut quiſquam Bedae ſilentium alioſum (3) trahat.

II. Jam vero quid Bedae teſtimonio eſt opus? Vaticana haec ipſa, quae circumferuntur, Bononienſium fidem mirifice adſtruunt, quippe

tem Rom. Mrologii auctoritas apud Cl. Stiltingum ſit, quanta unius non ultimi Bollandiſtarum ſodalium. Sollerium dico illum, qui ita ex Papebrochii (quem ipſe magiſtrum ſaepe laudat) ſchola prodiit, ut magiſtrum eruditione, accuratione, judicio aut exaequaret aut proxime aſſequeretur. Hominem ſane colebam: cujus & litteras, quibus me de S. Vitaliano Capuae epiſcopo conſulebat, adſervavi. Placetne igitur hoc judice decernere, ecquid ex Beda & Vſuardo (i.e. ex Rom. Martyrologio) elici in noſtra hac controverſia oporteat? Non defugio tam clari Bollandiſtæ auctoritatem.

Sollerius igitur in ſuis ad ſuperiora Vſuardi verba adnotatis ita poſuit. *Beda, poſt eum Rabanus, & item Ado* IDEM PRORSVS ELOGIVM *pro tota claſſe* (hac prima ſcil. Martyrum Puteolanorum) *referunt*. CREDIDERIM BEDAM EX ANTIQVIORIBVS ACTIS (ea ſunt Bononienſia noſtra: quae utinam in ejus manus incidiſſent) ENCOMIVM SVVM CONCINNASSE. *Nam qui alia ſcripſit Jo. Diaconus, longe Bedâ poſterior eſt*. (totum illud a *Nam* uſq. ad *eſt*, interpoſitum uncis erat: ego claritatis gratia ſuperioribus ſubjeci) *Quæcumq. autem Actorum* (Jo. Diaconi) *auctoritas ſit, inde* (h. e a corruptis illis Jo. Diaconi Actis, quae jam ante Sollerium reprehenderat Tillemontius) *inde*, inquit, *immortalis Januarii toto orbe catholico gloria nequaquam obſcurari poteſt*. Age Stiltinge ornatiſſime: ſi tanti non ſunt apud te Rom. Mrologii tabulae; at valeat ſaltem Sollerii ſodalis doctiſſimi tui (multo apud te potior) auctoritas.

(3) Non enim ſum neſcius undenam alii Bedae mirum de Vaticanis Actis ſilentium poſſint arceſſere. Nam erunt fortaſſe qui dicent, prolixiora iſta Vaticana tum, cum Beda Mrologium elucubravit, exſtitiſſe quidem, verum prae νοθείᾳ & ignobilitate ſua jacuiſſe, ac proinde Bedae indagantis induſtriam effugiſſe: aut vero eamdem Paſſionem dicent a Beda viſam quidem, ſed ab eodem ob ἀσύστατα illa, quae Tillemontius in S. Januarii Actis reprehendit, fuiſſe improbatam. At equidem, qui Actis his Vaticanis non male cupio, neutram reſponſionum iſtarum facile adoptaverim. Illud vero primum, quod ſupra innui, multo eſt dictu facilius, nimirum Acta pervulgata Vaticana videri Bedâ paullo recentiora, nec niſi paullo poſt Bedam, eod. VIII. ſaeculo, fuiſſe compoſita. His enim maxime temporibus nova Acta ditiora elucubrandi viros praepoſtere pios cupido inceſſit. At vero Bononienſia, quantae ſint vetuſtatis, ipſa de ſe viris ad auſcultandam antiquitatem tritas aures habentibus clare eloquuntur: ut interim de Bedae ſagacitate taceam.

pe quae horum contextum fere totum atque tenorem tranſcriptum gerunt : niſi quod haec eadem vulgata ſupra Bononienſium ſimpliciſſimas narrationes , alias longe plures portentoſas ac tragicas ad ciendam admirationem admetiuntur . Quid his facias ? Sic erat ejus aevi ingenium . Non licebat pios in Sanctos eſſe ſine faſtu prodigiorum, quae illa remotior antiquitas, dum has ipſas Sanctorum res geſtas narrabat, ignoraverat. Atqui haec diſcernicula, hodie in vulgus notiſſima , tamen aut palati Stiltingiani ſenſum effugiunt, aut potius ipſe abreptus ſtudio partium , interni teſtimonii clamorem diſſimulat.

III. Atque hinc alterum venerandae illius vetuſtatis ab novis ſequioris aevi fetibus diſcrimen exſiſtit . Plerumque etenim ita fit , ut Martyrum Acta quo breviora ac ſimpliciora, eo ſinceriora ſint. Atq. in primitivis Actis perraro aliter (4) evenit . Dum enim primis alia ſemper atque alia additamenta affuuntur, &, quod ille ait, *Sincerum cupimus vas incruſtare* , quid aliud niſi inſincera obeſitas oritur, hydropis inſtar quotidie turpiter intumeſcens? Nam vide quibus gradibus Acta Januarii in dies creſcendo corruptiora evaſerint . A Bononienſibus primitivis Actis (ſtatim ſcil. a martyrio (*) ſcriptis) per additamenta rerum admirandarum, & interdum (confitente Stiltingo) improbabilium, Acta Vaticana multo Bononienſib. pinguiora VIII. labente ſaeculo (uti ſup. a pag.107. ad 109 dictum) ante ſublatas a Sicone Martyris Reliquias , prodierunt . His rurſus Johannêa, multo adhuc Vaticanis obeſiora & corruptiora ineunte X. ſaeculo ſucceſſerunt : quorum initium eſt *Numerianus*. Poſtremo Johannêa iſta longe corpulentior Commentarius ſubſecutus fuit , qui incipit *Ad gloriam*, ſuperiorum omnium contaminatiſſimus, cujus auctor incertus. Nimirum in his quoque Horatii lyra ex vero cecinit :

Aetas parentum pejor avis tulit
Nos nequiores , mox daturos
Progeniem vitioſiorem .

IV. Hactenus de utrorumque Actorum characteribus dictum , quos in Bononienſibus multo praeſtabiliores eſſe quam in Vaticanis (ut quam modeſtiſſime dicam) nemo negaverit . Nunc illud accedit , quod

(4) Rarius, inquam, evenit ut Acta ſincera poſteriora, ſint tamen prioribus item ſinceris contractiora . At id tamen in Actis praeſidalibus ſaepe accidit , quibus integrae interrogationes cum Martyrum reſponſis , aliiſque judicialibus actis recitantur . Nam ab his poſtea Chriſtiani Acta breviora contrahebant in aedificationem Eccleſiarum . Verum IX. demum ſaeculo breviora iſta rurſus pinguefacta , verumtamen cum ingenti ſanitatis Actorum detrimento : quippe quibuſdam piis in ſpeciem viris priorem breviloquentiam atque incomptam , quamvis ſanam, ſimplicitatem certatim per additamenta ſenſus percellentia corrumpere geſtientibus .

(*) Vti ſup. p. 105. 106. demonſtratum fuit.

Digitized by Google

quod in Vaticanis multa ingenue reprehendit Stiltingus ipſe , quas tamen ipſas verrucas a Bononienſibus abeſſe fatetur . Quaenam ea ſint , quae in Vaticanis Cl. Stiltingum offenderint , in ima (5) ora reperies . Atqui ea dedecora , quae in Actis Vaticanis notat , ſunt ejuſmodi , ut ſtare cum ſinceritate eorumdem Vaticanorum nequeant. Quid nunc agis , aut quo nunc praeceps iſtâ tua facilitate delaberis , Stiltinge ornatiſſime ? Bononienſia modo nobis de manibus excuſſeras , nec quidem ob aliam cauſam , quam quod prorſus omni vitio vacarent : nunc etiam ne Vaticana & Johannêa , quibus a pluribus ſaeculis Neapolitana plebs inſueverat , ut inſincera traducis ? Atqui ſe carere alterutris , plebs Neapolitana non patitur .

V. Quid ergo ſupereſt , niſi ut cum tua venia utriſque Neapolitani fruamur ? Bononienſibus quidem tamquam haud dubiae ſin-

(5) *De vitiis illis , quae Stiltingum in Actis Vaticanis ita offendunt , ut eas Actorum partes damnet .*

Ipſemet Cl. Stiltingus in Commentario praevio §. 2. n. 29. ea ipſa in Actis Vaticanis abominatur , quae tanto ante Tillemontius (quem de univerſa hac diſciplinae criticae parte , peculiariter vero de Actis S. Januarii tam egregie meritum , tamen numquam Noſter de nomine appellare dignatur) in vulgatis Actis modeſte damnaverat . En verba Cl. Stiltingi . *Etenim in Actis noſtris diſplicent primo diſcurſus aliqui inter judicem & S. Januarium , quos auctoris potius eſſe quam illorum , omnino mihi perſuadeo . Diſplicet non minus S. Januarii oratio contra tyrannum , qui ea oratione dicitur in caecitatem incidiſſe . Diſplicet aut ſuſpecta ſaltem eſt ea ipſa Judicis caecitas , ſecutaque per preces S. Januarii ſanatio . Suſpecta demum eſt mors tyranni . Haec omnia parum fidei mereri agnoſco , & PROFITEOR.* Teneo fidei Stiltingianae profeſſionem . Atqui cum Vaticana Acta in tot tantiſque peccent , & hæc ipſa peccata a Bononienſibus abeſſe , mi Stiltinge , mox ſtatim fatearis : cum mox etiam auctorem Vaticanorum *tanto tempore poſteriorem* (tuamet haec verba ſunt) re geſta confitearis ; quid , o bone , moraris , quin Vaticana ut inſincera reſpuas , Bononienſia vero (a quibus , temet fatente , illa abeſt ſcoria) tamquam auro obrizo ſinceriora amplectaris ? Morantur ſcil. partium ſtudia , quibus obſtrinxerat jamdiu fidem : quam niſi jam ante inconſulte obligaſſet , conſuluiſſet melius exiſtimationi ſuae , conſuluiſſet interno conſcientiae teſtimonio .

Addo & ea Stiltingi verba , quae modo indicavi . *Haec , inquit , quae jam recenſui , fidem ſaltem indubitatam non merentur in Actis* (Vaticanis) *Auctoris TANTO TEMPORE POSTERIORIS , NEQVE ILLA LEGVNTVR IN ACTIS MAZOCHIANIS .* Cum ergo confitearis plura abſurda in Vaticanis eſſe , ea vero a Mazochianis abeſſe ; ſi adhuc Mazochiana pro inculpatis fateri renuis , at ſaltem non effugies , quin haec eadem Vaticanis anteponas . Poteſtne quidquam aequius fingi ? Verum ubi Cl. Stiltingus de eo deliberaſſet ; id ſuis rationibus h. e. fidei obligatae expedire non judicavit . Sic ergo poſt ſuperiora pergit . *Quare haec* (Mazochiana) *omnino praeferenda eſſent , niſi in aliis peccarent , & ex variis indiciis* (a ſolo Stiltingo ope lentis μικροσκόπου obſervatis) *viderentur ſerius ſcripta .* Itane narras ? Atqui de his indiciis Adnot. ſeq. ſtatuemus .

ceritatis (nam ſiqua ſtudio partium victus his fruſtra objicis , ea miror a te viro tanto opponi viris potuiſſe : tamen potiora quaedam objecta inferne (*6*) diluta reperies) ergo Bononienſibus , inquam , quamſive ex parte omiſſas criminaretur . Nam in his illa tantum quae a Martyribus aliiſve perſonis ſive dicta ſive facta narrantur , ea ſola , inquam , a criticis ad obruſſam exiguntur . Verbi cauſa Cl. Stiltingo , ubi §. XI. talia multa in Januarii Actis Vaticanis dicta ac facta , poſt alios qui ante notaverant , criminatur , merito EVGE adclamatur : non item in omiſſis ab auctore . Cur ergo adverſus praeterita in Bononienſibus tam inexorabilem cenſuram geris ? Ille , inquis , indictâ cauſa nec prorſus auditus , enſe obtruncatur . Quî ſcis inauditum fuiſſe occiſum ? Non recte , mi Stiltinge , accipis ; qui hoc potius conqueri poteras : Cur illius interrogatio ab auctore Actorum omiſſa ? Auctor exciperet : Quia mihi ſic e re viſum . Atque haec reſponſio ſuccidit inſurgenti Stiltingo poplites .

At altera reſponſio perſecutioni Diocletiani peculiaris eſt . In ſuperioribus quidem inſectationibus partim ex furore gentilium aut Judaeorum , partim odio judicum , interdum ab juris tramitibus decedebatur . At in Diocletianêa potiſſimum id familiare fuit . Quae dixi , ex hiſtoriae eccleſiaſticae primis auctoribus , ex Chriſtianorum Apologeticis , ex Lactantii libro de mort. perſec. totque aliis antiquis , notiora ſunt , quam ut iis ſit ultra immorandum . Et jam ſupra variis locis , quantum ſatis , illevimus .

[*6*] EXCVRSIO DE STILTINGI CRIMINATIONIBVS.

SECTIO PRIMA.

Criminatio de forma judiciaria in horum martyrio neglecta diluitur .

Nihil magis Cl. Stiltingus buccis inflatis clamat , quam Martyres noſtros non interrogatos , non auditos , ſine conſueta judiciali formula (indignum facinus !) fuiſſe mactatos . Hoc totis (ut audio) chartis iraſcitur & vociferatur , obteſtans Superos atque mortales . Atqui ubi tragoedias de medio ſuſtuleris , nihil reliqui fiet . Jam vero ſtrictim ſingulis reſpondeatur ; tametſi ſupra in *Vindiciis* ſatis omnibus in loco feci .

Ac primum quod Martyres neglecta forma Romanorum judiciorum in Bononienſibus Actis paſſos conqueritur : mitto quod id multo acrius in Vaticanis criminari poſſim , ſi ſit neceſſe (vel vide quae ad Vaticana notavimus , praeſertim pag. 118. Adnor. 19. ubi ſententia nolla fertur , ubi neceſſe fuerat , mox ibi dictatur , ubi minime oportuit) mitto has , inquam , Vaticanorum graviſſimas in jus Romanum offenſiones ; ac libentius ajo , in ſinceriſſimis quibuſque Actis omitti ſaepe actos judiciales , exceptis tantum proconſularibus ſive praeſidalibus , in quibus judiciorum proceſſus ad tramites legum Romanarum minutim exprimitur . Atque hujuſmodi Acta praeſidalia non plurima habemus : nam cetera (quamvis inculpatae ſinceritatis) a Chriſtianis ex illis praeſidalibus Actis contracta fuerunt . In his vero contractioribus Actis nemo unquam criticorum (uno Cl. Stiltingo excepto) repertus eſt , qui interrogationes ſive in totum ,

SECTIO ALTERA.

De ceteris objectis lector ad reſponſiones ſive praepoſitas Actis Bononienſibus , ſive ſubjectas remittitur . De novo inaudito crimine INEPTIARVM , quas Stiltingiana elegantia in Actis Bononienſibus abominatur .

Plura alia Cl. Stiltingus in Actis Bo-

Bononienſibus acervatim (ſicuti mihi narrarunt) criminatur, tum in Comment. praevio §. XI. num. 30. & ſeq. rum etiam in ſuis ad eadem Bononienſia notis. Ea quia longum ac moleſtum fuiſſet ſeorſum a textu ipſo Bononienſi ita referre ac reſpondere, ut ſatis objecta ac reſponſa intelligerentur; non importune ſup. Stiltingianas criminationes partim a pag. 73. praepoſui Actis ipſis, partim poſtpoſui a pag. 97. (utrobiq. prope Acta ipſa) ſimulq. iiſd. ſolutiones ſubjeci. At unum ſtatui crimen graviſſimum hoc loco diluere.

Nihil frequentius noſtro criminatori toto hoc ſuo denſiore Commentario eſt, quam *Ineptiarum*, *Ineptiendi*, *Ineptique* vocabula. Itaq.. cum Livii Patavinitas ignota criticis habeatur; tamen hujus Noſtri Patavinitas in his *Inepti* vocibus, in quibus mirifice ſibi placet, haud dubie conſiſtit: quae quidem Patavinitas ei videtur jamdiu olim in ſcholis regendis contracta, dum pueros increpat. Diceres, illum novam *INEPTI* ſcientiam a fundamentis ipſis molitum, quippe qui ſcientificâ methodo ita De *Inepto* docet, ut ab ejus definitione ordiatur. Nam in Notâ Bononienſibus Actis ſubjecta, quam ipſe litterâ I. ſignavit (eam vide hîc ſup. pag. 102. col. 2.) poſt ſexcentas a ſe notatas in Bononienſibus Actis ineptias (quas contra nos videlicet mortalium ineptiſſimi deliciarum ac ſcitamentorum loco habueramus) ita demùm rem totam hoc pulchro epicheremate claudit: *Si quis igitur*, inquit, *ab accumulatis INEPTIIS recte INEPTVS dicitur* (habes *Inepti* ταυτολογικὴν definitionem) *non poſſumus non INEPTISSIMVM vocare auctorem illorum ACTORVM Bononienſium*.

Verum amoto joco, quod Cl. Stiltingus pluribus in locis (maxime ubi de duplicitate *Neap.* Sedis, itemque ubi de *Stephaniae* ſitu agit) me damnat [ſic enim amici narrant] *ineptiae*, pro eo grates ingentes ago, idque toties repetitum elogium ejus humanitati, acceptum refero. Quid quod idem hoc verbum coepi in meliorem partem accipere? Fortaſſis enim INEPTIAE verbum, quod eſt apud nos contumelioſiſſimum, in aliquo Belgico Calepino blandiendi potius ſignificatu donatur. Hanc, inquam, in partem non temere accipio; idque mihi videor poſſe paribus blandimentorum (I) exemplis tueri.

S 2 Ve-

(I) *De Stiltingiana in verbo* Ineptiarum *Antiphraſi*.

Doleo nonnullos noſtri aevi philologos Antiphraſin (*qua contrarium ejus quod dicitur*, *ſignificetur*) *de medio ſuſtuliſſe*. *At equidem puto*, *ſaltem in blandiendo antiphraſes plurimas & olim in uſu fuiſſe & nunc quoque plurimas uſurpari*. *Veluti cum hodie infantibus*, *dum eos arcte complectimur*, *& oſcula ingerimus*, *ſimul inter repetitas baſiationes exprobramus illud*, Come ſei brutto, come ſei triſto, *& ſimilia*. *Nec aliter antiquos factitaſſe*, *didici ex feſtiviſſimo infantis triennis marmoreo epigrammate*, *nuper effoſſo Puteolis*, *quod mihi Franciſcus Piſanus Puteolanus*, *horum amore captus*, *dono dedit*. *Id tale eſt*.

D. M.
AVGVRIO GYMNICO
INCONPARABILI
DVLCI. EXSITIOSO
VIXIT ANIS. II. M. VIII
AMATORES. HOC
NON. MERENTI. F

Ver. 2. illud GYMNICO non eſt cognomen, *ſed notat pueri laſcivientis* (*dum nim. infantili proeaeia aequales pugno impeteret*) *pugilatum*, *ut etiam ex epitheto INCONPARABILI noſcitur*; *quia nemo hoc puero pugnacior*, *dum aequales pugno contunderet*. *Tò DVLCI cum EXSITIO-*

Verum quid ultra in re ſeria jocularibus immoror? Mearum quidem ineptiarum cum ſatis ſim mihi conſcius, non dedignor monitorem Virum Religioſum. Tamen quod Acta Bononienſia [illa nim. quae ipſemet ſaltem V. ſaeculo in aedificationem Eccleſiae ſcripta, ejuſque uſu conſecrata fatetur, & vacare naevis Actorum Vaticanorum agnoſcit] quod ea, inquam, *ineptiis* ſcatere clamet, & eorum auctorem INEPTISSIMVM vocet, hoc non modo injurium Eccleſiae [ad cujus peculium illa Acta ſicuti olim, ita & nunc pertinent] verum propemodum etiam blaſphemum dixerim. In vetere certe Praefatione Paſſionis SS. Perpetuae & Felicitatis Acta Martyrum proximum habent poſt Divinas Scripturas locum.

Atque equidem gravius agerem, niſi ſcirem Cl. Stiltingum [utpote guſtu delicatiore praeditum] offenſum ſoloecis Actorum Bononienſium, ob eam fortaſſe cauſam (§. XXXI. pag. 439. editionis in quarto huc allatae) Acta noſtra inſcripſiſſe ACTA MENDOSA ex editione MAZOCHII: credo quia interdum ab Emanuelis Alvari ac Deſpauterii praeceptis aberrantia. At equidem dixi toties, ac iterum dico, ea menda partim in amanuenſium imperitiam aut ſomnum conferri debere, partim in Graeciſmos interpretis, qui nimis ſerviliter de Graeco vertit. Nam quia pluries verbum verbo appendit; ab eo fit, ut id genus errata, latine quidem errata ſint, at ore Graeco recte procedant. Hujus generis exempla in vulgata verſione Scripturae innumera ſunt, ac vulgo notiſſima, quae apud gnaros linguarum venerationem, apud his praeſidiis deſtitutos nauſeam cient

SECTIO III.

Rurſus de lemmate [ACTA MENDOSA] quod Stiltingus praeſcripſit.

Scio Cl. Stiltingum alia plura leviora in Actis Bononienſibus criminari, quae partim in ſuo commentario praevio, partim in Notis ad eadem Acta ſuis poſuit, quae nos citatis paullo ſupra locis diluimus. At illud nemo noſtrorum hominum ſatis admirari potuit, quidnam cauſae fuerit quod ei bilem tantam in naſum concițerit, ut ea Acta non quidem *Acta Bononienſia* (quod pronum fuiſſet) inſcripſerit, talive alia ad diſcriminandum apta adjectione deſignarit, verum felleum epigramma illud (ACTA MENDOSA MAZOCHII) illeverit. Ea ne cauſa fuit, quod Bononienſia ſoloeciſmis ſcatent? Leve id fuiſſet, & cum aliis ſinceris commune; atq. id tamen totum in repetitâ eorumdem nitidiore vultu editione ſuſtulimus. An potius id cauſae fuit, quod cum ex nulla reprehenſionum ſuarum ſatis appareret, ſeſe Acta illa ſerio damnaſſe, imo eſſent loca ejus aliquot, ex quibus contrarium ac voluit, efficeretur (veluti ubi Bononienſia ſaeculo V. ſcripta, & eadem ſola a Martyrologis VIII. & IX. ſaeculi adprobata ultro fatetur, item ca-

TIOSO jungitur, ut ex priore ſerio & vere dicto, quo ſenſu τὸ EXSITIOSO ponatur, quiſq. intelligat. Nec minus τὸ NON MERENTI κατ' ἀντίφρασιν uſurpatur. Haec & ſimilia, uti dixi, hodiedum erga puerulos vocum blandimenta uſurpantur.

Nec deſunt in auctoribus hujus generis alia. Scio illud a Suetonio in III. gramm. *cap. 21. de Caio Meliſſo proditum*: Libellos INEPTIARVM (qui nunc Jocorum inſcribuntur) componere inſtituit. *Haud aliter, credo nobis (ſemper pueris ſcil. ut ille ait) Stiltingus Cl. abblanditur, dum* ineptos *per antiphraſin vocat, h. e. ſive* jocoſos, *ſive quidvis aliud: quod nos ſcil. in lucro ponimus.*

quamlibet ſobriis ac praeparcis, plaudamus licebit: adhaec autem ne Vaticana quidem, utpote pervulgata jamdiu, in totum abjiciamus, quae a quantavis vetuſtate ſuâ jamdiu ſibi venerationem conciliarunt.

VI. Aut ſi ne id quidem per te, Vir clariſſime, ſinitur; age ita tranſigamus litem. Ante omnia utraque Acta (Vaticana ſcil. & Bononienſia) invicem comparemus. Tum quae in Vaticanis tantum ſunt, abſunt vero ab his alteris; ea utpote non utrique parti confeſſa (imo & magna ex parte improbabilia (7) & incredibilia tibimet; Stiltinge, viſa) quando ita voluiſti, critica falce recidamus. Adhaec quae in Bononienſibus leguntur, a Vaticanis vero abſunt, ea quoque tantiſper reſecemus; ſed ita tamen, modo etiam in Johannêis deſint, quae pluries ita a Vaticanis abeunt, ut eum Bononienſibus amice (8) conjurent. Poſtremo quae in utriſque in commune leguntur, tam ſcil. in Bononienſibus, quam in (9) Vaticanis, ea tamquam confeſſa utriſque retineantur. Placetne? quidni vero? quid enim hac conventione juſtius aequiuſque? Niſi quod non poteſt non Bononienſium Actorum praeſtabilior eſſe conditio. Nam quia in his nihil eſt, quod non ſive in Vaticanis, ſive ſaltem in Johannêis (ut interim de Beda aliiſq. Mrologis, etiam Romano ſileam) deſcriptum exſtet: jam ex pactis conventis, integra nobis atque illaeſa Bononienſia ſervari licebit: & quidem rejectis Vaticanis aliiſque recentioribus. Et tamen (vide quantum de jure meo decedam) ne ſic quidem volo ἐπινίκιον canere, imo volo adverſariis benigne facere. Age neutris Actis, nec Bononienſibus ſcil. (quippe quibus convenit cum Beda & aliis Martyrologis, & in Vulgatis continentur) nec Vaticanis, utpote ſenium prope mille annorum praeſeferentibus, detrahatur fides. In haec quoque pacta libens deſcendo: ſed tamen quantum per Veritatis (quae ipſe Deus eſt) jura licebit.

PARS II.

carere pleriſque naevis Vaticanorum, ac plura ſimilia talia) cum haec, inquam, ex Belgicâ ingenuitate, Cl. Stiltingo excidiſſent; mox ſeſe recipiens, ſaltem praeſcriptione contumelioſa illâ [ACTA MENDOSA MAZOCHII] putavit, ſe ſatis luculenter iram in Acta tam ſibi odioſa evomiturum, partiumq. ſtudiis ſatisfacturum. Itaque foris titulo tenus iraſcitur: intus melle Hyblaeo interim ſcatet.

(7) De iis quae Cl. ipſe Auctor in Vaticanis Actis damnavit, vide ſup. Adn. 5.

[8] Hujuſmodi plura ſunt Bononienſibus cum Johanneis communia, veluti ubi Januarius Soſium legentem Evangelium, ac flammâ caput circumfuſum videt: item ubi Januarius Soſium in carcere inviſit, & alia quaedam. Nam Johanni huic ita Stephanus Epiſc. praeſcripſerat, uti Vitam illam tam ex Bononienſib. quam ex Vaticanis excerperet. Vide Joannêam Praefat. ſup. pag. 49. & mea ibi adnotata.

[9] Ea maximam partem Bononienſium conſtant. Ad ſummam Bononienſium pars maxima in Vaticanis αὐτολεξεί reperitur: minor vero pars alia in Johannêis, ſed diverſis verbis exſcribitur.

Digitized by Google

PARS II.

Poſt cauſae dictionem Peroratio.

HActenus defenſio fuit : ſequitur peroratio . Deo juvante, incidimus in ea tempora, quibus diſpulsâ ſuperioris aevi caligine, verum eſſe aureum illud antiquorum effatum (*Caritas Martyres facit*) agnovimus : cum antehac vix aliter quam tormentorum ſibi deinceps ſuccedentium multitudine & atrocitate, martyrii merita vulgo homines metirentur . Non ergo quia Paulus (ille ſcil. qui raptus in caelum vidit arcana Dei) ſola capitis abſciſſione conſummatus fuerit, minorem fuiſſe Martyrem dicimus prae Taracho , Probo , & Andronico , per multiplices & aſperrimas concertationes traductis . Nam ceteras interim id genus Martyrum hiſtorias taceo . Proinde nihil de Januarii & Sociorum gloria decedet , ſi una omnes , amputatis tantum capitibus , coronati fuerint . Ac ſunt quidem illa tot excogitata tormenta multo in vulgus plauſibiliora : at qui de excelſo caeli throno ſervorum ſuorum dimicationes contemplatur, is martyria ex una caritate aeſtimat, ac tum in primis, ubi ſegnior ignis foris urens fuerit, quam qui intus accendit.

Ergo ſupervacanea hac defenſione abſtineo , hodie maxime, cum Neapoli , imo & late in utraq. Sicilia , ſub auſpiciis CAROLI REGIS AVGVSTISSIMI FELICISSIMIQVE & acerrimi ſcientiarum promotoris, prae ceteris bonis artibus ſtudia cum primis ſacra ad miraculum florent : neque id tantum in Clero univerſo (ope praeſertim tum Archiepiſcopalis (10) Gymnaſii , tum etiam adultiorum Clericorum (11) Academiae) verum etiam apud Regularium complu-

(10) Nihil ſalutarius ab Eminentiſſimo Cardinali Spinello olim Archiepiſcopo Neap. fieri potuit , quam uti Clerum univerſum , antea per obvias quaſque ſcholas diſperſum (ex quo ſi nihil aliud damni , at diſſimilitudo doctrinae in clericis exiſtebat) in Gymnaſium unum in Archiepiſcopio fundatum cogeret , idq. inſtructum ſelectiſſimis ſcientiarum omnium profeſſoribus : in quo maxima cum aemulatione optimi juvenes in ſpem Eccleſiae ſuboleſcerent . Ac ne nunc quidem aliud Eminentiſſ. ſucceſſori Cardinali Serſalio magis cordi eſt, quam ut adoleſcentibus ſponte ſua incitatiſſimis addat quotidiana calcaria . Itaq. (ut taceam de progreſſibus cleri mirificis) non niſi os unum & lingua una Eccleſiae totius Neap. facta eſt . O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint , Regiae Metropolis hujus Clericos, tantis doctrinae & innocentiae praeſidiis ante fultos, quam ad populos regendos miſſi proſiliant .

[11] Nam ne tum quidem ubi ſcientiarum ſtadium emenſi , ad curriculi ſui metam pertigerunt , otio ſeſe dedunt . Etenim adultiores facti, ac ſacerdotio initiati, ἀριστίνδην deliguntur ii , qui in penitioribus ſtudiis (nim. hiſtoriae ſacrae , dogmatum, cano-

plures: ut interim de Nobilibus laicis, magnam partem non minus Eccleſiaſticae, quam humanae litteraturae addictiſſimis taceam. Verbo uno ut dicam: neminem fere hodie in Neapolitana confertiſſima multitudine non tantum Equitum eruditiſſimorum, verum & popularium, repertum iri ſpondeo, quin libraria ſupellectili uberrima domi inſtruatur, libroſque ſelectiſſimos nocturna verſare manu verſare diurna geſtiat. Iidem (quod huc pertinet) moderatioris criticae artis regulas mirifice callent; nec tam (ubi de Martyribus agitur) de tormentorum atque miraculorum congerie, quam de Actorum ſincera puritate ſe ſollicitos praebent. Hos, inquam, de lite mihi a Cl. Stiltingo intentata judices appello, quorum non defugio auctoritatem. Nec enim viri noſtri doctiſſimi ex Belgio uſque reſponſa, tamquam oracula, circa Martyrum hiſtorias exſpectanda ſibi ducunt; verum ipſi ſibi de ſuo ſapiunt, nunc cum maxime in tanto apud nos litterarum, Deo juvante, fulgore.

Atque hos, quos dixi, omnes animadverti tum, cum ante hos XV annos vulgavi Acta Bononienſia, ſignificationibus non obſcuris mihi plauſiſſe: quos & adhuc plaudere ſentio, dum ſtrenue me feciſſe dictitant, quod Acta illa incorrupta ſervarim a tineis, cum quibus poſt quatuordecim ſaecula luctabantur; iiſque ditarim Eccleſiam univerſam. Quid enim? Eo ventum fuerat, ut inculpatis horum Martyrum Actis carere nos viri ſapientiſſimi jampridem (12) pronuntiaverint, propterea quia quae ad hunc diem circumſerebantur, etſi

canonum, Biblicae & Eccleſiaſticae antiquitatis) magis magiſq. quotidie ſubigantur. Hunc in finem inſtituta jampridem fuerat ab Eminentiſſ. Archiep. Spinello cultior quaedam Academia ſacra, in qua de originibus Eccleſiaſticis, Biblicis, Liturgicis & id genus aliis maximo cum ſacrae doctrinae foenore diſſerebatur. At diu poſt, partim ex obitu magni illius incitatoris Hannibalis Marcheſii Oratoriani [nam apud Oratorianos Clericorum coetus illi cogebantur, praeſente ac praeſidente Archiepiſcopo] partim ex Romana Spinelli Eminentiſſimi profectione ii coetus aliquandiu intermiſſi.

At revocata ab Eminentiſſ. Archiepiſcopo Serſalio ſucceſſore ſub ductu Canonici Sparani optime de Clero meriti, *Sacra Academia Archiepiſcopalis* [id ei nunc nomen eſt] in quam ſtatis diebus conveniunt Academici productos a ſe fetus in orbem recitaturi. Utinam tantorum bonorum affluentia in Eccleſiâ Neapolitanâ perennet quam diutiſſime.

[12] Quid de vulgatis S. Januarii Actis olim ſenſerit piiſſimus Tillemontius habes ſup. pag. 9. Adnot. V. Ruinartus pietate non minus, quam ſacra eruditione ſpectabilis in Diſſert. *de pluralitate Martyrum* non auſus ex Actis vulgatis fuit veritatem martyrii S. Januarii & commilitonum probare, quippe eorum auctoritati diffiſus, verum Vranii [presbyteri S. Paulino Nolano aequalis] brevi teſtimonio tantum eſt uſus. Carolus Majellus, mihi, dum viveret, amiciſſimus, Vaticanae Biblioth. praefectus, Apoſtolicor. ad Principes Brevium Secretarius (cui tum ſanctitate vitae, tum omnigena ac va-

etſi ſatis ad percellendos admiratione animos apta, eadem tamen piiſſimus quiſque criticorum nobis e manibus eripuerant, dum negarent aliud ex aliquot ſanis veterum monumentis ſatis exploratum eſſe, quam S. Januarium Beneventi Epiſcopum feciſſe martyrium: praeterea nihil. Cum eo loci res eſſet, an non ego bene de Eccleſiis Campaniae meritus, qui hujus ſociorumque ſex athletarum Acta (& quidem ejuſmodi, ut a quavis reprehenſione immunia confeſſione omnium in his judicandis exercitorum habeantur) Eccleſiae univerſae tradidi? Quid rogo ob hoc factum commerui, cur ab hodierno Bollandiſta tam inhumaniter, tantoque ſupercilio, ne quid gravius dicam, acciperer? Quid aliud faceret, ſi rite ab Eccleſia in hoc ſtudiorum genus ſummum dictaturae imperium accepiſſet? An non, amabo te, Stiltinge Clariſſime, praeclarius nobiſcum agitur, ſi tam egregii Martyris (cujus in hunc uſque diem ſanguis quaſi recens fuſus ebullit) Acta aliqua, quamvis macerrima, nulloque tragico apparatu inſtructa, exſtent, quam ſi Actis omnino carendum fuiſſet, propterea quia quae legebantur, ea doctis non ſeſe probarent? Imo nec Tibi probantur, uti diſerte §. II. num. 29. (ſupra apud me pag. 76.) & alibi profiteris? Qua plane ultima ratione prudentiſſimus quiſque ac piiſſimus ſatis perceptâ, me adhuc verentem, ne Bononienſium parcimonia infirmos aliquot fidelium offenderet, mirifice confirmavit. Atque idem ego ubi primum Bononienſia haec, integro robore ſanitatis valentia, edebam, adeó nihil prorſus Vaticanis aut Johanneis obganniebam, ut quondam auctor Neapolitanis fuerim, ut opimioribus veteribus actis, ſi quidem iis delectarentur, ſuam paſcere pietatem pergerent.

Atque illud mirabile eſt, quod nemo unus tum, cum Bononienſia prodierunt, repertus fuerit qui factum meum improbarit, imo qui non ſummopere collaudarit. Nam interim Neapoli & in Italia plauſu maximo excepta illa Acta fuerunt; nec plurimi dubitarunt, quin eamdem Paſſionem inter probatiſſima quaeque collectionis Ruinartianae cimelia collocandam eſſe ſtatuerent. Credo me apud idoneos harum rerum judices cauſam Actorum S. Januarii ſatis ſuperque probaſſe: ceteros naris in his rebus obeſioris parum moror.

Sicuti nec illa moror, in quibus Cl. Stiltingum audio me in hoc eodem Commentario dedita opera impetiviſſe, veluti de ſitu Eccleſiae Stephaniae (quem ſibi quam mihi, qui ejus ſitum exactiſſima demonſtratione, ſubjectaque fidelibus oculis ichnographia in Diſſertatio-

vaſtiſſima eruditione, adhaec mirifico in Sanctum Januarium ſtudio quis unquam inveniet parem?) conqueri ſolebat, carere nos ſinceris S. Januarii Actis: nec enim quae circumferuntur, eſſe ſincera. Alios plures viventes taceo. Ac Stiltingus ipſe inſtar omnium ſit: qui §. II. num. 29. [vide apud me pag. 76. & hîc paullo ſupra Adn. 5.] quatuor de cauſis graviſſimis Vaticana oppugnavit.

tionis de Cathedrali Neap. p. XX. Anteloquio deſignaram, notiorem eſſe jactitet) item de duplicitate ſedis Epiſcopalis, in quam Graecorum Latinorumque Praeſulum ſeriem intrudit: capitibuſque aliis compluribus, quae a propoſito ſuo alieniſſima, non alia de cauſa convellit ſollicitatque, niſi ut me diſcruciet & aegre faciat canis meis, ſimul vero ipſe partibus, quibus obligaverat fidem, morigeretur. Haec, inquam, & quidquid aliud oggerere poſſit, non moror ipſe, quem noſtrorum Neapolitanorum favor ſatis ſuperque ſuſtentat, atque illa in primis alit fiducia, fore ut nemo me ante damnet, quam mea cum objectis Stiltingianis comparaverit: quo facto, ejus, ſat ſcio, ruent machinamenta.

P A R S III.

Novae poſt cauſam peroratam actiones: nimirum de Patronatus antiquitate, deq. patrocinii S. Januarii praeſentia.

A C T I O I.

Stiltingianae adverſus utramque molitiones.

Jam peroratâ cauſâ finem Denuntiationi meae feceram, cum ecce novus ab egregio juvene, Stiltingiana mei gratiâ lectitante, nuntius. Narrat ſcilicet, Acta Januarii, quae ab eo primitiva putata, primo loco proponuntur, carere clauſula illa, in qua de ſepultura Martyris & patronatu agitur. Hoc vero quanti apud me ſit, poſtea videro. Idem addebat, aliquot ejuſdem loca eſſe, in quibus ejuſdem patrocinium Civitatis hujus, latumque ab eodem in tempore Neapolitanis auxilium, extenuatur. Verum ea loca poſtea ſic proferam, ut in molliorem potius partem accipiam.

Nunc age: factum meum cum Cl. Stiltingi facto comparemus. I. Ego Vaticana S. Januarii Acta non magnopere reſpui, ſed Neapolitanis ut iis pietatem alerent & ſe oblectarent permiſeram: niſi quod, cum eadem quibuſdam difficultatibus (quas a Tillemontio propoſitas, Stiltingus ratas habuit) paterent, ego ex docta Bononiâ Acta puriſſima & integerrima arceſſivi: quae nim. ſola agnovere Beda, & poſt hunc alii octavi nonique ſaeculi Martyrologi. Adde quod eadem haec Acta ita αὐτολεξεὶ cum Vaticanis congruunt, ut iis tamen ſolis narrationibus careant, quae in Vaticanis ſuſpicionem corruptelae & poſterioris additamenti creabant. Contra Cl. Stiltingus utriſque Actis obloquitur, & ita obloquitur, ut anceps videatur, utra utris praeferat: re tamen vera utriſque uſque adeo detrahit, quaſi qui nitatur Neapolim non tantum Actis omnibus S. Martyris ſpoliare, ſed ſimul etiam Bedae & graviorum Martyrologiorum (quae ex ore Bononienſium Actorum pendent) exuere. II. Adhaec ego Neapolitano S. Martyris patronatui aſſiduaeque tutelae ex utriſque Actis

T quan-

quantam maximam antiquitatem conciliavi, ut quae cum Athletae martyrio coeperint, nec unquam intermiſſa fuerint. At hanc tantam vetuſtatem patronatûs Cl. Stiltingus Neapolitanis invidit, quippe qui Acta Bononienſia (in quorum fine de Neapolitanis Januarium a Deo ſtatim poſt paſſionem *patronum merentibus*, agitur) ut *ineptiſſima* damnat, Vaticana vero (quae ipsa idem magna ex parte ante improbaverat) non ea affert, quibus nos utimur, nim. cum eâdem illa patronatûs Januarii clauſula, verum alia deteriora obtrudit ex neſcio quo Collegii ſui Antuerpiani apographo petita, a quibus clauſula illa patronatûs (de quo unice gloriamur) exſulat. III. Poſtremo ego de praeſentiſſimo hujus S. Patroni in rebus aſperis patrocinio quam grate ſenſerim, non tantum ubi olim haec Acta Bononienſia Neapolitanis dono dedi, verum & in Commentario *de Cathedrali unica*, & in Diſſert. *de SS. Epiſc. Neap.* pluries demonſtravi: at contra Cl. Bollandiſta num. 164. & alibi indicia patrocinii S. Martyris quantum poteſt, extenuat. At interim idem Bollandiſta clariſſimus *Commentarium* illum, in quo tam amara pocula palato Neapolitano propinat, illum ipſum, inquam, *Commentarium* Excellentiſſ. Civitati Neapolitanae nuncupavit.

Cur vero non ad Septemviris Excellentiſſimis nuncupandum convolaret? Nimirum enim ſatis ſuperque egregiorum de Civitate noſtra meritorum in Commentarii ſui Dedicatione Cl. Auctor memoraverit, opinor, ex quibus colligeret Civitatis Extellentiſſ. gratiam. Nempe hac eum oratione, ſuis ſtrenue factis conſentanea, ſi minus uſum, at certe uti jure ac merito potuiſſe arbitror. „ Ego vobis Septemviri Excellentiſſimi, S. Januarii „ Acta omnia exemi de manibus, tum Mazochiana ſcilicet tum „ etiam Vaticana; quippe multa in utriſque nactus improbabi- „ lia, quae quominus cenſoriâ notâ inurerem, candor me meus ve- „ rique amor prohibuit. Ego idem, quod a vobis S. Januarium coli „ uti Patronum animadvertam, id quidem non veto, imo laudo; „ modo tamen opinionem illam a mentibus evellatis, quam Acta „ Bononienſia & Vaticana inſinuant, nim. de patronatu Januarii ſta- „ tim cum ejus Paſſione nato divinituſq. conceſſo. Nam quae Acta „ Belgica ego vobis ex noſtri Collegii tabulario protuli, etſi in ce- „ teris cum Vaticanis congruunt, clauſulâ tamen hac de ſepultura „ Januarii, deq. eodem, ſtatim a fuſo ſanguine, divinitus patrono Nea- „ politanis dato, carent. Cavete vero, ne aliis quam his Actis a me „ dono datis adjungere fidem incauti velitis. De quo ſatis commen- „ tarius vos meus edocebit. Poſtremo quod vos, Septemviri Excel- „ lentiſſimi, de Januarii patrocinio gloriemini, id non veto qui- „ dem. Cur enim Sanctorum quemquam a vobis coli, & eorum pa- „ trocinium invocari prohibeam? Veto tantum vos, o Septemviri, „ ni-

Digitized by Google

,, nimis credulos eſſe, ac temere quavis de cauſa veniſſe vobis auxi-
,, lio Januarium jactitare. Re enim vera (mihi credite qui rem to-
,, tam ſerio examinavi) ſaepe PROTECTIO SANCTI (Januarii)
,, TAM MANIFESTIS INDICIIS NON OSTENDITVR. Ob
,, haec demum tot tamq. ingentia merita quantum mihi debeatis, vel
,, me tacente, vobiſcum ipſi, Septemviri Excellentiſſ. ſtatuitote.

Haec ſi quis Cl. Stiltingum cum Excellentiſſ. Civitate palam agentem auſcultaret, nae is talem orationem haud patulis auribus exciperet. Et tamen quid ille aliud, ſi minus dicto, at facto quidem certe, ſcriptiſq. aeternum victuris chartis, prae ſe tulit? In Acta utraque, tam illa vetera Bononienſia, quam etiam Vaticana, invectus eſt: primordia patronatus S. Januarii, cum ejus recenti cruore prognata, Neapolitanis eripuit: patrocinium S. Martyris, quâ potuit extenuavit, dum quae nos in pluribus adverſis ejus patrocinii argumenta grati probavimus, ea ipſe num. 164. *indicia manifeſta* fuiſſe negavit. Itaque quantum quidem in ſe fuit, ſtudium, fiduciam, pietatem erga S. Patronum ſecuribus atque dolabris convulſit: atque hunc interim ipſum *Commentarium* ſuum (aeterno illi Bollandiano operi inſerendum) in quo tantum ſibi licere ſivit, ſummo Civitatis magiſtratui nuncupavit: quid aliud, amabo, niſi conſuetum illud adclamans: HIS INTERIM (quamlibet palato veſtro ingratis) FRVIMINI ET PLAVDITE.

Fateor equidem, de his quae dixi, eadem perinde atque ego, maximam partem, ſummos imoſque Neapoli ſentire. Tamen quid hoc ſibi vult, quod adhuc pauciſſimi quidam, non ſuopte ductu, ſed partibus mancipati, ita veritati palam indixere bellum, ut qui Acta utraque (Bononienſia aeque ac Vaticana) recte de Januarii patronatu narrantia venerantur, quique patronatûs hujus primordia ab ipſo illo Sanctiſſimi Athletae agone cum Actis utriſque repetunt, his inquam bellum indixerint, & tanquam S. Januarii hoſtes apud vulgus incautum incautiores ipſi traducant? Verum hos pauciſſimos equidem multitudine & gravitate recte ſentientium recreatus, nihil moror.

Antequam vero manum de tabula, tum de Beatiſſimi Martyris patronatûs antiquitate, tum de ejuſdem praeſenti ope teſtatoque patrocinio pauca e multis dicam. Qua defunctus operâ, finiam.

ACTIO II.

SECTIO I.

De patronatu S. Januarii, paſſioni ejuſdem coaevo, per Acta vero Stiltingiana ſublato.

S. Epiſcopi Januarii patronatum Neapolitanum, ab ipſo ejus martyrio inchoatum, Acta Joannis Diac. (apud Falcon. p. CLXXVII)

ineunte X. ſaeculo ſcripta diſertis verbis adſtruxerant hiſce verbis: *Chriſtiani.... cum ſollicite lucubrarent* (de nocte autem, quae paſſioni ſucceſſit, evigilatâ loquitur) *ut patronos ſibi rapere divina collatione* (h. e. conceſſione) *valerent*; *Neapolitani Beatum Januarium REVELATIONE COMMODI* (corr. *Revelatione commoti*) *ſuſtulerunt: Puteolani* &c. Atque haec eadem in antiquioribus Joanne Diacono Actis, quae Vaticana diximus, ſemper lecta fuerunt his verbis: *Noctu vero* (ead. ſcil. nocte, quae martyrium conſecuta fuit) *cum unaquaeque plebs ſollicite ſuos ſibi Patronos rapere feſtinarent; Neapolitani Beatum Januarium ſibi PATRONUM tollentes, A DOMINO MERUERUNT*. Nec minus eadem in longioribus Actis (13) & lectionibus, quae ex Mſ. Chioccarelli exſtant apud Falconium pag. 134. ſeq., & alibi notantur. Ut non immerito in Breviarium Rom. id totum redundarit, ubi legitur: *Horum corpora finitimae urbes pro ſuo quaeque ſtudio certum ſibi PATRONUM ex iis apud Deum adoptandi ſepelienda curarunt. Januarii corpus Neapolitani DIVINO ADMONITU* (hoc illud Joannis Diaconi eſt, *Revelatione commoti*) *extulere*. En igitur ſatis teſtium ſuppetebat ad firmandum Januarii patronatum divina deſtinatione Neapolitanis ab ipſo Martyris agone conceſſum.

Verum cum vulgatorum Januarii Actorum fides poſt objecta doctiſſimi Tillemontii coepiſſet concidere; ſimul etiam neſcio quis ſtudioſiſſimos quoſque Sancti Epiſcopi Januarii cultores torpor invaſerat. Nam incerti de Actis effecti, etiam de iis dubitabant, quae piiſſimus ille criticus minime carpſerat, veluti de Patronatu Januarii, de quo nunc ſermo eſt. Eo loci res erat, cum ecce mihi Divino conſilio datum fuit, ut Acta illa auro contra non cara, illa inquam Bononienſia nanciſcerer Acta, quae illis tantum abſurdis carerent, quae tamquam divinans olim reprehenderat Tillemontius, ceteras vero Vaticanorum Actorum narrationes, quas is criticus non accuſaverat, retinerent. Atque haec non tam Tillemontii extollendi gratia dico, quam Neapolitanorum fortunae celebrandae: qui ſimul ac ex Tillemontiano acumine Actis beatiſſimi Patroni ſe ſpoliatam defleverant, Bononienſia illa, quaſi de caelo demiſſa, in ſinum receperunt; ac ſimul etiam uno eodemque tempore gaviſi fuere de beatiſſ. Januarii patronatu

(13) In Actis longioribus illis, quorum initium eſt *Ad gloriam*, quae ex Chioccarello Falconius edidit pag. CXLIII. ita ſcribitur: *Noctu vero* (illa ſcil. nocte, quae martyrium conſecuta).. *Neapolites Beatiſſ. Januarium auferentes, & magna cum celebritatis frequentia venerantes, PATRONUM A DOMINO HABERE MERUERUNT*. In antiquiſſimo Breviario Neap. lect. V. (apud Falcon. p. CXLVI.) eadem omnia totidem ſyllabis leguntur. At in vetuſtiſſimo Beneventano Breviario lectione VIII. (apud Falconium p. CLXI) paullo contractius in hunc modum ſcribitur: *Noctu vero* &c. *Neapolitani B. Januarium ſibi patronum tollentes* (al. *tollere*) *a Domino meruerunt*.

Digitized by Google

tu, ſtatim ab ejus Paſſione divinitus nobis oblato (quem propter jam evulgatam Vaticanorum Actorum ambiguam fidem, propemodum elapſum de manibus condolebant) divinà clementia reſtituto. Nam in Bononienſibus eadem illa, quae ex Vaticanis proxime recitavimus, ne una ſyllaba minus continentur; quae non niſi ex Bononienſibus, utpote primitivis, in Vaticana derivaverant. Vide Bononienſia extremo cap. IX.

Quis ergo dubitat, quin ego ea dederim Acta, quae non tantum a Tillemontii reprehenſionibus ſint immunia, verum etiam quae Januarii patronatum ſtatim a conſummato agone admonitu Divino Neapolitanis conceſſum docent? Proinde quis ambigit quin duabus hiſce de cauſis peregregie fuerim de patria meritus, quam tum puris Actis, tum antiquis patronatûs documentis nudatam repereram? Nec tamen cum theſaurum illum protuli, munus tantum iis ornavi verbis, quibus gratiam populi Neapolitani colligerem. At certe de his Cl. Stiltingus gratulari patriae noſtrae debuerat, gratulari mihimet qui theſaurum invenerim. Tamen (vide mirum hominis ingenium) Acta Vaticana propter abſurda illa Tillemontiana (quae ipſe quaſi de ſuo objecit) iis onerat probris §. II. num. 29. (apud me ſup. p. 76.) quae quemvis ea cogant abominari. Quocirca Bononienſia eiſdem peccatis carentia (ut nihil de eorum indubitata ſinceritate dicam) jam jam probaturus videbatur. At ecce (animadverte verſutiam) neſcio quae abſurda, quae ſolus ipſe intelligat, comminiſcitur: id vero hac ſola de cauſa, ne temere ſuis partibus mancipaſſe fidem videatur. Atq. eo ſe poſtremo conjecit, ut Acta Bononienſia in ſummo lemmate ACTA MENDOSA.. MAZOCHII inſcribat, eademq. paſſim rejiciat, lepidâq. hypotypoſi tamquam *auribus*, *naſo*, &c. detruncata derideat. Atqui, o bone, praepoſtere haec accipis: qui ſi partium ſtudio vacuus ad cauſae hujus examen acceſſiſſes, verumq. fateri ex animo voluiſſes; Bononienſia exoſculari debebas, tamquam Acta primitiva & a verrucis & rejectaneis Vaticanorum, aliove quolibet vitio prorſus immunia, omnibus vero notis ſinceritatis eximie praedita.

Verum age, haec Cl. Stiltingo univerſa concedimus: Acta Bononienſia ſpreverit: adhaec Vaticana a ſe ante oppugnata, mox ſic tamquam lapidem Lydium propoſuerit. At illud quis deinde ferat, quod cum Acta Baroniana, ſeu Vaticana ceteris praeferat, tamen ubi ad ea Acta producenda ventum eſt, pro Vaticanis Belgica ſui Collegii neſcio quae lectori legenda infert? Hoc ſane non intelligerem, niſi ipſe facti ſui interpres accederet. Quia, inquit, (14) mul-

(14) Pluribus in locis Bollandiſta Clariſſ. gloriatur, ſeſe Acta productorum non ex Vaticano codice, aut aliis Vaticano conſentientibus (qui-

multo antiquiora Acta iſta erunt, ſi careant ſepultura, careant patronatu, & ceteris, quae in Vaticanis leguntur. Lepidum ſane reſponſum affers, ſed idem Neapolitanis veneficum: ut quos primaevi *Patronatûs* (qui & recenti cruore Martyris obſignatus, & ſimul cum ſepultura conſertus in Actis eſt) documento ſpoliaſti.

An non ſatius fuiſſet dicere, Acta Belgica, quae Italis invitis & averſantibus infers, pedibus capta, non poſſe incedere, & in utramque partem turpiter claudicare, quippe quae ſepultura & patronatu Januarii ceterorumque commilitonum careant? omiſſionem ſane in Actis Martyrum (15) vitioſam. Nec enim facile alterius Martyris

(quibus ſubnectitur clauſula de patronatu S. Januarii divinitus Neapolitanis conceſſo, de ſepultura in Marciano, deq. poſtea ſecuta Tranſlatione: vide ſup. pag. 124. Adn. 28) verum ex Collegii ſui Antuerpiani exemplari, & ex altero Rubeae Vallis, in quibus ejus clauſulae abſentia non niſi maximam vetuſtatem, judice Stiltingo, arguit. Saepe, inquam, in eo ſe jactitat. Vide eum §. II. num. 16. itemq. ad Acta ipſa quae primo loco exhibet (h. e. Vaticana) littera (y) ubi haec notat. *Nequeo dubitare, quin primus ſcriptor* (h. e. ille cujus Stiltingus Acta depromit) *finem Actis impoſuerit, ubi re vera finis eſt in codicibus noſtris* (duobus manu ſcriptis) *etiamſi Chioccarellus in Mſ. ſua collectione etiam habeat omnia illa, quae poſtmodum adjuncta jam monui*. Ea nim. intelligit quae idem Stiltingus ſub titulo *Appendicis* ſubjicit: quam ipſe *Appendicem* (ut aperte ait in Nota (A) ibi ſubſtratâ) *eſſe poſtea additam*, pro certo videlicet habet: de quo nos infra loco ſuo.

(15) *De cura ſepeliendi vita functos ex jure naturae divinoq. profectâ. Hinc hiſtoricis vitio verſum, ſi de ſepultura tacuiſſent. Acta Stiltingiana enormiter peccaſſe in hanc regulam.*

Ab orbe uſq. condito ſepelire corpora vita functorum maximae curae fuiſſe, oſtendit tota Veteris Inſtrumenti hiſtoria, ac tota Novi. Gentiles ipſos eâ curâ ſummopere tentos, teſtantur profanae hiſtoriae, poetae, fabularum commenta, ſepulcrales tituli ψαμμαχόσοι: id quod ex jure naturae mortalium genus edidiciſſe, nemo dubitat: maxime cum inter hoſtes ipſos poſt praelia humandorum ultro citroq. corporum venia detur. Id vero apud Chriſtianos tanto plus valuit, quanto nos Religio ſacra docet, corpora Chriſti cultorum templa Dei fuiſſe, ac praeſtolari generalem reviviſcentiam, per quam rurſus cum animabus copulata, ſicuti olim inſtrumenta certaminum & victoriarum fuere, ita coronarum & gaudiorum in partem veniant. Hinc illud Chriſticolarum ſtudium in fidelibus ſepeliendis, praecipue vero Martyribus: quorum corpora quantovis pretio a tortoribus mercabantur, uti cum honore componerent. Cumq. id intelligentes perſecutores, cuſtodibus adhibitis, projectis in mare aut confluentem ſacris illorum exuviis, aliiſve hoc modis prohiberent; ſaepe aderant prodigia Divina, per quae Martyres honore ſepulturae in fidelium ſolatium potirentur. Haec quae dixi, ipſi etiam recens lacte depulſi ſciunt.

Ac ne illud quidem obſcurum eſt,

Digitized by Google

ris Acta reperias, cujus ſepulturam, ſi quidem innotuiſſet, deſcribere non curae fuerit. Nimirum unus Cl. Stiltingus id unum ſtudere nitiq. in ſpeciem videtur (nam intus, ac ſepoſito favore partium, ſatis credo, nobiſcum facit) ut Patronatum S. Januarii, ejus Paſſioni σύγχρονον (quaſi odium in Neapolitanos profeſſus) de medio tollat, aut de medio ſuſtuliſſe videatur.

S E C T I O II.

Qua de cauſa Acta Belgica Stiltingiana patronatu & ſepulturâ S. Januarii detruncata reperiantur.

CVr Acta a Cl. Stiltingo propoſita careant duobus ultimis capitibus, (in quibus de patronatu Januarii, Neapolitanis ſtatim a ſuo ſanguine divinitus aſſignato, deq. Martyrum ſepultura, ac demum eſt, quae cura ſuperſtitibus ſepeliendi fuit, eâdem & hiſtoriarum ſcriptores tactos, ne forte ſepulturae genus eorum, de quibus ſcripſiſſent, ſilentio involverent. Hoc certe ſilentium (ſi quidem genus ſepulturae ſciſſent, nec tamen eloquerentur) turpiſſimum in hiſtoricis habitum: quod ſi neſciſſent, id ſaltem ut cauſarentur, legibus hiſtoriae cautum. In Vetere Novoq. Foedere, & apud gentiles omnes, item in Chriſtianorum omnium vitis, inq. omnium Martyrum Actis (modo ſepultura innotuiſſet) id religione ſumma obſervatum.

Haec cum ita ſe habere, nemo dubitet; tamen ecqua cogitandi ratio Cl. Bollandiſtas hodiernos invaſit, inaudita primis illis clariſſimis Bollandiani operis conditoribus? „ Jam ego (Stiltingus ornatiſſimus „ ait) Acta profero, quibus nihil „ excogitari poſſit vetuſtius. Dabo „ enim quae ſepulturâ careant: „ ſcripta videlicet inter exhalatas a „ Martyribus animas interque eo„ rumdem quamvis temporariam ſe„ pulturam. Nam ſi vel apex unus „ de conditis corporibus illinatur, „ periculum erit, necunde Acta, „ momento uno vetuſtiora meis, „ aliquando prodeant. Hoc dum „ molior, ecce commodum in Col„ legio Antuerpiano noſtro mem„ branae occurrunt in hunc mo„ dum deſinentes: *Corpora autem* „ *Sanctorum jacuerunt ad Sulfurota*„ *ria, ubi poſtea dignam B. Mar*„ *tyris Januarii Baſilicam condide*„ *runt*. Nec ultra proceditur ad „ ſepulturam. Hîc enim Acta de„ ſinunt, compoſita ſcilicet adhuc in„ ſepultis corporibus. Nam quae „ in aliis Actis ſequuntur, ea eſ„ ſe ſeptimi aut octavi ſaeculi ajo.

Sane ſi quis ita gloriantem Stiltingum audiat, eum ad lacrymas uſq. riſurum opinor. Nunc etſi haec ipſiſſima jactantiae verba a Cl. Stiltingo abſunt; at ſatis aperte in eo facto gloriatur, per quod a Martyrum Actis ſepulturam reſecuit, Neapolim vero noſtram patronatu Januarii, ſtatim poſt fuſum ſanguinem obſignato, ſpoliavit; ac poſtremo quae in ſequentibus de ſepultura & patronatu leguntur, ea ſive ſeptimo ſive potius octavo ſaeculo ſcripta, olfactu ſuo acutiſſimo exploravit. De hoc ultimo Stiltingiano facinore, per quod omnem illam, quae in Actis ſequitur, de patronatu & ſepultura mentionem non niſi ſeptimi aut octavi ſaeculi fuiſſe fabricam, pro tribunali decernit, vide ſeq. Adnot. 16.

mum de translationibus agitur) non eſt intellectu difficile . Etenim Acta Sanctorum non alii facilius quam monachi ſcriptitabant , ad ſuum praecipue ſpirituale pabulum tum in monaſticis coetibus publice praelegenda , tum ab unoquoq. privatim . Hi vero deſcriptores non raro quae ſupervacanea putabant , minuendi laboris gratia praecidebant : idque facilius in Actorum fine , ubi de ſepultura deque tranſlationibus agitur , ſibi permittebant . Hinc in Januarii & Sociorum Actis , ubi ad horum Martyrum patronatum & ſepulturam atque translationes ventum fuit , id totum monachi Tranſmontani (quibus ſcil. nihil de Neapoli , de Miſeno , de Puteolis , deque Benevento curae eſſet) id totum , inquam , in fine abſciderunt : cum contra noſtratibus librariis , horum quidquam omittere prope capitale haberetur . Hinc in noſtris apographis haec religioſe adnotantur , a duobus autem dumtaxat Stiltingianis cimeliis , ſcil. pretioſiſſimis , abſunt .

Ac ſane hujuſcemodi clauſularum praetermiſſarum non pauca ſunt in Martyrum Actis exempla . Et tamen clauſulae omiſſae illae plerumque tranſlationes , aut beneficia populis conceſſa continent , in quibus detrimenti minus . At vero exemplum ſimile noſtro afferri nullum poteſt : in quo cum de eximio Martyre , admonitu divino ſtatim a paſſione civitati clariſſimae in patronum aſſignato agatur ; nihilominus tanti momenti particula ab incurioſis monachis praeciſa fuerit . Proinde quis dubitat quin clauſulam hanc peſſimo publico illi amanuenſes reſecuerint ? Quae ſi tanta in amanuenſi culpa fuit ; quanto majus quamq. inexpiabile facinus Cl. Stiltingi dicemus , qui in ea Actorum S. Januarii editione , quam Ordini Neapolitano nuncupavit , Acta hujuſcemodi obtruſerit , quae tam ſingularis ornamenti ſui monumento unico careant ? imo & in hoc facto tantopere ſibi placuit , quaſi non ſtuduerit aliud , niſi ut Excellentiſſ. Civitati , cui haec ipſa dicavit , aegre faceret ?

Nec dixerit Cl. Adverſarius , ex illius abſciſſione clauſulae nihil patronatui Januarii imminere periculi , propterea quod provido ipſe conſilio illam ipſam clauſulam aliunde adſciverit ; ac ſeorſum a Belgicis Actis ſuis (ne quid ſcil. haec quae jactat puriora vitro Acta , ex impuri additamenti contagione contraherent ſordium) ſeorſum , inquam , in calce ſubjecerit , & quidem ſub altero lemmate . Subjecit hanc autem clauſulam providentia plane paterna , nempe miſertus Neapolitarum calamitatis , Januarii patronatum ſibi ereptum lugentium . Subdidit vero clauſulam ſaepe laudatam ex Vaticano Codice , in quem nolentem ac SERO (16) illam irrepſiſſe docet . Addet his etiam , quod plu-

(16) DE APPENDICE STILTINGIANA

P A R S I.

In ſupplendo Codice Antuerpiano dupliciter a Cl. Stiltingo peccatum : I. quod Actorum vitalia in Appendicem conjecerit : II. quod eadem opus VII. aut VIII. ſaeculi aeſtimarit : utrumq. in damnum Neapolitani populi .

Digitized by Google

plura ex aevo medio ſuppetunt de patronatu ejuſdem Januarii teſtimonia, per quae rejecta iſthaec ſedulitate ſuâ clauſula reparari queat. Fruſtra, inquam, haec dixerit vir ornatiſſimus; haec enim ſunt ſera auxilia, atque ingrata noſtratibus: quibus hoc in primis decorum ac pulchrum eſt, in eoque ſibi placent, ſi Neapolitani ſtatim ab ipſo martyrio *Beatum Januarium ſibi PATRONUM A DOMINO MERUERUNT*, uti Bononienſia teſtantur: quod & Vaticana ex Bononienſibus adſciverunt. Quae verba perpetua Neapolitarum traditio eam in partem accepit, ut etiam Dei revelatio interceſſerit, Neapolitanis tunc temporis facta de patronatu Januarii jam tum ipſis conceſſo. Hac enim periphraſi verba illa Joannes Diaconus decimo ineunte ſaeculo illuſtravit: *Neapolitani beatum Januarium REVELATIONE COMMODI* (hunc Commodum traditio Neapolitana ignorat: quocirca una litterula mutatâ, uti pluries monui, mecum leges, COMMOTI) *ſuſtulerunt*. Poſtremo auctores lectionum Breviarii Rom. tam Actorum noſtrorum & Vaticanorum, quam Joannis Diac. verba quae recitavi, paraphraſi hac illuſtrarunt: *Studio certum ſibi PATRONUM apud Deum adoptandi ... Januarii corpus Neapolitani DIVINO ADMONITU extulere*. I nunc Stiltinge ornatiſſime, & nova iſta ex Antuerpiano Jeſuitarum Collegio Acta mutilata, & ingrata noſtro palato, Neapolitanis averſantibus, infer: per quae Bononienſibus & Vaticanis Actis, unâque patronatui B. Januarii ſtatim ab ejus Paſſione exorto nervos, ſi poſſis, ſuccidas: imo per quae calumniandae Societatis anſam adverſariis (ſi qui forte ſint) Jeſuitici nominis prae ceteris egregiam praebeas.

V SECTIO

Cum Bollandiſta hodiernus damnum Neapolitanae Civitati ab ſe illatum ſarcire vellet; quae mutilo Antuerpiano exemplari deerant, ea tum ex Vaticano Cod. (apud Chioccarellum, Falconiumq.) ſubjecit, tum ex aliis ſexcentis MSſ. quorum Bollandiſtae copia ſcatent. Itaq. poſt τὸ *Condiderunt*, in quo ipſe Vaticana finierat, hanc appendicem ſubjicit.

APPENDIX.

Noctu vero cum unaquaeq. plebs ſollicite ſuos ſibi patronos rapere feſtinarent; Neapolitani beatum Januarium ſibi patronum tollentes a Domino meruerunt. Quem primo quidem in loco, qui appellatur Marciano abſconderunt: poſtea vero quieto tempore.... Cetera vide apud me pag. 124.

Ex his vides, eum non modo non reparaſſe injuriam Neapolitanis illatam, ſed eiſdem multiplex vulnus impoſuiſſe, dum in *Appendicem* conjicit, quae eapte illâ nocte geſta fuerunt. Nam I. ea nocte Chriſtiani ad Corpora horum Martyrum cuſtodienda excubias agebant: ut videre licet apud me pag. 124. n. 12. *Chriſtiani vero diverſar. urbium cuſtodiebant corpora Sanctor. ut ea .. tollerent*. In Bononienſib. verba totidem. Pertinet ne autem hoc ad *Appendicem*, an ad viſcera narrationis? Conſulantur quotquot ſunt Acta cetera, in quibus quam accuratiſſime talia referuntur. II. Eapte nocte Neapolitani admonitu divino *Januarium tollentes Patronum a Domino meruerunt*. III. Eapte nocte iidem Januarium *in Marciano* (ſive *Martiano*, ut in Bononienſib.) ab-

Digitized by Google

abſconderunt , h. e. temporariâ ſepultura donarunt . Haec tria , utpote , neceſſaria & eapte nocte geſta , ad vitalia Actorum pertinent , non vero ad *Appendicem* . Quae ſi , quia ab Jeſuitico codice (olim a monachis tranſmontanis decurtato) abſunt , *Appendix* vocari poſſit ; jam quoties defectum codicis unius aliorum ſexcentorum ope ſupplemus , tunc eas neceſſarias reparationes licebit in Appendicem conjicere .

Hactenus injuria prior eſt : ſequitur altera gravior . Nam quae hactenus dixi , utpote eâdem nocte geſta , ſi noſter Stiltingus ſimul cum Actis ſcripta dixiſſet , non morarer , quin ea ſive *Appendicem* , ſive quidquid mallet , inſcriberet . Nunc vero ipſe pluribus poſtea ſaeculis illa fuiſſe compoſita , quaſi divinitus inſpiratus , canit . Aut ſi id ſupernâ inſpiratione vacat ; certe ſagacitatem Stiltingiani judicii , per quod horas atq. momenta natalium clauſulae de qua agitur [de Januarii ſcil. patronatu Neapolitano , ac ſepultura] indagare valuit , numquam ſatis mirari , niſi ceu ſtupidus atq. attonitus , valeo . Nam §. VII. num. 102. poſt multa de Martyrum ſepulturâ diſputata , ſic poſuit : *Cum ſcriptor APPENDICIS* [perſtat enim ſemper in *Appendice* appellanda , quam Actorum *Praecordia* nuncupare debuiſſet] *ſit minoris auctoritatis , utpote qui CERTE NON ANTE ADVLTVM SAECVLVM VI. & forte SEPTIMO aut OCTAVO illa ſcripſit* . Ac mirare ſcrupuloſiſſimam hominis religionem , dum exploratiſſima quaeq. ſecernit ab iis , quae tametſi mavult , nondum tamen plane inter liquido demonſtrata ponit . Ergo de *ſexto adulto ſaeculo* demonſtrationes pluſquam geometricas habet , ex quibus ſuum illud CERTE proficiſcitur : at interim adhuc pulveri & radio invigilat , ut eam miſeram *Appendicem Octavi* ſaeculi anno nonageſimo nono factam demonſtret . Saltem , per quae veſtigia vir ſagaciſſimus ingrediatur , dum haſce indagines ſaeculorum tam feliciter expedit , ederet verbo uno , ut meliora tandem ediſcamus artis criticae fundamenta ex hac una verſiculorum trium quatuorve Appendice , ſed tamen Stiltingianis animadverſionibus illuſtrata atq. animata ; & uti bono noſtro intelligamus , ecqua in tribus verſibus illis certa veſtigia ſexti ſaeculi , ecqua prope certa ſeptimi , ecqua octavi animadverterit , ſi forte paria & ipſi ejus exemplo conari ſub ejus diſciplina poſſimus .

PARS II.

Dubitationes duae : prima de Epiſcopo Januarii translatore : altera de tempore ſcriptionis Actorum Bononienſium . Videri Acta quidem ſtatim ab Eccleſiae pace , at ultimam de translationibus periocham ſub S. Joanne I. fuiſſe ſcriptam . Alia quaedam : tum de eo quod Januarius domo Neapolitanus fuerit .

Sed jam jocularib. miſſis , de ea quam Stiltingus *Appendicem* vocat , rurſus dico , eam ad praecordia ipſa Actorum pertinere , qualenus ſcil. Januarii patronatum Neapolitanum , itemq. ſepulturam in Marciano continet . Ceterum ubi ad verba illa , *Poſtea vero quieto jam tempore* &c. (ubi de Translatione Neapolitana agitur) ventum , quia haec pluribus poſt martyrium annis accidit ; non difficile eſt credere , eam particulam aliquamdiu poſt Acta ſcriptam fuiſſe , tum ſcil. cum Tranſlatio facta fuit ; & ſic nemo vetabit eam vocari Appendicem , quippe quam conſtet , poſt Acta fuiſſe ſcriptam : de quo jam eſt dicendum .

Ac prima dubitatio de Epiſcopo translatore eſt : altera , utrum tempore Translationis , an ante , condita Acta Bononienſia fuerint . Ad priorem quod attinet ; S. Severus Epiſcopus , [qui Symmachi , & S. Am-

Digitized by Google

Ambroſii amicitia floruit] tranſtuliſſe Neapolim Januarium ab auctore Vitae ejuſdem Severi memoratur. Verum hic auctor ſuſpectae fidei eſt, ut qui eam vitam arceſſitis ex Vraniana de S. Paulino epiſtola pennis exornaverit, & quidem totidem fere verbis: ut alia ſuſpectionis capita taceam. Itaq. auctor hic ex toto Vitae contextu prodit, ſe pridianum ſcriptorem, ac facile XII. aut XIII. ſaeculi, quo tempore id homines ſatagebant, ut vitas macilentiores ex aliis opimioribus pinguefacerent. Scio Stiltingum §.VII. num.105. pro Vitae hujus veracitate (h. e. pro Bollandiſtarum ſodalium ſuorum ratis ſententiis) tanquam pro aris ſociſq. dimicare. Laudo hanc ſemper-lenitatem in ſuos. Et equidem quantolibet pretio mercarer, Januarii translationem Severo tribui poſſe. Sed magis amica veritas. De his vide a me ſcripta ad Kalend. marm. to.1. p. 257. & ſeq. & *Diſſert. de SS. Epiſc. Neap.* pag. 238. 247. Nam cui bono actum agerem? Niſi vero S. Severus ideo creditus tranſtuliſſe, quia ſive baſilicam ſupra Januarii reliquias in Marciano fecit, ſive quia translationem Neapolitanam aggreſſus, non perfecit, morte praeventus: de quo infra Adn. ſeq. Non ergo S. Severus exeuntis IV. ſaeculi Epiſcopus translator Januarii fuit, ſed S. Joannes I. qui ſaec. V. ineunte ſedit. Id diſerte tradit in ſuo chronico Joan. Diaconus: non ita ſcripturus, ſi quidem Vita S. Severi antiquior ſe fuiſſet. Vide omnino tum Kalendarium noſtrum marmoreum, tum de SS. Epiſcopis Neap. in citatis locis.

II. Dubitatio eſt de tempore ſcriptionis Actorum Bononienſium, & periochae ultimae, qua de Translatione agitur. Ad Acta quod attinet, ea, ut alibi dixi, poſt Martyrium Graece ſcripta fuerunt, ac non multo poſt in gratiam Chriſtianorum Latine loquentium Latio donata. Verum ubi poſtea ſub S. Joanne I. (h. e. centeſimo plus minus poſt horum paſſionem anno) translatae S. Januarii Reliquiae; tum demum adjecta periocha de Translatione tum Januarii tum Sociorum fuit. Atq. ea periocha incipit ab iis verbis, *Poſtea vero quieto jam tempore*, ac deſinit in ea verba, *Feſtum . . . & Deſiderium cives ſui Beneventum tulerunt.*

Ad initium ſuperioris Translationum narrationis quod attinet, ea in Bononienſi codice rectiſſime habet, quia poſt τὸ *Quieto jam tempore* ſcribitur ſingulo numero, *Venerabilis Epiſcopus* (nempe Joannes I. Neap.) *una cum plebe Dei Sancta* &c. At haec eadem particula depravata in Vaticanis cernitur in hunc modum: *Venerabiles Epiſcopi* (epiſcopos ſort. Neapolitani Metropolitae ſuffraganeos intelligit) *una cum* &c. Ex quo, ſi calumniandi animus fuiſſet, poteram pag. 124. ad hunc locum oſtendere, Vaticana ſcripta fuiſſe poſt decimum ſaeculum, quando Neapolitani Antiſtites in Metropolitas erecti, poterant ad translationes convocare ſuffraganeos ſuos. At quia mihi ex Joan. Diaconi Praefatione perſuaſum eſt, Vaticana integro ſaeculo Jo: Diaconum anteceſſiſſe (de quo vide pag. 107. toto §. 3.) malo, tranſcriptorem Actor. hoc loco voluiſſe ſuo tempori ſe conformare, quo jam Neapolitani Pontifices in Metropolitas evecti, in hujuſmodi translationibus ſuffraganeos arceſſebant.

Atq. idem eſto judicium de eo quod ſtatim ſequitur praeter fidem Actorum Bononienſium: *Vna cum omnibus ex genere beatiſſ. Mart. Januarii*. Haec etiam a deſcriptore adjecta videntur, exemplo Actorum incipientium *Ad gloriam*, in quibus eadem omnia leguntur his verbis: *Religioſi quiq. Pontifices ſingularum urbium Parthenopenſis regionis*,

Digitized by Google

SECTIO III.

De hoc quod Acta tam turpiter vitalibus deminuta Populo Neap. Stiltingus obtruſerit, gravis expoſtulatio.

At enim proxime dictis Noſter ita reponet: Quid mihi de populi Neap. commodis curae? cui illud in primis pro muneris ratione propoſitum, ut Acta omnium antiquiſſima promam. Quid autem iis antiquius, quae Martyres adhuc inſepultos exhibent?

Nempe, ſi haec recte capio, hoc ſibi vult Vir ornatiſſimus, Acta Antuerpiani Collegii eapte nocte, imo eopte articulo temporis fuiſſe compoſita, qui inter martyrum conſummationem, interque ſecutam eapte nocte ſepulturam medius interceſſit; atq. hinc nullam ſepulturae mentionem ac patronatûs factam. Video tolli a lectore cachinnum. Atqui ea procul dubio mens, is ſenſus Viro clariſſ. fuit, plane admirabilis, uti ex fine ſuperioris Adn. intelligis.

Verum quid diu tricamur? Si quidem inter Martyrum exceſſum & ſepulturam notabile ſpatium temporis interceſſiſſet; age tunc Stiltingo noſtro largiemur, intermedio illo tempore Acta ſua ſcripta jactanti. Nunc vero eapte nocte intempeſta *in Marciano ABSCONDI-*

nis, una cum his qui erant ex proſapia beati Januarii &c. Nam ea litigia de S. Januarii genere videntur citeriora ſaecula redolere. Tamen tum de τῷ *Venerabiles Epiſcopi*, tum de (*ex genere beat. Mart. Januarii*) ſi quis aliter maluerit decernere, ac tueri ea ab ipſo Vaticanor. auctore profecta, equidem non vetabo; praeſertim cum pluribus argumentis adducar, uti credam Januarii patronatum Neapolitanis non alia de cauſa, quam quia ſuis civibus, fuiſſe donatum. Idq. ex appendicula illa ultima conſtat, quam, utpote probae monetae, Bononienſium olim fuiſſe partem non dubito: unde Appendicem illam ex Bononienſibus olim avulſam, in eadem poſtliminio revocavi tum pag. 44.; tum etiam 92. In ea ſic legitur: *Soſium.. CIVES ejus Miſenates tulerunt... Puteolani quoq. Proculum.. Euticetem, & Acutium CIVES SVI tulerunt... Feſtum & Deſiderium itidem CIVES SVI Beneventum tulerunt*. Ergo ſi ſex reliquorum corpora (junctim ſcil. cum patronatu) Divina deſtinatione *civibus* data; etiam Januarii patronatus & Reliquiae Neapolitanis utpote *civibus* aſſignatae fuerunt.

Atq. hoc unum argumentum mihi invictum videtur ad S. Januarii civilitatem Neapolitanam comprobandam: cetera quae Ant. Caracciolus congerit, non valde moror. Ceterum poſt milleſimum Chriſti annum, a nullo dubitatum fuiſſe, quin S. Januarius domo Neapolitanus fuerit, arguunt plura illius aetatis Kalendaria, in primis Tutinianum a me editum in Diſſertatione de SS. Epiſc. Neap. in quo Menſe Septembri (apud me p. 316.) die XIX. ita notatur: *Januarii Neap. Epiſ. Mart.* Nam (uti Tutinus in univerſum ad id Kalendarium in fine adnotavit: apud me pag. 321.) *Vox NEAP. dictioni EPIS. praepoſita* ſignificat civem Neapolitanum, *poſtpoſita ſignificat Epiſcopum Neap. non autem civem*: id quod exemplo S. Pomponii in eod. Kalendario probat.

DITUM (17) fuiſſe Januarium h. e. ſubitaria ſepultura donatum, tum Bononienſia, tum etiam Vaticana verbis iiſdem docent. Quae cum aperta ſint; quis non intelligit, omiſſionem patronatus & ſepul-

(17) *De τῷ ABSCONDERUNT, h. e. de ſubitaria Januarii ſepultura eapte nocte peractâ, deq. Baſilica ibidem poſtea condita, antequam Lipſana Neapolim transveherentur. Haec omnia exemplo Actor. S. Saturnini Toloſani firmata.*

En rurſus Bononienſium verba profero, quae toties ante produxi, ſed nondum pro dignitate explicueram. *Noctu vero* (eapte, inquit, nocte qua Chriſtiani diverſar. urbium cuſtodiebant reliquias, ut ſupra, & ad rapiendos recens mactatos Martyres excubabant) *cum unaquaeq. plebs ſollicite ſuos ſibi patronos rapere feſtinarent, Neapolitani beatum Januarium ſibi patronum tollentes, a Domino meruerunt. Quem primo quidem in loco, qui appellatur Marciano abſconderunt.* (Haec prima Januarii temporaria ſepultura) *Poſtea vero quieto jam tempore* ... inde Neapolim tranſtulerunt, ut quam honorificentiſſime conderent.

Memini me tum pag. 40. Adn. 34. tum alibi iſtud in *Marciano abſconderunt*, accepiſſe pro tumultuaria ſepultura, quae per ſolam glebae injectionem perficiebatur. Sed non dum in ſimillimum planeq. germanum Actorum S. Saturnini Mart. Ep. Toloſani exemplum incideram: quod hîc carptim adſcribere non pigebit. Apud Ruinartum igitur pag. 131. num. V. de S. Saturnini tumulatione ſic Acta incipiunt. *Exanime corpus* ... *uſq. ad eum locum, tauro furente, perductum eſt, ubi fune diſrupta, TUMULARIAM eo tempore meruit ſepulturam.*

Parumper hîc reſiſto. Surius pro *tumulariam* correxit *tumultuariam*: ad ſententiam quidem aptiſſime, quaſi dixeris *ſubitariam*. Sed retinendum puto *tumulariam*: quae vox (etſi alibi irreperta) notare videtur ſepulturam nullo ſtructili monumento peractam, ſed tantum injecta gleba, atque inſenſibili elato terrae TUMULO properatam. Adde quod, ne vel levia exſtantis tumuli veſtigia dignoſci poſſent, ſcrobem pedibus, quantum licuit, compreſſerunt, ne qua ſublata humus praeberet indicia corporis tumulati, uti mox innuitur.

Pergit autem narratio. *Nam* .. *Chriſtianis* .. *Sancti viri corpus humare metuentibus, duae tantum mulierculae* ... *viris omnibus fortiores, & ſui Sacerdotis exemplo credo ad tolerantiam paſſionis animatae, beati viri corpus ligneo feretro immiſſum, quam maxime in primo loco COACTIS apte ſcrobibus* (h. e. compreſſis, ne quis terrae tumor ſuſpicionem corporis humati praeberet) *condiderunt: ut venerandas ſibi ſanctas reliquias non tam SEPELIRE, quam ABSCONDERE viderentur* ... *Manſit aliquandiu ſub vili caeſpite omnib. quidem inhonorum, ſed honoratum a Deo Martyris corpus, donec S. Hilarius* ... *de anteceſſoris ſui obitu inſtructus & merito, effoſſâ uſq. ad ipſum ſepulcrum ligneum* (quod feretrum ante vocaverat) *terrâ, ſanctas veritus commovere reliquias* ... *baſiliculam admodum parvulam* ... *adjecit, ABSCONDENDO videl. Martyris corpus, ne* .. *diriperent. Procedente dehinc tempore* ... *S. Silvius, epiſcopatum ſupradictae urbis indeptus, pulcram & ſpecioſam baſilicam* .. *parans ad venerandi Mart. transferendas illuc reliquias, ante conſummationem* .. *receſſit e ſaeculo. Poſt cujus obitum S. Exſuperius* ... *baſilicam, quam deceſſor ſuus fideliter in-*

Digitized by Google

ſepulturae non compoſitori Actorum tribuendam, ſed monacho cuipiam quatuor aut quinque ab hinc ſaeculis, dum tranſcriberet, pigreſcenti & ſomnolentia victo: nec quidquam cauſae fuiſſe, cur Stiltingus, vir tanti judicii, ea potiſſimum Acta deligeret, eademq. Excellentiſſ. Civitati inſtar ingentis doni traderet, per quae Neapolitanis Patronatus Januarii Martyris, coaevus effuſo ſanguini (h. e. cruore adhuc calenti obſignatus) deperiret, Martyribus autem honor ſepulturae decederet: quam ſepulturam (ſaepiſſime non ſine Divinae providentiae (18) miraculis feliciter inchoatam atq. perfectam) in

inchoaverat, *inſtantiſſime conſummavit*, *& feliciter dedicavit*.

Atq. hanc totam *ABSCONDITI* (ut Acta loquuntur) Saturnini ac poſtea ttanslati narrationem proderit cum pari Januarii noſtri (*abſconditi* primo, mox & translati Neapolim) facto comparare. Nam ſicuti Saturninus a duabus feminis primum in ſcrobe effoſſâ compoſitus, & ingeſta humo tumulatus fuit, idq. totum *Abſcondi* dictum; ita & de Januario ſcribitur, *Quem primo quidem* (Neapolitani) *in loco qui appellatur Marciano ABSCONDERVNT*, h. e. tumularunt. Ac fort. ne *feretrum* quidem ſive loculus aliquis opere ſubitario factus, ſicuti in S. Saturnino, ita in Januario abſcondendo defuit. Mox ſicuti S. Hilarius veritus deceſſoris ſui loco movere corpus, ſatis habuit ſacro corpori *baſiliculam admodum parvulam* imponere; ita & ſupra corpus Januarii ſimile quidpiam factum videtur. Niſi quod Sanctus quidem Hilarius *baſiliculam parvulam* . . . ad *abſcondendum* ſcil. (ut Acta loquuntur) Saturninum, ne oſſa inquietarentur, fecit: at Neapolitani in Marciano (ut Acta loquuntur) *poſtea dignam beati Martyris baſilicam condiderunt*, Non *baſiliculam parvulam*, ait, ſed *dignam B. Mart. baſilicam*. Quis vero ſcit, an non haec Baſilica opus S. Severi fuerit? Vnde hujus rei fama impulſus Vitae S. Severi auctor, Januarii translationem Neapolitanam (quae ab Joanne I. facta) in S. Severum transfudit.

Poſtremo ſicuti S. Silvius deceſſoris ſui reliquias in urbem translaturus, ingentem baſilicam inchoavit: quam deinde S. Exſuperius perfecit, eoq. S. Martyris pignora tranſtulit; ita & S. Joannes noſter Exſuperio aequalis in Baſilicam Neapolitanam (ſive a ſe, ſive fort. a S. Severo factam: ex quo error de translatione Severo tributa oriri potuit) Lipſana Januarii noſtri tranſvexit.

Habes Januarii tumulationem collatam cum pari tumulatione S. Saturuini, & utramq. *Abſcondendi* verbo expreſſam, & quae poſtea ſecuta, in eumdem modum omnia. Sed & illa de *Cyphio* Senatore Beneventano narratio, quae Actis Januarii Vaticanis in omnibus ſcriptis exemplaribus adtexitur (bonae notae narratio, ſed haud dubie poſterior narratione Translationis Neapolitanae S. Januarii) *Abſcondendi* verbum pro temporaria ſepultura SS. Feſti & Deſiderii uſurpat. Quam dixi de Cyphio hiſtoriolam habes in Collectione Mſ. Chioccarelli, quam inde erutam edidit Falconius pag. CXXXIII.

(18) Dies me deficiat, ſi percenſere aggrediar Divina prodigia, per quae SS. Martyres honorum ſepulturae compotes fierent: uſque adeo his Acta paſſionum legitimarum ſcatent. In Actis pulcherrimis SS. Theodoti & VII. Virginum, (quae ex Papebro-

in Actis omitti ſemper nefas, apud Chriſtianos potiſſimum habebatur: de quo ſup. Adn. 15. dictum. Ea ſcil. dum Acta pernicioſa Noſter inferret, tunc quidem Populo Neapolitano (nec opinans tamen) dixiſſe viſus: Iſta tecum habeto, Popule mi, & morere.

Ac mihi ſane videor nimium incaluiſſe. Tamen qui ſecus poſſem, cum tam abnormi conſilio (ne quid gravius dicam) uſum virum optimum animadverterem? Voluit Acta Bononienſia, quantum quidem ipſe potuit, perdere atque peſſumdare. Nihil, ſat ſcio, profecit. Verum age: Neapolitanis, quibus jam quintum decimum hunc annum Acta Bononienſia ſe ſe probaverant, nunc illa depereant, quandoquidem ita Noſter pro imperio voluit. Solabatur nos ſaltem illud, quod nobis Vaticana (in quibus Bononienſia verbis totidem, etſi ſcoriae immixta, inſunt) relinquebantur. Et tamen in his quoque Actis vir optimus (etſi idem in Acta antiqua ſaeviſſimus) neſcio quae parum ſibi viſa convenientia reperit, per quae horum quoque fides concideret. Tametſi ſtatim poſtea, ne ad Bononienſia relabi cogeretur, cum Vaticanis quidem in gratiam rediit, verum ita depactus, dum ne Acta illa ex Vaticano codice peterentur, verum ex neſcio quo Belgico Antuerpiano aut Rubeae Vallis Ms. in quo codice eadem iiſdemque verbis Acta ſunt, ſed duobus extremis capitibus tamquam ambobus pedibus detruncata. Haec una ad caelum extollit; ea ſola valere ad fidem faciendam jubet. Cui bono? Ob hoc ipſum, inquit, quod mutila ſunt. Sunt enim pulchre mutila, quia commentitio iſto (quatenus cum ipſa Paſſione Martyris orto) patronatu carent. Nam eum patronatum alibi ſerius tranſlato Neapolim corpore Stiltingus exortum, non uno ſui libri loco putat: alibi negotium ſexti aut potius ſeptimi ſive octavi ſaeculi fuiſſe auguratur: poſtremo ultimis (19) curis ab aliquot retro ſaeculis coepiſſe ait. Ac parum abeſt quin heri aut nudius tertius ortum decernat. Ac

pebrochii die XVIII. Maii Ruinartus affert) vide p.343. a num. XVI. ad XIX. ac rurſus a num. XXXII. ad XXXV. Sunt ibi certe digniſſima quae cupide cognoſcantur, maxime cum ſint ab quodam Nilo viro graviſs. ac teſte oculato ſcripta.

Videatur apud eumd. Ruinar. celeberrima S. Vincentii Paſſio, quae eſt illa ipſa, quam S. Auguſtinus quatuor ſermonibus populo expoſuit. In ea vide num. X. XI. XII. quam miris modis Deus praeſidis Daciani conatus eluſerit, id agentis, ne S. Diaconus ſepulturam conſequeretur. Verum ineptiſſimus fuerim, ſi talibus nuſquam non obviis immorer.

(19) Ea loca, in quibus ſive *ſexti adulti ſaeculi*, ſive ſeptimi aut octavi antiquitatem patronatui S. Januarii tribuit, jam ſupra Adn. 16. pag. 154. col. 1. expendimus. Nunc pauca ex Stiltingi curis ultimis haurio. Quid enim aeque ultimum in opere Stiltingiano ac Dedicatio Excellentiſſ. Civitati ſcripta? Atqui in media illa Dedicatione (in qua omnia in majus extolli potius quam attenuari ſolent) ita poſuit prope finem: *Interea Sanctum, cujus*

Ac pulchre Tu quidem, Vir optime, modo quae dicis, ex vero afferas. Sed age, verum eſto: tamen eſt ne iſtud, quod facis, Excellentiſſimam Civitatem Neap. (cui ſcil. librum dedicaſti, ac verbis magnificis ornaſti munus) velle benefactis tuis demerere? An eſt potius Populum fideliſſimum univerſum incitare in furorem? Parum, inquit, hoc refert, modo Acta proferre de meo quiverim, quae vel momento uno (ſi quidem Superis placet) tum Bononienſium, tum etiam Vaticanorum vetuſtatem ſuperent. Hoc enim pulchrum, hoc glorioſum eſt, poſſe antiquiora de ſuo dare, quamvis haec eadem Martyres ſepulturâ e veſtigio conſecutâ, clientes vero Patronis, a Deo ſtatim a fuſo ſanguine aſſignatis, ſpolient. Atqui haec quidem Stiltingum ornatiſſimum dices nuſquam verbis docuiſſe. Quid refert; ſi ea facto aſſeruit firmavitque, ſibiq. in eo facto placuit, in eoq. ſuam nobis induſtriam venditavit?

A C T I O III.

De Patrocinii S. Januarii indiciis, neſcio quâ intempeſtivâ religione a Stiltingo Clariſſ. debilitatis, expoſtulatio lenior.

HActenus mihi videor pro Patronatu beatiſs. Martyris Januarii, quem idem Athleta ſuo adhuc fervente cruore nobis conſignatum reliquit, ita pugnaſſe, ut prope excanduerim. Nunc videbar etiam de experto ejuſdem Martyris Patrocinio paullum iraſciturus, ſi quidem verba Stiltingiana, mihi ab juvene excerptore allata, id in ſua συνεχές ſonarent, quod nuda & ſolitaria innuunt. Nam num. 164. ſic legitur: *Cum in illis* (relationibus) *PROTECTIO SANCTI* (Januarii) *TAM MANIFESTIS INDICIIS NON OSTENDATVR*, *ab illis brevitatis gratia abſtineo*. Verum univerſa re ab eodem excerptore poſtea perſpecta, ſatis ὀρθόδοξον probare ſe Noſter viſus fuit. Nam ante quidem ſupra ſcripta verba, produxerat aliquot ex aevi citimi monumentis miracula, ex quibus Patrocinium Januarii colligeretur: ſub haec autem fatetur *Neapolitanos pie & merito credere, ſe patrocinio S. Januarii non ſemel* (malis) *liberatos*: tum addit, alia plura ſe potuiſſe afferre, ſed ejuſmodi eſſe, ex quibus manifeſta indicia Patrocinii non eniteſcant, eoque ſe hiſce aliis ſuperſedere. Recte ſane. Verum non ante manum de tabula, quam ſcrupuli quidam lectoribus, ſimulque viro egregio Stiltingo evellantur.

Ante omnia Patronatum cum Patrocinio a quoquam confundi veto. Ac nolo hîc equidem, ut eruditionis auram captem, ab Romano uſque jure exordiri, ac docere quaenam apud Romanos inter patro-

jus A MVLTIS SAECVLIS Civitas veſtra potenti gaudet patrocinio, magna religione pietateq. colitis &c. ubi illud *Multis ſaeculis* non-aliud valet quam *Aliquot ſaeculis*. Sic enim vulgo loqui ſolemus.

patronos & clientes officia invicem interceſſerint. Haec non moror: imo malo ad rem noſtram accomodatius breviuſque cum Scholaſticis ita diſtinguere, ut Patronatus *in actu ſignato*, ut ajunt, Patrocinium *in actu exercito* concipiatur. Haec ſatis intelligentibus.

Jam vero Patrocinium nulla ex re luculentius, quam ex miraculis, Patrono deprecante ad clientes juvandos patratis, dignoſcitur. Horum quidem non pauca Stiltingus noſter attulit: at non pauca omiſit (20) diſtulitve, taedio ne copiae affectus, an quia in aeſtimandis

X mira-

(20) *PARS I. De miraculis a Stiltingo aut omiſſis aut alio remiſſis.*

Non pauca miracula ac forſitan meliora Noſter omiſit duabus de cauſis. Prior illa fuit quod non videtur ab eo lecta illa omnium abſolutiſſima & vetuſtiſſima SS. Januarii & Agrippini miraculorum collectio, cujus apographum ex cod. antiquiſſimo deſcriptum penes me eſt: quam quidem συναγωγὴν ſimul cum aliis egregiis monumentis anno 1753. [in Diſſertat. de SS. Epiſcopis Neap. a pag. 336. ac porro] publica luce donavi; ejuſq. Collectionis partem priorem antiquiori incerto Auctori, poſteriorem vero Petro Subdiacono, illuſtri decimi ſaeculi Scriptori, adſerui: de quo ibi a pag. 330. ſatis luculenter lectorem edocui. Quî vero factum, ut meum illud ſatis denſum volumen *de SS. Epiſc. Neap.* (quod pro certo habeo ad Bollandi ſocios perveniſſe) oculos optimi Stiltingi effugerit, aut effugiſſe credi ubiq. voluerit, haud ſatis intelligo.

Altera cauſa illa eſt, quod quaedam miraculorum, quae Januario communia cum Agrippino fuerunt, ea Stiltingus ſive in totum, ſive ex parte in diem IX. Novemb. (qui S. Agrippino dicatus eſt) diſtulit, ſive verius laborem ſive totum, ſive partem poſteris ſuis Bollandiſtis delegavit. Nec enim, opinor, ſperare potuit, ſeſe ad diem IX. Novembris pertractandum facile perventurum, biniſq. (quod inter ἀδύνατα numerabatur) ludis ſaecularibus interfuturum. Verum an non ſatius fuerat *cito dare*, quia id vulgo homines pro eo quod eſt *bis dare* interpretantur?

PARS II. De miraculo Vrbis a Saracenis liberatae incommode dilato.

Ac ſane eminet inter eas dilatas narrationes longiſſimum illud de Saracenorum Africanorum terribili incurſione miraculum, (quod in mea Diſſert. *de SS. Epiſc. Neap.* pag. 350. incipit: *His ita hilariter de priſcis temporibus praelibatis* &c.) characteribus temporum perſonarumque munitum, decimo ſaeculo perpetratum. At quia in iis temporum characteribus quaedam occurrunt, quae difficultatem creant (quae equidem in citata Diſſer. *de SS. Epiſc. Neap.* pag. 334. Adn. 3. aegre diſcutiebam) ob eam, opinor, cauſam eum laborem in S. Agrippini diem cautus diſtulit, h. e. ſodalibus ſuis poſt centum annos ſecuturis Noſter delegavit, quaſi ita ſecum reputans: ipſi viderint: nam ego interim ſilentii, quo nihil tutius, pallio tectus, fallo per poſticum clientes.

Atque ego ab his omiſſionibus Stiltingi praeſtantiſſimi criminandis quam longiſſime abhorreo: praeſertim qui miracula ab eo narrata nec legerim, nec ab alio legente auſcultarim. Tamen is, qui tot annos ſuſtinuit noſtram ſui S Januarii expectationem, miracula illa vetera poterat copioſiora (nam accuratiora debuiſſe, nemo dubitat) nobis dare.

PARS III. De tempore Saracenicae invaſionis, ejuſq. chronicis notis.

Jamq.

miraculis miſerandum in modum ſcrupulis angitur & afflictatur, alii viderint. Sed avellat quaeſo radicitus ſcrupulos moleſtos iſtos vir clariſſimus; nec enim nunc de aliquo Servo Dei in Beatorum numerum referendo agitur (in quo negotio jure ac merito nulla ſatis cautio viſa Eccleſiae Rom. fuit) ut propterea ad regulas rigidiſſimas illas, quas accuratiſſimum Benedicti XIV. opus de Conſecratione Sanctorum complectitur, ſint exigenda miracula Januarii: quem caeteroqui quindecim jam ſaeculorum praeſcriptio SS. Martyribus annumeravit. Atque in his quidem veteris aevi miraculis hoc ſatis antiquis Epiſcopis erat, ſi *Experta miracula* viderentur. Quaenam *Experta* dicerentur, imus (21) margo docebit. Ea ubi Experta eſſe conſtabat, in Eccleſiis publice praelegebantur, & eorum ſcripti libelli privatim lectitandi circumferebantur. Haec de miraculis.

Nec

Jamq. hanc Adnot. abſolveram, cum ecce venit in mentem in extremâ Adnotatione tertia (quae exſtat in Diſſert. de SS. Epiſc. Neap. p. 334.) haud pauca eſſe immutanda. Ibi dixeram, videri ejus miraculi narrationem diu poſt rem geſtam fuiſſe conſcriptam, & alia quaepiam ad finem uſq. Adnotationis ſcripſeram, quae nunc revoco, meliora doctus. Sic habeto Saracenica iſthaec irruptio non in annum circiter 961. conferenda cum noſtris ſcriptoribus eſt, verum in quinquennium illud, quod inter annum 931. & 936. interceſſit. In quinquennium enim illud conveniunt principatus *Romani* Lacapeni (a quo primae in imperio partes uſurpatae fuerant) & *Conſtantini* Porphyrogennetae (cujus re vera jus imperii erat) nec non pontificatus Joannis XI (qui tamen ſcriptori hujus miraculi & aliis *duodecimus* dicitur) adhaec epiſcopatus Athanaſii III. & ducatus Joannis illius, qui Gregorio ſucceſſit: qui temporum characteres a ſcriptore miraculi hujus notantur. Illud autem aegre eſt, quod in Vbaldi chronico Ducum Neap. (quod Cl. Canonicus Franc. Pratillus ex Taſuriano Ms. in lucem protulit) in Joanne Duce ne verbum quidem unum hujus tam horrendae Saracenor. impreſſionis reperio, niſi quod principio quaedam de Saracenis has regiones infeſtantibus notet. At Vbaldi ſilentium nulli mirandum, quia hic (uti conſtat ex pag. 51.) ultima iſta chronici ſui ex libro mortuali eruit, in quo non neceſſe fuit caſus omnes ſcriptos reperiri, praeſertim ſi ex libro illo membranae in alios uſus avulſae ante Vbaldum fuiſſent: quod ſaepe factitatum, ſcio. Verum haec quae ad notas chronologicas tam miraculi hujus, quam aliorum duorum ſub Athanaſio III. Epiſcopo monumentorum pertinent, jam diu illuſtraverat vir eruditione & ingenio magno praeditus, chronologiae vero reiq. diplomaticae ſtudioſiſſ. Alexander Caleſatus, eamq. ſcriptionem me monente, in publicum brevi producet.

(21) *Quid antiquitas vocaverit EXPERTA MIRACVLA: Eorum Regeſta, ſive Publica monumenta in Eccleſiae Tabulario cuſtodita.*

In Diſſertationis de SS. Epiſcopis Neap. Appendice libellos duos Miraculor. ex Cod. Corſiniano perantiquo erutos edidi, ſicuti & Vitam ac Translationem S. Athanaſii indidem puriores & pleniores effeci: de quo dixi Adn. ſuperiore Par. III. Ibi ergo in fine Miraculi I. pag. 338. Nota 14. ſcribitur: *Neq. me niſi EXPERTA* (miracula) *arbitre-*

Digitized by Google

Nec tamen ex his tantum *indicia* Patrocinii *manifeſta* Noſter colligere debuit, ſed magis etiam ex beneficiis, quas *Gratias* vulgo vocant, cujuſmodi ſunt ſanationes, liberationes a malis tum publicae, tum etiam privatae. Nec operoſo ad haec auxilia Patroni benemerentiſſimi aeſtimanda opus erat, aut nunc eſt opus examine. Quid enim? Vbi in periculis, in rebus aſperis, implorato Januarii ſuffragio (ſive voto ſuſcepto, ſive non ſuſcepto) praeſentem ejus opem Ordo Populuſque Neapolitanus expertus fuerit: hoc, inquam, ubi millies accidit, quis dubitaverit ea eſſe idonea indicia Patrocinii? An hoc etiam opus eſſe Noſter contendet, uti opis latae teſtificationes Antuerpiam uſque ad Bollandianum tribunal tranſmittantur, nec niſi ubi illae poſt diuturnum ibi examen diſceptatae ultro citroque fuerint, admittantur aut rejiciantur?

Atque hîc Auctor noſter egregius fortaſſis objecerit, etiam non interpellato Januario idem fuiſſe forſitan eventurum. Reſpondeo primum, tanto majus fore beneficium, ſi ſit ultro a Deo, deprecante Patrono, aut ejus intuitu oblatum. Verum quid diutius litigamus? Ab ingenti, repentino, praeſentique periculo (ſive ſuffragio Patroni implorato, ſive minus) ubi nos liberari ſenſerimus, poſſumus ne totum non ſuffragationibus Patroni acceptum referre? Quis non Angeli ſui Tutoris auxilio (etiam non invocati) liberationes a periculis mille praeſentibus, maliſque inevitabilibus imputat? atque ita agens non pie, non prudenter, & grate erga vigilem ſui cuſtodem agit? Ad ultimum (ne Te, Stiltinge optime, diutius in his diſcerpant & enecent ſcrupuli) fac me ſic interpretando paullo craſſius atque laxius agere. Quid tum vero poſtea? Ecquodnam vero ſuperſtitionis inde periculum, aut vero anilis credulitatis exſiſtet?

Ad ſummam licuit quidem ſemperque licebit Stiltingo viro optimo *Brevitatis cauſa* (ſic enim cauſatur) eas narratiunculas, quas praeterire ſe num. 164. voluiſſe dixit, impune omittere. Quis hoc vetaret? Verum in incerta indicia Patrocinii totam cauſam ſuae omiſſionis conferre, id minime licuit. Nam ita cauſando parum aequus Patrocinio Beatiſs. Martyris (cujus Patrocinii a nobis feſtum anniverſarium cum celebri ſupplicatione agitur, non ſine Capitis Martyris, & Cruoris mox liqueſcentis oppoſitu) imo & parum aequus Religioni Divinae fuit, quippe quae nos ad opem Sanctorum implorandam hortatur, negatque Sanctos in caelo noſtrarum miſeriarum ſuſarum-

X 2 que

tremini poſuiſſe. Ibi notavi, *Experta* intelligi, quae teſtificationibus idoneis munita in regeſtis miraculorum in Chartophylacio Eccleſiae ſervatis viſebantur. Quod & pag. 401. ex verbis illis vitae Athanaſii ultimis, *Apud ejus Eccleſiam ſcriptum inveniet*, intelligitur, ut ibi Notâ 70. obſervavi. Quae modo dixi, Miraculorum regeſta, ea in Miraculo I. Albini (pag. 338.) *Publica monumenta* vocantur. Nolo de his plura addere, quae compluribus dictae Diſſertationis locis proſtant.

que ad eos precum immemores, *ſecurum agere aevum*: quod impius ille Epicureus de diis ſuis ſomniabat.

DENVNTIATIONIS CONCLVSIO.

HAbes hactenus; lector ingenue, Denuntiationis mei de Stiltingianis judicii partem illam, quae proprie ad S. Martyrem Januarium pertinet: in quibus lenior aliquanto in me Cl. Auctor invaſit, imitatus, puto, Martyris manſuetudinem. At plura adhuc alia reſtarent, & ea maxime, in quibus efferatior in me furit, meque aperte pluries (honor ſit auribus ſentientium) me, inquam, pluries damnat INEPTIAE. Ea circa Stephaniae Caſtriq. Lucullani (22) ſitum, circa ſedis Epiſcopalis (Graecorum ſcil. ſimulque Latinorum Epiſcoporum; uti credere ipſe jubet) Neapoli duplicitatem verſantur, & ſi qua ſunt praeterea talia, quae prorſus ἀπροσδιόνυσα, nec ad hiſtoriam Martyris pertinentia, per fas atque nefas, non alia de cauſa, niſi ut indulgeat infidis monitoribus a ſe recens Romae Neapoliq. contractis, & uti me ſtirpitus eradicet, in ſuum Commentarium infarſit. Ac de his nolo cum Cl. Stiltingo funem contentioſum ducere. Nec de his ipſis juvenis amicus, qui hactenus in mei gratiam Stiltingiana quaedam Excerpta contexuit, ultra laborare ſuſtinuit, ut qui praefracte affirmaret, eos, qui in his capitibus (& ſi qua forte ſunt horum ſimilia) a me edita legere (tum ſcil. in Kalendario Marmoreo, tum in Differt. de Cathedrali unica, tum poſtremo in Differt. de SS. Epiſc. Neap.) eademque cum Stiltingianis conferre, ſepoſito partium ſtudio, volent, non poſſe non mihi quamvis tacenti aſſentiri; imo non poſſe non mecum una ſtomachari ſaeculo iſti nequiſſimo, quo litigari de rebus liquidiſſimis neceſſe ſit.

Ad me vero quod attinet, etſi probris a Cl. Bollandiſta ſaepiſſime vellicatus, & elogio INEPTIAE (uti narrant) totis chartis ornatus; tamen grates ingentes ago. Sed homo Religioſus viderit, ne cum aliis acturus, ſeſe irae permittat, inque ejuſcemodi convicia ſe praecipitem agat: quod certe parum beatiſſimi Loyolae diſcipulo convenit. Viderit quoque, moneo, ne ad eum ſcriptitantibus, & male concocta συστήματα miſſitantibus ſeſe regendum tradat; ſe tandem nulli, praeter quam ſibi uni, ſi ſapit, regendum permittat.

COM-

(22) De Stephaniae ſitu videatur Diſſertatio *De Cathedrali unica* in Anteloquio a pag. IV. ad XXIII. De poſitu vero Lucullani agitur in ejuſdem Diſſert. Diatribâ I. quae a pag. 199. ad 227. pertinet. Quod ſi quis adverſus tam luculenter demonſtrata adhuc Stiltingianis delectari volet, fruatur, per me licebit, pervicaciâ ſua.

DENVNTIATIONIS FINIS.

Digitized by Google

COMMENTITIAE DVPLICITATIS NEAPOLITANAE SEDIS EPISCOPALIS TER IN JVDICIO PRAEDAMNATAE CAVSA NVNC QVARTVM IN FORVM REDVCTA

PROOEMIVM

§. I. De ſuperioris opuſculi cauſa.

SVperiorem libellum duabus maxime de cauſis a me, quamvis invito, oblatum judicibus habes: primum ut Actis S. Januarii Bononienſibus in ſtatûs controverſia periclitantibus auxiliarer: deinde ut ejuſdem Martyris Patronatui Neapolitano, jam tum adhuc calente Hieromartyris ſanguine divinitus obſignato, & tamen in judicium adducto ſuccurrerem. Summa fide defunctus utroque labore fui. In priore controverſiâ Bononienſia Acta ipſa in forum produxi: quae quanto plus ſimplicitatis ad agendum attulerunt, tanto majore vi ac robore peroratâ causâ, judices perculerunt. In alterâ vero ita lis diſceptata fuit, ut Denuntiatione (1) prius rite a praecone facta, citatiſq. ac productis teſtibus oculatis & conſentientibus binis (nim. Actis Bononienſibus, itemque Vaticanis: in quorum penultimo capite vix dum effuſo & adhuc ferventi cruore Martyris, a Deo Opt. Max. ejus ſacrae Reliquiae una cum Patronatu indultae Neapolitanis dicuntur) accedente etiam Johannis Diac. teſtimonio, & monumentis pluribus aliis, gravis adverſarii (Actorum neſcio quorum ex Belgico S. J. Collegio erutorum de Patronatu ſilentium obtendentis) retuſi clamores fuere; ut mirandum non ſit, ſi pro patronatu paſſioni coaevo pronuntiatum unanimi judicum ſuffragio fuerit.

Atq. equidem eo alacrius in me hunc laborem ſuſceperam, quod non niſi in Italia, atque adeò in totius Chriſtiani nominis centro id eſt ROMAE, decidenda fuiſſe lis videbatur. Nam Tranſalpina dicaſteria ad id inepta: in quibus Acta Bononienſia vix fando audita: Antwerpianum vero tribunal, etſi olim intemeratae fidei, at in hac certe cauſa flagraro ſuſpicione coepit. Nec enim Bollandianis Sociis (ceteroqui viris egregiis) in hac lite, utpote correis, competere ſententiae latio poteſt. Ergo uti dixi, in ipſo orbis Chriſtiani vertice agenda cauſa fuit. Stiltingus clamore & ſcripto, quanta maxima vehementia potuit, cauſam oravit peroravitque. Ego infantiae meae conſcius, Partem ipſam h. e. Acta Bononienſia, quamvis eloquentiae neſcia, & nudata advocatorum praeſidiis pro ſe locutura produxi. Sententia di-

(1) Eam Denuntiationem habes ſupra pag. 131. ac porro.

dicta ex Edicti formula fuit : Vti poſſidetis, ita & poſſideatis (2).

§. II. Quid opus altera hac ſcriptiuncula fuerit,

Ergo geminâ jam operâ ſuperiore defunctus (una pro legitimis Bononienſium Actorum natalibus, altera pro Januarii patronatu, ejuſdem paſſioni coaevo) ſubduxeram de tabula manum ; cum ecce noſtri homines clamitant, ſupereſſe adhuc celebrium controverſiarum trigam, quas etſi nihil ad Januarium pertinentes, jamq. diu conſopitas, nunc demum a Cl. Stiltingo ſuſcitatas narrant, neq. id alia de cauſa quam ad inquietandam canitiem meam. Harum controverſiarum una eſt de ſitu veteris Stephaniae, altera de poſitu Caſtri Lucullani, tertia de Sedis Epiſcopalis Neapolitanae duplicitate. Ac ſane qui meas ante exercitas velitationes, ſimulq. me & Cl. Stiltingum norunt, ſtatim animadvertent, voluiſſe Cl. Adverſarium in recentium amicorum (quos in Italico itinere Romae Neapoliq. contraxit) gratiam veteres pugnas jam diu ſopitas redintegrare. Verum de his parum humane factis praeſtabit ſeorſum (3) & clanculum expoſtulare, quam lectores nihil tale curantes querelis obtundere.

Ergo

(2) *Nulli enim dubium fuit, quin ab VIII. ſaltem ineunte ſaeculo (quo Beda ſuum Martyrologium condidit) legitima compertae ſinceritatis poſſeſſio Actis Bononienſibus conſtet ; quia ex Beda & mox ſecutis Martyrologiis ſola ex omnibus Actis Bononienſia ſibi ſinceritatis teſtimonium apertiſſimum arrogant, cum interim alia Acta poſteriora notis manifeſtis vobiis inuſta a viris horum experientiſſimis comperta fuerint.*

Atq. ultimus nobilium Martyrologorum Vſuardus habetur : niſi quod hic quae a Beda, Rabano, Adone copioſe de Januario & Soc. excerpta reperit, ea in pauca contraxit, ſed ita ut eos ſecutum ſeſe profiteatur. Cum autem Vſuardum Romana Eccleſia, totuſq. Occidens adoptaverit ; vides hinc Occidentis Eccleſias pro Bononienſib. Actis ſemper militaſſe, cetera vero Januarii & Socior. Acta ſpreviſſe. Adhaec poſtquam Romanum Mrologium, importatis pluribus Caelicolis, curâ Baronii & aliorum auctum & reformatum fuit ; tamen eadem omnia circa hos Martyres, quae antea ex Vſuardo Romanum Mrologium contraxerat, retinuit retinetque. De quibus vide quae ſupra (etiam allato doctiſſimi Bollandiſtæ Sollerii judicio) diſputavimus pag. 134. Sect. 2. Vides hinc Bononienſibus ſolis conſtare perpetuam ſinceritatis poſſeſſionem.

(3) De novorum, a S. Januarii cauſa alienorum, cum Cl. Stiltingo certaminum fonte & origine prima.

Qui in Baſilicarum Romae Capitulis Beneficiatorum *ordo vocatur, infráq. Canonicos eſt, is alibi* Manſionariorum, *alibi aliter : at in Metropolitanae Eccleſ. Neapolitanae Capitulo* Ordo Hebdomadariorum *dicitur. Nomina quidem pro locorum diverſitate variant, par autem ubiq. conditio, cum infra Canonicos, eorumq. miniſtri ſint.*

Inter hos Cathedralis Eccleſiae Neap. Hebdomadarios, interq. Collegiatae S. Joannis Majoris Canonicos olim cauſa quaedam circa Exſequiarum jura Romae anno 1738. agitata fuerat non ſine proſpero Hebdomadariorum ſucceſſu.

Mox annis ferme XII. interjectis, Hebdomadarii audaciores ea victoriâ facti, contra Canonicos Metropolitanos ipſos arma verterunt, his ſeſe propemodum exaequaturi. Pluribus non

tene-

Digitized by Google

tenebo lectorem; quia Neapolitanis res notiſſimas recantarem, eaedem vero exteros parum tangunt. Cauſa ergo Romae quanta maxima contentione acta fuit, dum non tantum forenſes cauſidici, ſed & antiquitatum cognitione imbuti deglubendis Hebdomadariis inhiarent, maria & montes eorum ſimplicitati pollicentes. Quid quaeris? Alius alia συςήματα male concepta ſomniat, ſpecie quidem quaſi Hebdomadarios ſuis Canonicis pares effecturi, re autem vera Hebdomadariorum loculos emuncturi.

Inter cetera ſtatuebant Neapoli ſedes duas epiſcopales fuiſſe, Latinorum ſcil. Graecorumq. Pontificum: adhaec Cathedrales duas, Graecam unam ubi nunc S. Reſtituta dicitur, alteram Latinam in hodiernae Cathedralis Cruce: jam vero hodiernos Metropolitanos Canonicos Graecorum, Hebdomadarios vero Latinorum Canonicorum ſucceſſores eſſe, & horum ſimilia. Ita per plures annos perque varios litium amfractus, poſt excuſſos utriq. parti ſacculos, Hebdomadarii ad ultimum cauſa ceciderunt: ſpe tamen ſeſe reſtituendi excidêre numquam.

Atque inter has litium ambages a me, invito quamvis & diu reluctante, expreſſit collegarum neceſſitas, ut operoſiſſimum illud volumen (quod inſcribitur: Diſſertatio hiſtorica de Cathedralis Eccleſiae Neap. ſemper unicae variis diverſo tempore vicibus) elucubrarem: ex quo labore ſicuti grata in me Neapolitanorum ſtudia ob patrias tot antiquitates tunc primum evolutas emicuerunt, ita nihil emolumenti in me redundavit praeter turbulentorum hominum odia & profeſſas inimicitias.

Jam vero his omiſſis, ad actum ultimum fabulae venio. Nam cum Cl. Stiltingus uti S. Januarii M. notitias in loco & coram excerperet, aliquamdiu Neapoli, Romae in itu redituq. pluſculum ſubſtitiſſet; ecce tibi utrobiq. a litteratis aliquot viris, haud aequis Mazochio, Belga clariſſimus circumſidetur, ac non tantum de rebus ad Januarium pertinentibus, verum & de aliis pleriſque capitibus (nim. de duplicitate ſedis Epiſcopalis, deq. Cathedrali duplice, & Stephaniae ſitu) longe alia a Mazochianis & a veritate edocetur: accuſato interim Mazochio, quod patrias origines pervertiſſet, atq. a Papebrochio viro ſummo circa Neap. ſedis Epiſcopalis duplicitatem diſceſſionem feciſſet. Proh! crimen inexpiabile! Credo etiam non defuiſſe qui me tamquam hoſtem Jeſuitici nominis traducerent: me, inquam, qui ſicuti in aliquot ſacrae doctrinae capitibus ab iis diverſus abeo, ita nullas unquam inimicitias cum quoquam Jeſuitarum geſſi: interim tam clari inſtituti, hoc jam tertio ſaeculo floreſcentis, ubique admirator atque laudator.

Verum iſthaec mitto. Interim hoc certum eſt: primum a Cl. Stiltingo, quamdiu Neapoli manſit, vitatum fuiſſe Mazochium, quem jam rumor erat in origines patrias otii aliquid impendiſſe, deq. S. Januario non pauca, de Neapolitana vero Eccleſia plurima conſcripſiſſe. Deinde illud quoq. certiſſimum, & noſtrorum hominum riſu exceptum fuit, nempe exeunte anno ſuperiore, ubi Stiltingianus de S. Januario Commentarius (in formam breviorem, quam Quartum vocant, redactus, ad ſitim ſcil. noſtram citius explendam) Neapolim praecucurrit, venaliſq. proſtitit; nullos mortalium ejus libri emaciores fuiſſe prae Cathedralis Eccleſiae Hebdomadariis: quos ſicuti viros piiſſimos cantûſq. peritiſſimos eſſe, certiſſimum eſt, ita nunquam libros empturiiſſe auditum fuit. Quâ putas aliâ de cauſa Noſtros hoſce Stiltingi Commentarium emptum iviſſe, ſeq. tam avidos ejus vix expoſiti praeſtitiſſe, niſi quia jam iis antea fides oppignerata fuerat, eo libro tenebras omnes, quae fraudi cauſae ſuae ante fuerant, protinus diſcuſ-

Digitized by Google

Ergo amicis nova illa tria inſtare certamina nuntiantibus reſpondi , eademq. omnibus haec lectuᴍis reſpondeo , haud dubium Stephaniae ſitum in mea Diſſertatione de Cathedrali Neap. unica fuiſſe latiſſime certiſſimeq. demonſtratum , & quidem ab initio operis uſq. ad pag. 88. *Quod ſiquem tam premiſſa tractatio a legendo abſterreat , is legat ſaltem in Anteloquio a pag. IV. ad XVI. argumentationem illam* ἀποδεικτικὴν *talem , quae nec certitudine nec evidentiâ ulli demonſtrationi geometricae conceſſerit : qua efficitur , ibi olim Baſilicam Stephaniam ſtetiſſe , ubi nunc Eccleſia* S. Reſtitutae *dicitur , ac ſemper a viris doctiſſimis pro vetere Cathedrali Neap. habita fuit . Is liber , quo haec ad oculum demonſtrantur , Neapoli omnibus proſtat , idemq. dicitur per Italiam & extra vagatus . Ejuſdem argumentationis* apodicticae *epitomen Clariſſ. Jeſuita P. Zacharias ſuo Volumini VI. Hiſtoriae litter. Ital. pag.* 549. *ſeq. inſeruit , ratamq. habuit , imo & ultro laudibus* (4) *exornavit . Haec de Stephaniae ſitu .*

Jam vero in Appendice ejuſdem Diſſertationis de Cathedrali unica *pag.* 199. *exſtat ampliſſima* de Inſula Salvatoris , & Caſtro Lucullano *Diatriba . Quid nunc eadem hic recoquere eſt opus ex eo tantum , quod , ut audio , nonnulla ejus Diatribae reprehenderit Cl. Bollandiſta ? Qui recte de his judicare volet , mea cum Stiltingianis conferat : donec vero utraq. comparaverit , comprimat tantiſper aſſenſionem , cenſeo .*

At multo gravior mea illa quondam Diſceptatio fuit De Cathedrali Eccleſia Neap. VNICA : *cujus olim gratia anno* 1751. *ſpiſſum volumen edidi , CAROLO AVGVSTISSIMO REGI NOSTRO dicatum : quod opus modo laudatus P. Zacharias ſupra meritum extulit , tanto is profecto benevolentior , quo nullo id prorſus rogatu fecit . Atq. eo volumine non tantum* ὑλικῶς (materialiter) *ſumpta Cathedralis unica demonſtratur (quae quidem in hodierna* S. Reſtituta *ſtetit , uti ſupra admonui) verum &* εἰδικῶς (formaliter) *accepta , ita ut unus Epiſcopus , unum Epiſcopi ſynedrium , ſive presbyterium (hodie* Capitulum) *fuerit . Ac de hac formali unitate , quae longe majoris momenti eſt jam videndum .*

§. III. Stiltingiana pro duplicitatae ſedis Epiſcopalis Neapolitanae molimina cur tantum repetitâ alibi a me dictorum editione retundere viſum fuerit .

Nullius rei cauſa Cl. Stiltingus mihi ſuccenſuit gravius , quam quod a doctiſſimo Dan. Papebrochio (quem ceteroqui eximio ingenio multaque eru-

ſcuſſum iri , ſeq. ſtatim reſtitutionem in integrum conſecuturos ? Habes totius alterius hujus meae cum Cl. Stiltingo concertationis haud inutilem προπαρασκευήν .

(4) *Is , quem dixi , praeſtantiſſ. ingenii Pater Zacharias S.J. Sereniſſ. Ducis Mutinae Bibliothecarius , cum dicto loco a p.* 549. *ad* 561. *meae Diſſert.* de Cathedrali Neap. unica *epitomen luculentiſſimam a ſe dederit , eamq. epitomen Diſſertatione mea illa carentibus & has tamen Vindicias lecturis valde profuturam crediderim ; ſtatui in calce libri totum id Viri Cl. Compendium lectori dare ; ſimul in grati erga Scriptorem celeberrimum animi mei teſtimonium .*

Digitized by Google

eruditione praeditum , ubiq. in Kalendario Marmoreo me laudaſſe memini) in re graviſſima diſceſſerim . Diſceſſi autem veritate , tunc fulgore ſuo me perſtringente , compulſus , & quia Papebrochio & quovis alio amicior veritas . Agebatur enim de duplicitate Neap. ſedis epiſcopalis , quam jam olim noſtri quidam auctores induxerant , falſi tum exemplo S. Fortunati Latini , quem cum Calepodio Graeco conſediſſe comminiſcuntur , tum Vitae S. Athanaſii noſtri , illis ſcil. de urbe Neapolitana verbis , Binas praeſulum geſtat ſedes . *Hanc noſtratium hallucinationem ſecutus Papebrochius , eamdem ſententiam tutatus fuit . Atqui ego mihi in alia omnia eundum putavi , eamq. Neapolitanae ſedis perpetuam unitatem defendi principio quantum ſatis in Kalendario Marmoreo ad XIV. Junii a pag. 612. tum deinde limatius & accuratius in* Differt. hiſtor. de Neap. Eccleſia Cathedrali ſemper unica , *ac poſtremo in Diſſert. ante paucos annos edita* de SS. Epiſc. Neap. *in S. Fortunato . Nunc quia ob hoc unum* (5) *diſceſſionis crimen graviſſime Noſter excanduit ; & a me tamen amici reſponſionis aliquid ad hoc Stiltingianorum caput expoſcunt ; non conferam quidem cum Cl. Auctore manus , ſed tantum lectores moneo , ut ubi in hoc controverſiae capite Stiltingiana (quae* §. 17. & 18. *contineri ajunt) legerint perlegerintque , ne graventur & mea illa , quae dixi , cognoſcere : quae quidem in lectoris commodum hic recudenda curavi . Nam ſatis perſpicio , me ita rogantem , longe faciliora impetratu a lectoribus exteris petiturum , quam ſi eos ad libros a me olim editos amandarem , quibus pleriq. extra Neapolim extraq. Italiam carent .*

Atq. ſane hic illa quae in Kalendario a pag. 612. ad 616. ſcripſi , omittam , propterea quod is liber videtur latius aliquanto manaſſe . At ex duabus Diſſertationibus (tum De Cathedrali unica , *tum etiam de* SS. Epiſc. Neap.) *utpote non ita late per Europam ſparſis , libentius hauriam , vel eà quoque de cauſa , quod in his multo nitidior & expeditior ea tractatio decurrit . Siquid vero forte ab his abſit , quod in Kalendario fuerit , id in loco ex Marmoreo Kalendario refundam . Tam ea vero quae ex Kalendario Marm. huc arceſſam , quam quae nunc inter preli inſtantiam in mentem venerint , ea charactere Italico , (* curſivum *aliter vocant) ac ſine uncis lateralibus cuſa cernes . Rogo autem lectores uti cum mea ſequentia excerpta legent , ſimul etiam Stiltingiana totius §. XVII. cognoſcant , & cum his conferant . Nolo enim mihi , nolo Cl. Stiltingo credant , ſed , uti par eſt , judicium ſibi unis permittant .*

(5) *Quamquam re vera a Papebr. diſceſſio mihi nulla fuit ; quia (ut in Comm. ad Kalend. Marm. palam profeſſus fui) nulla mihi fuit difficultas quin cum Epiſcopo Latino Chorepiſcopum Graecum copularem : modo tamen oſtendatur , re vera binos Neapoli Epiſcopos conſediſſe . At re ipſa hic binos aliquando ſediſſe , id vero negavi, ac mecum omnes aeternum negabunt .*

Digitized by Google

EX DISSERT. DE CATHEDRALI NEAP. SEMPER VNICA.

Editâ Neapoli anno 1751.
Ex pag. 105. *ſeq.*

S E C T I O II.

Qua duplicis Epiſcopalis ſedis commentum refellitur.

, FViſſe inter noſtrates ſcriptores nonnullos , qui duplicem Epiſco-
, palem Cathedram Neapoli agnoverint , parum equidem miror.
, Vtinam ſcriptores noſtri (quid enim diſſimulandum eſt ?) ea tantum
, hallucinatione peccaſſent : quorum ſi ſecus dicta recenſere velim ,
, non modo data ad dicendum clepſydra , ſed & dies me deficiat . Id
, potius miror , Danielem Papebrochium virum , quod ſatis conſtat ,
, egregie eruditum , tum alibi , tum ad XV. Junii in S. Fortunato E-
, piſcopo Neapolitano in hunc ipſum cum noſtris errorem incidiſſe :
, cujus objecta mox infra diluemus . Nunc ut ordine progrediar , a ſub-
, ruenda ſedium duplicitate ordiar.

§. I. *Argumenta generalia duplicitatem Neapolitanorum Antiſtitum convellentia.*

, I. Ac primum omnium , cedo mihi , ecquaenam neceſſitas id ex-
, preſſerit , ut contra canones contraq. receptos mores duplex Epiſcopus
, Neapolitanis daretur . Nam etſi primo alteroq. Chriſti ſaeculo Nea-
, polis bilinguis fuerit ; tamen uno eodemq. tempore ſermo non niſi
, unus praevalebat . Itaq. ſiquando Graecus praepollens fuit , ſufficiebat
, profecto Graeci oris paſtorem praefici , non tantum Graecae multitu-
, dini , ſed etiam Latino populo profuturum : ſicuti & ubi Latinus ſta-
, tim praevalere prae altero coepit , dari continuo Latinum utroſq. re-
, ctorum decuit . Vtervis ergo valentior quovis tempore fuerit , potuit
, & Graecos homines paſtor Latinus temperare , & Latinos Graecus (I).
, Itaq. cum plures bilingues ubiq. gentium noverimus urbes maximas ;
, tamen non niſi pontifex unus utriq. gregi praeerat . In Galliis ver-
, bi cauſa ſub Imperatoribus praeter Latinum paſſim communem ſer-
, monem , Celticus quoq. maxime apud imam plebem , in uſu erat :
, Lugduni vero populus ſub S. Irenaeo videtur fuiſſe trilinguis , quia
, Graeca etiam lingua Lugduni familiaris fuit , ut in Comm. ad
, marm.

(I) *Optime inquam id fiebat ; quia in bilinguibus civitatibus & Graeci Latinos , & Latini Graecos plurimum intelligebant . Adde id , in quo caput eſt , quod in eiſdem urbibus is Epiſcopus praefici populo bilingui ſolebat , qui utramq. linguam calleret . Quid mihi nunc duplices Epiſcopos ad plebes , ad mores perturbandos , ad alendas diſcordias inſers?*

, marm. Kalendar. ad XV. Jun. in S. Irenaeo diximus . Sic etiam
, Hippone Regio praeter Latinam multitudinem , plurimus quoq. in
, vicis ac villis Punici eloquii grex ab uno Auguſtino paſcebatur:
, quod idem in pleriſq. Africae partibus valuiſſe , non eſt dubitan-
, dum . Jamvero de Hieroſolymitana ceteriſq. Palaeſtinae , Syriae ,
, Meſopotamiae , Babyloniae urbibus quid loquar? in quibus cum prae-
, ter Graecam etiam Syrochaldaea quaedam dialectus promiſcuo in
, uſu eſſet ; numquam tamen ob eam cauſam de duplici praeficiendo
, Pontifice agitatum fuit . Imo quid vetera & externa perſequimur,
, quibus domeſticorum ac recentium exemplorum abunde ſit ? Nam
, hodieq. in Apulia , Lucania , Brutiis plures novimus Eccleſias , apud
, quas incolae partim Italico , partim Graeco , partim Albanenſi ſer-
, mone inter ſe colloquuntur ; adhaec pars Latino ritu , pars Graeco
, ſacra faciunt : nec tamen niſi ſinguli ſingulis Eccleſiis iique Latini
, paſtores praeſunt , nullo cum plebium diverſi oris detrimento.

, II. Huc illud pertinet quod cum bilingues plurimas fuiſſe Ec-
, cleſias modo oſtenderimus ; tamen canonum ſanctiones duos in ur-
; be una Epiſcopos ordinari vetabant , ſine ulla τῶν διγλώττων exce-
; ptione. *Ne in una* (ait Canon Nicenus VIII.) *Civitate duo ſint E-*
, *piſcopi*. Eodem propius ſpectat Concilii Lateranenſis IV. ſub Innoc.
, III. caput IX. ſub anathemate vetans , ne in plurium linguarum
, dioeceſibus plures pontifices conſtituantur : cujus verba opportunius
, §. ſeq. recitabimus.

, Niſi quod fore ſuſpicor , qui ex ipſo Lateranenſi canone ſint
, forſitan collecturi , hoc antea factitatum fuiſſe ut πολυγλώττοις urbi-
, bus plures darentur Epiſcopi ; idq. Lateranenſi interdicto occaſionem
, poſtea praebuiſſe. Verum id , quod meo judicio anſam canoni dedit,
, in Oriente ante Concilium pluries accidiſſe , non dubito . Nam CPoli
, a Latinis recens captâ , tum in urbe principe , tum in aliis paſſim
, civitatibus Graeci cum Latinis permixti erant : ex quo duplicium
, Pontificum binis populis praeficiendorum orta occaſio fuit . Quod
, malum Lateranenſes Patres ob oculos mihi habuiſſe videntur , tum
, cum canonem ſupra ſcriptum condiderunt . At Neapoli ſub oculis
, Pontificum Romanorum numquam tale aliquid acciderat (maxime
, XII. faeculo , quod Lateranenſi Concilio proxime anteceſſit , quan-
, do urbs noſtra a Graecorum ſe poteſtate ſubtraxerat) & ſi quid
, forte ejuſmodi per ea tempora Neapoli contigiſſet , haud dubie ejus
, rei veſtigium in tot eorum temporum ſcriptoribus atq. chartis ad
, nos uſque perveniſſet . Nam certe poſt milleſimum Chriſti annum
, multo opimiorem quam antea Eccleſiae Neapolitanae hiſtoriam Chioc-
, carelli & tot aliorum induſtria collectam prae manibus habemus.

, Quando autem de Neapolitana urbe nunc proprie res agitur;
, exſtat adhuc urbis hujus pontificum catalogus ab Joanne diacono in-

Digitized by Google

, de uſq. ab Eccleſiae incunabulis ad noni ſaeculi finem deductus:
, nec ullum tamen uſquam duplicis Epiſcopi veſtigium cernitur ; ne
, tum quidem cum inter Graecos Latinoſque diſcidium , uti fieri ſo-
, let , oriretur. Cujuſmodi gravis contentio ſub S. Paulo Juniore (qui
, num. XL. eſt) recens ordinato exarſit ; quo tempore *Parthenopenſis*
, *populus* (ait Joannes) *poteſtati Graecorum* (Iconomachorum) *favebat*.
, Eaq. de cauſa Paulus conſecratus, intra urbem *propter Graecorum con-*
, *nexionem* non eſt receptus , ſed ad S. Januarii extra moenia ſedere
, permiſſus aliquamdiu fuit , quo ex loco Eccleſiae negotia admini-
, ſtrabat. Porro ſi Graecis Neapolitanis ſuus fuiſſet peculiaris Epiſco-
, pus; hoc ſaltem loco ejus mentio injicienda fuit . Pauli Epiſcopa-
, tus octavo vergente ſaeculo in Conſtantini Copronymi tempora in-
, cidit, ſub quo maxime frequens Neapoli Graecorum multitudo erat.

, IV. Imo ne Chorepiſcopi quidem ullius, qui Graecis praeeſſet,
, ab eodem Chronographo mentio uſquam injicitur : quod non omiſ-
, ſurum fuiſſe putem , ſiquando id accidiſſet.

, §. II. *Objecta Papebrochiana , praeſertim de Calepodio diluuntur*.

, 1. Dan. Papebrochium V. Cl. memini alicubi id data opera labo-
, raſſe , ut binas Neapoli Epiſcoporum ſedes fuiſſe ſtatueret, Graeco-
, rum unam , Latinorum alteram. Sed piget nunc in eo *doctiſs.* Jeſui-
, tae loco conquirendo tempus terere. Interim idem ad XV. Junii de
, S. Fortunato Epiſcopo Neapolitano agens, non invitus num. *9*. fa-
, tetur , ſub S. Fortunato Epiſcopo Latino ſimul Calepodium Graecis
, praefuiſſe. Ad quod etiam confirmandum affert tum illud ex vita
, S. Athanaſii , *Binas praeſulum geſtat ſedes* (quod §. ſeq. explicabimus)
, tum etiam quae de Graecis Neapolitanis Eccleſiis docuit Chiocca-
, rellus pag. *95*. & ſeq. Etſi poſtea num 11. idem Papebrochius ſa-
, tis aperte declarat , Graecum hunc Neapolitanorum Epiſcopum fuiſ-
, ſe Latino (II) ſubjectum.

, 2. Quid autem potiſſimum ſub S. Fortunato fuiſſe Neapoli alte-
, rum Epiſcopum Graecum , fateri cogat , neceſſe eſt in cupidorum
, gratiam ediſſerere. Anno 347. Synodo Sardicenſi catholicae tertio lo-
, co *Calepodius Neapolitanus* ſubſcripſit . Ac ne de alia forte Neapoli
, ſuſpicio ſubeat; is in Hilarii fragmentis *Calepodius a Campania* diſer-
, te vocatur , idemq. ab Athanaſio (III) inter Italicos praeſules refertur.

, Et

(II) (*Id quod ego ad Kalendar. Marm. in S. Fortunato p. 616. col. 1. v. 6. ultro admiſi his verbis :* Id forſitan veriſimilius dici poteſt , Calepodium non primarium Neap. Epiſcopum extitiſſe , ſed ſecundarium & Chorepiſcopum in Graecorum gratiam epiſcopali ordine inſignitum . *Etſi poſtea in utraq. poſterius ſcripta Diſſertatione (tum quae* de Cathedrali Neap. unica *inſcribitur , tum quae* de SS. Epiſc. Neap.) *ita id intelligi volui , modo ea Epiſcopor. Neapoli duplicitas ita liquido oſtendatur , ut nulla tergiverſatione vitari poſſit.*)

(III) (*Tacente quamvis nomen ſedis , ſed nude* Καλεπόδιος *ſubſcribente.*)

Digitized by Google

„ Et tamen ex Decreto Arianorum (qui Sardica ſe ſubducentes, Phi-
„ lippopolim convenerunt) conſtat tunc Neapoli ſediſſe *Fortunatum*:
„ de quo vide quae in Comm. ad Kalendar. ad XIV. Junii p. *613.*
„ notavimus. Cum ergo uno eodemq. tempore Calepodius ac Fortu-
„ natus Epiſcopi Neapolitani fuiſſe reperiantur; neceſſe erit Graecis
„ illum, hunc Latinis uno ſimul tempore praefuiſſe.

„ 3. Verum nullum aeque tempus fuit, quam annus 347. (quo
„ anno duo hi Epiſcopi Neapolitanis vulgo praeficiuntur) quo nihil ne-
„ ceſſe fuerit paſtorem alterum Graecis dari; quia Graeci tunc fere nulli
„ in hac urbe erant. Vide quae hoc ipſo Capite ſect. I. de Graeciſmi
„ Neapolitani vicibus ediſſerui; ubi liquido oſtenſum fuit, exeunte
„ primo Chriſti ſaeculo Neapolim evaſiſſe Romanam coloniam, proin-
„ de ſi quid adhuc Graeci ſupererat, paullatim evanuiſſe: ad haec me-
„ dio tertio ſaeculo privata tantum Graecae eloquentiae ſtudia decla-
„ mando exculta a ſtudioſis fuiſſe, dum interim ſermo vernaculus
„ Latinus eſſet. At medio IV. ſaeculo (quo & iſta privata quorum-
„ dam ſtudia prorſus elanguiſſe reor) quodnam rogo veſtigium Grae-
„ citatis ſupererat? Itaq. nulla prorſus cogebat neceſſitas, cur pecul ia-
„ ris Epiſcopus Graecis, qui tunc fere nulli erant, daretur. Ac ne
„ ſchiſmate quidem Neapolim tum laceratam dixeris; nam nec Cale-
„ podium (ab Athanaſio & Hilario laudatum) ſchiſmaticum dixe-
„ ris, nec Fortunatum, qui & in marmoreo Kalendario, & in faſtis
„ manu exaratis colendus inter Sanctos proponitur.

„ 4. Quaerenda ergo via eſt, per quam iſtud duorum ſimul pontifi-
„ cum ἄτοπον declinari poſſit. Ac primum dici poteſt uno eodemq.
„ anno 347. Calepodium, poſtquam ſynodo catholicae ſubſcripſiſſet,
„ diem obiiſſe extremum, ei vero Fortunatum ſucceſſiſſe: ad quem
„ recens ordinatum Ariani ſuum decretum tranſmiſerint; rati ſe fa-
„ cile novum praeſulem in ſuas partes pertracturum; ut in eod.
„ Comm. p. *615.* num III. conjeceram. Probabilis quidem ea ratio vi-
„ deri poſſit: tametſi aegre mihi eſt, quod Calepodium Joannes
„ diac. in catalogo omiſerit, non relicturus, ſi quidem deceſſor For-
„ tunati fuiſſet. Quamquam & illud fatendum eſt, antiquorum pon-
„ tificum complures ab eo chronographo ignoratos: quod ſaepe in
„ eod. Comm. conqueſti ſumus. Interim quod ibid. pag. 4*16*. c. 1.
„ v. *6*. addidi, forſitan Calepodium merum fuiſſe Chorepiſcopum, id
„ nunc revoco: primum quia nulla tunc neceſſitas Chorepiſcopi Grae-
„ cis (qui jam nulli ſuperabant, aut pauciores eſſent quam ut
„ in plebem coaleſcerent) praeficiendi: deinde quia ſi Calepo-
„ dius merus fuiſſet Chorepiſcopus, numquam tertio loco ſubſcri-
„ pſiſſet, aut (ſi eum ſubſcriptionis ordinem parum certum fuiſſe
„ cenſeas) numquam ſaltem ab Athanaſio & Hilario inter praecipuos
„ patres Sardicenſes relatus fuiſſet. Itaq. illud eſt expeditius, Cale-

„ po-

Digitized by Google

, podium brevi tempore Eccleſiae Neapolitanae praefuiſſe, eaq. de
, cauſa Chronographi Joannis diligentiam effugiſſe: ceterum eidem
, ſtatim poſt ſubſcriptum Sardicenſi ſynodo nomen ſuum mortuo, For-
, tunatum ſucceſſiſſe, ut initio dixi.

, 5. Sed & illud tueri veriſimilius poſſim, *Calepodium* & *Fortu-*
, *natum* non duorum, ſed unius ejuſdemq. Epiſcopi duo fuiſſe nomi-
, na. Nam IV. maxime ſaeculo permagno in uſu fuiſſe *πολυωνυμίαν*
, (*nominum multitudinem*) ſatis ſcimus. Itaq. unus idemque pontifex
, *Calepodius Fortunatus* vocabatur: at horum nominum unum dumta-
, xat, quod uſitatius fuit, Chronographus noſter uſurpavit. Idem ob
, eamdem cauſam nullius fere Neapolitani praeſulis niſi unum tantum-
, modo nomen protulit; cum tamen plura antiquitus in uſu fuiſſe, ex
, tertii, quarti, quintiq. ſaeculi vulgaribus exemplis ſatis noverimus,
, imo ſex, ſeptem, octove nomina nonnullos tunc geſſiſſe ex lapidum
, titulis conſtet. De ea *πολυωνυμίᾳ* videatur Sirmondus ad Ennodium,
, Fabrettus in ſua inſcriptionum ſylloge. Itaq. ut eo redeam: ſive
, *Calepodius* idem prorſus ac Fortunatus erat: ſive Calepodius anno
, 347. mortuus Fortunatum ſtatim ſucceſſorem habuit (IV).

§. III. *Auctoris vitae S. Athanaſii vexatiſſimus locus, qui in contrarium afferri ſolet, expeditur & illuſtratur.*

, 1. Praeter S. Athanaſii Neapolitani vitam, quam Joannes diac.
, in ſuo Chronico ſcriptam reliquit, habemus alteram diffuſiorem,
, quam falſo Petro diac. Caſinenſi tribuunt. Quiſquis tamen ejus vi-
, tae auctor fuerit, is certe non aequalis aut ſuppar Athanaſio fuit
, (quod Ant. Caracciolus aliiq. falſo crediderunt) ſed undecimo
, aut etiam duodecimo ſaeculo floruit: quod ex minime dubiis indi-
, ciis ſupra Parte I. cap. 4. in Object. 2. ſatis aperte demonſtravi-
, mus (V). Is igitur in prologo, quem vitae S.Athanaſii praemiſit, ubi
, Neapolim primum ab externis aedificiis, deinde a tot pulchris Deo
, dicatis templis & ſexus utriuſq. monaſteriis exornaſſet; ita pergit:
, *Nam & introrſus* BINAS PRAESVLVM GESTAT SEDES *ad in-*
, *ſtar duorum Teſtamentorum; quamquam una ſit quae eam gubernat, &*
, *regit reliquam, ut capite reguntur artus diverſi.*

, 2. Ex

(IV) (*At veram reſponſionem videbis mox in excerptis ex Diſſertat.* de SS. Epiſc. Neap. *ubi oſtenditur, in Sardicenſibus ſubſcriptionib. nihil antiquius, & ad fidem faciendam valentius afferri poſſe S.Hilarii fragmentis: at in his nihil de Neapolitana Calepodii ſede exſtat, ſed tantum ſubſcribitur* Calepodius a Campania, *ita ut is cuivis potius alii Campaniae ſedi praeſederit quam Neapoli, cui tum praeerat Fortunatus. Vide de his infra in excerptis ex Diſſert.* De SS. Epiſc. Neap. *num. IV.*)

(V) (*Quibus adde multo plura & ſolidiora, quae in Diſſert.* De SS. Epiſc. Neap. *de eod. argumento ediſſerui a pag.* 354. *ad* 362. *ubi veram auctoris hujus aetatem, in apricum produxi.*)

Digitized by Google

, 2. Ex hoc autem loco, quomodolibet (*6*) legatur, erui manifeſto volunt Neapolitanam Epiſcopalium ſedium duplicitatem. Nam quocumq. te verteris, non effugies, quin *binas Praeſulum ſedes* (Graecorum ſcilicet unam, Latinorum alteram) Neapolim *geſtaſſe* fatearis: etſi una alteri ſubjecta eſſet. Ac ſatis ſcio, hunc locum terriculamento apud eos fuiſſe, qui tamen ſatis ſuopte ingenio ab ea ſedium duplicitate abhorrerent. Itaq. multos ad hunc locum tamquam ad Maleae promontorium expaviſſe: nec tantum Chioccarellum pag. *96.* Caracciolum & alios plures, ſed & ipſum Baronium hac auctoritate fractum, fateri coactum, fuiſſe *interdum* (nam uti dixi vir magnus in recitatis vitae verbis pro *Introrſus* legere *Interdum* maluit) tempus, quo bini Epiſcopi, ſed unus alteri ſubjectus, Neapoli conſederint.

, 3. Fuere porro, qui aliter ſubductis apud ſe rationibus, non alterum minorem Epiſcopum ſive Chorepiſcopum Graecis Neapolitanis praeficerent, ſed Protopapam, h. e. Archipresbyterum, idq. aliarum Eccleſiarum exemplo. Et hanc alteram fuiſſe ſedem Neapoli volunt. Ac poſſet quidem hoc ferri, ſi ullum Neapolitani Protopapae veſtigium uſquam occurreret; ſicuti re vera Meſſanenſis Protopapae plurima paſſim mentio exſiſtit. Sic etiam de Corcyrenſi Protopapa legi poteſt Andreae Marmorae Hiſtoria Corc. lib. IV. Taceo quaſdam Bruttiorum Eccleſias, apud quas Protopapae monumenta exſiſtunt. At Neapoli neq. in tot ſcriptoribus neq. in ullis chartis ſive Protopapae, ſive πρωτοπαπάδος veſtigium ullum apparet. Haec quidem de Protopapa, quatenus Praelatus eſt Epiſcopo inferior: de quo vide Graec. Freſnii Gloſſarium col. 1099. Ceterum quatenus ea vox non Praelatum, ſed merum Curionem ſive Parochum notat (tametſi recentior eſt ea notio) poterat eo ſignificatu non uni modo, ſed pluribus Protopapis Neapoli locus eſſe; ubi ſex Graecorum praecipuae Eccleſiae (uti mox dicetur) fuiſſe leguntur. Nihilo plus igitur Protopapas ad hunc locum expediendum, quam

, (*6*) Baronius pro *Introrſum* affert *Interdum*. *Nam & interdum binas praeſulum geſtat ſedes*. Cui videlicet minus abſurdum viſum fuit, ſi *interdum* id accidiſſe dicatur. Tamen ſcripti codices *Introrſum* habent: idque cum ſcriptoris contextu cohaeret, tum ab exterioribus aedificiis, tum ab ornamentis interioribus laudantis Neapolim. Sed & verba illa *Quamquam una ſit* apud Bollandiſtas uncis coercentur, certe quia in aliquibus ſcriptis non leguntur; quae nec Ant. Caracciolus pag. 358. agnoſcit. At eadem Chioccarellus agnovit. Poſtremo idem Caracciolus extrema ſic recitat: *Qui eam gubernant & reliquum, ut capite &c.* Quae tamen idem pag. 359. ſic refingit: *Qui eam* (iſtud *Eam* a nonnullis omittitur) *gubernat, regit & reliquum*. Ex his vides, tum veteres librarios, tum noſtrorum temporum criticos in hoc difficili loco mire exaeſtuaſſe, in eoq. varie refingendo ſeſe certatim exercuiſſe.

Digitized by Google

; quam quilibet Curio confert. Eaq. cauſa eſt, cur Protopapam hic
, deſignari minus putem. Itaq. alias ſiquas poſſumus, ineamus hujus
, expediendi nodi rationes.

, 4. Ac proderit initio ex vitae Athanaſianae prologo paullo ube-
; rius verba depromere, quo filum orationis ac ſimul mens auctoris
, perſpici commodius poſſit. Is ubi inter Neapolitanae urbis laudes
, ea munimenta recenſuiſſet, quibus Beliſarius primum, deinde Nar-
, ſes terra mariq. hanc urbem firmaſſet exterius; ita ſemet revocans,
, pergit. *Sed cur moramur in EXTERIORIBVS aedificiis, quae utiq.*
, *melius a conſpicientibus cernuntur, quam eloquentia cujuslibet valeat ſophi-*
, *ſtae fari? Quandoquidem ita interius frequentiſſimis Eccleſiis ac praecla-*
, *ris, antiquâ videlicet & vetuſtiſſima* (cor. *venuſtiſſima*; nam proxi-
, me praeceſſerat τὸ *antiqua*) *ſtructura editis, nec non & monaſteriis*
, *virorum puellarumq. farſa retinetur, ut horum continuis precibus noctur-*
, *nis diurniſq. adjuta, invictrix conſiſtat & tuta. Nam & INTRORSVS.*
, (perſtat enim in interioribus ac ſanctioribus ornamentis) *binas*
, *praeſulum geſtat ſedes ad inſtar duorum Teſtamentorum; quamquam una*
, *ſit quae gubernat, & regit reliquam* (malim *reliquas*) *ut capite re-*
, *guntur artus diverſi. Reperiuntur plane in ea* (urbe) *templa priſco*
, *ſtructa aedificio; quoniam non ſolum a Conſtantino ... ſed plures ante*
, *annos Chriſtiana inibi religio floruit*. Quippe, uti ſubdit, S. Petrus
, in ea Aſprenem Epiſcopum ordinavit. Deinde de S. Agrippino,
, ac de S. Januario patronis, de Graeco-Latina pſalmodia, de Xeno-
, dochiis, aliiſq. id genus eloquitur.

, 5. Nunc in iis verbis, quae faceſſunt negotium, duo primum
; illa *Praeſulum* & *Sedium* vocabula, ac poſtremo quid ſit τὸ *Binas* (quae
, tria fraudi viris doctis fuere) explicanda mihi cenſeo. Atque ut a
, *Sedibus* incipiam; cave putes *Sedendi* verbum fuiſſe olim in Epiſco-
, porum peculio; nam etiam presbyteris commune erat. Ac plures
, me quidem Chriſtianas presbyterorum inſcriptiones vidiſſe memini,
, in quibus presbyteri, perinde ac de Epiſcopis dicitur, *ſediſſe* tot an-
, nos reperiuntur. Verbi cauſa Nolae in S. Felicis baſilica cujuſdam
, Adeodati Archipresbyteri vitae anni ſic colliguntur: VIXIT...
, ANTE ORDINATIONE ANN. XXX. SEDET (VI) SACERDO-
; TALI ORDINE ANN. L. ET DEP. EST. Pluribus conquirendis
, ſuperſedeo. Apud Graecos vero & θρόνου & καθέδρας (h. e. *ſedis*) voca-
, bula presbyteris aeque atq. Epiſcopis communia fuiſſe ima pagellae
, (7) ora docebit. Hinc etiam apud Latinos Cathedrales aut Collegia-
, tas

(VI) (*Error hic ſcalptoris eſt pro SEDIT.*)

, [7] Concilium Quiniſextum can. 26.
, Presbyterum, qui per ignorantiam
, illicitis nuptiis intereſt, καθέδρας
, μὲν μετέχειν (*non privari quidem*
, *ſede*) ſanxit. Joan. Hieroſ. in
, vita Ioan. Damaſc. n. 35. ἐν καθέδρᾳ
, τῶν πρεσβυτέρων εἶναι τὸν Κῦρον αὐτὸν
, χειροτονεῖ. *Hunc ordinat ad laudan-*
, *dum*

Digitized by Google

, tas Eccleſias , in quibus presbyteri ceterique miniſtri ſive Canonici
, in ſuis *Stallis* conſidebant , SEDES fuiſſe appellatas , ſubjectis (8)
, exemplis demonſtratur.

, 6. Age vero formidanda illa *Praeſulum* vox , (quae tamdiu torſe-
, rat , quaeq. viros doctos pro *Epiſcopis* illam accipientes tranſverſos e-
, git) ea ipſa metum mihi omnem eximit : dum apud omnem anti-
, quitatem ipſoſq. veteres Eccleſiae ſcriptores , maxime (9) Am-

Z ; bro-

, *dum Dominum in Cathedra Senio-*
, *rum* ſive presbyterorum . Nec ali-
, ter quam de presbyteris , Balſamon
, & Zonaras ad Can. 58. Apoſt. &
, Ariſtenus ad Trullanum can. 21.
, *καθέδρας* vocabulum uſurparunt . Nec
, ſecus *θρόνος δεύτερος* , *Secunda ſedes*
, de presbyteris accipitur in Epiſt.
, Conſtantini apud Euſebium X. 5.
, *Adjunctis* , inquit , *tibi duobus* (*ἐκ*
, *τοῦ δευτέρου θρόνου*) *ſecundae ſedis* .
, In quem locum videantur Valeſii
, adnotationes , duplicem Gregorii
, Nanz. ſimilem locum afferentis, &
, Euſebii alterum, ubi in deſcriptio-
, ne Eccleſiae Tyri thronos , qui
, erant juxta Altare , Epiſcopo &
, Presbyteris tribuit , ſubſellia vero
, miniſtris .

, (8) In Concillio Tullenſi ad
, Saponarias ann.859. can. XIII. *Sta-*
, *tuerunt itaq.* (Epiſcopi) *ut pro ſe*
, *invicem omnes dum adviverent*, *pre-*
, *ces hujuſmodi frequentarent* . *Scilicet*
, *ut ſinguli pro cunctis per ſingulas*
, *hebdomadas feria IV. Miſſam cele-*
, *brarent* . *Poſt vocationem autem cu-*
, *juslibet eorum*, *ſuperſtites obtineant*,
, *ut pro eo qui deceſſerit* , *IN SE-*
, *DIBVS* (h.e. Eccleſiis tum Cathe-
, dralibus tum collegiatis) *ſeptenae*
, *Miſſae totidemq. vigiliae Domino*
, *perſolvantur* : *a presbyteris autem*
, *Monaſteriorum ſive villarum tres Miſ-*
, *ſae totidemq. Vigiliae dependantur* .
, Adde ex Donationib. Saltzburgenſis
, Eccleſiae in Fresnii Gloſſario : *Com-*
, *mendavit* . . *Monaſterium in manus*
, *Epiſcopi* . . *ut ipſum cum SEDE*
, (h.e. Cathedrali) *ſemper eſſet* : *po-*
, *teſtatem vero Epiſcopo dedit* . . *Ab-*
, *batem ibi ordinare*, *&* *monachos de*
, *ipſa SEDE ibidem ponere* (quod
, ſtatim interpretatur) *ſive CANO-*
, *NICOS* .

, (9) Videantur omnino plurima
, loca illa quae de eleganti Ambroſiana
, nominis *Praeſul* acceptione notavi-
, mus ad Kalend. Neap. pag.857. Ad-
, not. 690. Apud quem ſcriptorem fa-
, miliaria ſunt illa *Praeſul pacis* , *fi-*
, *dei* , *conjugii* , *triumphorum* , *templi* ,
, *benedictionum* , &c. In quibus locu-
, tionibus aliiſq. ſexcentis *Praeſul* eſt
, *γενικῶς Praeſes* . Sic etiam in Ex-
, joſippo , ſive Excidio Hieroſol. [quod
, Ambroſio vindicavi] *praeſules pro-*
, *vinciarum* ſunt rectores ſive praeſi-
, des . Alibi *Ditem* ſive Plutonem
, vocat *inſerorum praeſulem* . Alibi :
, *Cogendi concilii* (h.e. ſenatus) *prae-*
, *ſules* . Rurſus alibi anſeres nuncu-
, pantur templi Capitolini *praeſules* .
, Notiſſima eſt Capitolii ab anſeribus
, ſervati hiſtoria . Hinc poſt Ambro-
, ſium omnes Eccleſiae ſcriptores pa-
, ri elegantia ei vocabulo generalem
, *praeſidis* notionem ſubjecerunt . Ipſe
, Joannes diac. Stephanum (qui po-
, ſtea Epiſcopus ejus nominis ſecun-
, dus fuit) *Praeſulem* h. e. Ducem
, Neapolitanum vocavit . *Omnes* , in-
, quit , *Neapolitae ad praedictum ac-*
, *cedentes praeſulem* . . *poſtularunt* ,
, *ut Eccleſiae Sanctae providus Paſtor*
, *accederet* . Id quod accidit . Nec ni-
, ſi duobus tribuſve ab hinc ſaeculis
, neſcio quomodo factum video , ut
, tam late patens *Praeſulis* ſignifica-
, tio ad ſolos ferme Epiſcopos re-
, ſtringatur . Quae tamen antece-
, pta opinio huic vitae Athanaſianae
, loco

, broſium , pro quibuſvis praepoſitis ſive profanis ſive ſacris paſ-
, ſim non ſine elegantia uſurpatur.

, 7. Tametſi quid antiquiores illos ſcriptores laudo ; aut vero
, quid miror, Athanaſianae hujus vitae auctorem (XI. aut XII. ſae-
, culo ſcribentem) eo ſignificatu *Praeſulis* nomen uſurpaſſe, cum ineun-
, te ſaeculo XIII. Innocentius III. non alia notione illud acceperit?
, Proderit ejus verba ex Conc. Later. IV. cap. 9. huc adſcribere: quae
, verba ea quoq. de cauſa huc plurimum pertinent, quia Epiſco-
, pos in πολυγλώττοις urbibus multiplices ſtatui vetant. *Quoniam*, in-
, quit, *in pleriſq. partibus intra eamdem . . dioeceſim permixti ſunt po-*
, *puli diverſarum linguarum . . . praecipimus ut pontifices . . . provideant vi-*
, *ros idoneos, qui ſecundum diverſitates rituum & linguarum divina of-*
, *cia in illis celebrent . . . inſtruendo verbo pariter & exemplo. Probibe-*
, *mus autem omnino* (& quidem ſub anathemate, ut in fine ſanctio
, legis habet) *ne una eademq. . . . dioeceſis diverſos pontifices babeat, tam-*
, *quam unum corpus diverſa capita, quaſi monſtrum. Sed ſi propter prae-*
, *dictas cauſas urgens neceſſitas poſtulaverit ; pontifex loci CATHOLICVM*
, *PRAESVLEM* (qui *Praeſul vicarius*, quia *Pontifici* opponitur, Epi-
, ſcopali ordinatione minime praeditus intelligitur: maxime cum *Prae-*
, *ſul* & *Praeſes* ſint mere ſynonyma) *nationibus illis conformem provida*
, *deliberatione conſtituat ſibi VICARIVM in praedictis, qui ei per omnia*
, *ſit obediens* (VII).

, 8. Jam vero (*ut hactenus dicta biographi Athanaſiani aetati accom-*
, *modemus*) quis ignorat, praeter primariam Neapolitanam *Sedem*
, (quae quidem ab Epiſcopi juxta ac Canonicorum *Sedibus* ſive Ca-
, thedris ſibi nomen *Cathedralis* proprium ob excellentiam fecit)
, aliaſq. collegiatas Latinas, complures praeterea Neapoli Graecorum
, fuiſſe Eccleſias, in iiſq. ſuos *praeſules* i. e. praepoſitos conſediſſe,
, ac divina officia perſolviſſe? Sex Graecorum Eccleſiae adhuc ſaecu-
, lo XIII. perdurabant, hujuſmodi diſtinctae nominibus, *Eccleſia S.*
, *Geor-*

, loco fraudi fuit, ut *Praeſulum* vo-
, cem pro *Epiſcopis* vulgo acceperint:
, quorum tamen nomine non aliud
, intellexit auctor, quam quoſlibet
, Eccleſiis praepoſitos presbyteros.

(VII) (*Nihil hoc Lateranenſi canone illuſtrius, utpote ea tempeſtate condito, qua* Praeſulis *vox ad quoſvis praepoſitos ſive laicos ſive eccleſiaſticos, ut toties oſtendi, pertinebat. Itaq. ſic ibi* Pontifex *a* Praeſule vicario *diſtinguitur, tamquam Epiſcopus a non Epiſcopo. Eat nunc Cl. Stiltingus & ludi litterarii puellis ſuadeat in eo Canone* Praeſulum *nomine Epiſcopos conſecratos venire: nec enim animadvertit, quo canonis ſcopus feratur. Nam quia timendum erat, ne ille alter praeſul in adjutorium adſcitus, ſi pontificali ordine inſignitus eſſet, ſeſe aliquando proprio Pontifici aequipararet, idcirco noluit eum epiſcopali conſecratione inſigniri, ſed ut presbyterii ordine ſe contineret. Vocat autem* Praeſulem (*h. e. Praepoſitum*) Vicarium: *quod valde notandum, quia haec prima origo* Vicariorum *hodiernorum epiſcopalium, quorum nomen tempora ante acta neſcierant, fuiſſe videtur.*

Digitized by Google

, *Georgii ad Forum* , *S. Januarii ad diaconiam* , *Sanctorum Joannis &*
, *Pauli*, *S. Andreae ad Nidum* , *S. Mariae Rotundae* , *S. Mariae ad*
, *Coſmedin:* quarum nomina in chronico S. Mariae de Principio de-
, ſcripta habemus , ex quo eadem Jo: Villanus in ſuum chronicon
, infudit : (*eaque ipſa nomina in fine hujuſmet* §. *III. ſcripta reperies*)
, *quarum* Primicerii (*h. e. ii quos Athanaſiana vita* Praeſules *vocat*) *in*
, *die Sabbati ſancti Cimeliarchae aſſiſtebant* , *&* CREDO IN VNVM
, in idiomate Graeco cantabant , & more Graecorum faciebant SQVA-
, RASTASE . (*Notionem* τῶ ſquaraſtaſe *tamquam ex Democriti puteo erui*
, *in fine ejuſdem voluminis* de Cathed. unica *a pag.* 228. *ad* 233. *Por-*
, *ro praeter dictas ſex Graecas Eccleſias cum ſuis Primiceriis ſive* Praeſu-
, libus , *erant & aliae plures Latinae cum ſuis praepoſitis ſive* Praeſuli-
, bus . *Vna vero Stephania cum ſuo Archiepiſcopo & Capitulo illa erat* ,
, *quae* (*uti loquitur vita Athanaſiana*) gubernat & regit reliquas , *ſive*
, *potius* reliqua , *uti legendum eſſe mox docebitur*).

, En igitur quo *binae* (BINAE autem , uti mox oſtendam ,
, tantumdem quod *Duplices* , ſive *Duum generum*) quo , inquam , *dupli-*
, *ces* iſtae *praeſulum ſedes* , quae huc uſque enccaverant , ſint referen-
, dae . Nam uti vidimus , *Praeſules* ſunt *conventualium* Eccleſiarum tum
, Latinarum tum etiam Graecarum *praepoſiti* ſive primicerii . *Sedes*
, vero ſunt ipſae *conventuales* Eccleſiae , in quibus ſuae ſunt modo di-
, ctis *praeſulibus Sedes* , ſive Cathedrae , θρόνοι , ſubſellia . Poſtremo
, quod BINAS eas ſedes dixit , non ſic accipe quaſi ſi *Duas* dixiſ-
, ſet , ſed quaſi *Duplices* h. e. *Duûm generum* , aut vero (ſi mavis) qua-
, ſi dixiſſet *Bilingues* ; nam utrumq. horum poteſt per illud *Binas* de-
, ſignari : quod inferne (10) demonſtrabitur . Haec autem ſententia
, cum toto contextu pulchre cohaeret . Nam proxime monaſteriorum

 , *con-*

(10) *Peculiaris ſignificatio vocis BI-NVS ex Cyrilli Gloſſis elicitur.*

, Athanaſianae vitae ſcriptor unus
, ex iis eſt , qui ſe pro captu tem-
, porum culturae ſermonis non ne-
, gligentem prodit . Hinc cum aevo
, ſequiore non aliud elegantiarum
, promptuarium , quam Gloſſaria quae
, vocant , pateret ; ea ſedulo ſe tri-
, viſſe haud ſemel oſtendit . Vel illud
, indicio eſt , quod vocabulum BI-
, NVS ea notione uſurpavit , quam
, haud facile alibi quam in Cyrilli
, Gloſſis Graeco-Latinis reperias . In
, quibus voci Δισσὰ (quod Graece
, *Duplicia* ſonat) reſpondet BINA .
, Ex quo perſpicuum eſt , ſaltem iſtius
, gloſſographi aetate *Binus* & *Du-*
, *plex* pro ſynonymis habita : proin-
, de in Athanaſii vita *Binas ſedes*
, tantumdem eſſe quod *Duplices* ſive
, *Binûm generum* , Latinas ſcil. atq.
, Graecas .

, Quid ſi oſtendo , in eodem Cy-
, rilli Gloſſario BINVS tantumdem
, videri quod *Bilinguis* ? An non ea
, notio ſcopo ſcriptoris hujus conve-
, nientior ? *Binas* , inquit , *ſedes* , h.e.
, bilingues , quippe Latino ore unas ,
, alteras Graeco Deum celebrantes .
, Nam in illis ipſis Cyrilli Gloſſis ,
, in quibus Δισσὰ exponitur *Bina* ,
, etiam Δισσὸς redditur *Bilinguis* .
, Ex quo ſatis elicitur , Gloſſographo
, illi.

, *continuas preces nocturnas diurnaſq.* memoraverat. Hinc tranſit ad La-
, tinorum Graecorumq. Praeſulum item Deum laudantium bilingues *Se-*
, *des* h.e. collegiatas Eccleſias. Poſtremo cur tot templa Neapoli reperian-
, tur, ab antiquitate divinae Religionis ibi fundatae cauſam arceſſit.

, Sequitur in auctore Athanaſianae vitae illud: *Quamquam una*
, *ſit, quae gubernat & regit reliquam, ut capite reguntur artus diverſi.*
, Illud *Reliquam* valde ſuſpectum habeo, cum potius *Reliquas*, ſup-
, ple *ſedes*, ſcribi ab auctore debuerit. Vna eſt, inquit, cathedralis
, ſedes, *quae gubernat & regit reliquas* (illas duplices aut bilingues
, praeſulum ſedes, nempe Latinis Graeciſque Eccleſiis praepoſitorum)
, *ut capite reguntur artus diverſi.* Sive forſitan auctor *Reliqua* (VIII) ſcripſe-
, rat, conſuetum aevo medio vocabulum, quod ad res quaslibet re-
, ferebant. In Cyrilli Gloſſis tam τὰ Λοιπὰ, quam Ε'λιμμα redditur
, *Reliqua* & *Reliquarium.* Ergo auctoris ſententia eſt: *Quamquam una*
, *ſit* (Cathedralis ſedes, ex Epiſcopo & ſenatu Canonicorum, hujus
, biographi aevo notiſſimorum, conſlata) *quae gubernat & regit reli-*
, *qua* (aut, ſi mavis, *Reliquas*) *ut capite reguntur artus diverſi.* Re ve-
, ra non tantum Neapolitano pontifici (qui ſemper Latinus fuit)
, Graeci praeſules, ſive ſuarum Eccleſiarum praepoſiti, obſequeban-
, tur, verum etiam Metropolitano Capitulo quaedam ſubjectionis ſi-
, gna certis anni diebus exhibebant. Quo ſpectant ritus illi majore
, in hebdomada a Graecis obſervati, quos Chronicon S. Mariae de
, Principio fol. 5. hunc in modum deſcribit: *In die autem ſancta* (cor.
, *Sabbati Sancti* ex Jo: Villano, qui haec vernaculo ſermone reddidit:
, *Il giorno del Sabato Santo*) *ſex PRIMICERII* (ſeu praeſules) *ſex Grae-*
, *car. Eccleſiar. conſtructar. in ipſa civitate . . . tenentur venire ad dictam*
, *Neapolitanam Eccleſiam* (quam proxime Stephaniam vocaverat) *&*
, *cantare ſeu legere ſex lecciones Graecas. Et in die Reſurrectionis Dominicae*
, *tenentur dicto CIMILIARCHAE aſſiſtere ad cantandum in illa* (Eccle-
, ſia) *CREDO IN VNVM in ydiomate Graeco. Et more Graecorum de-*
, *bent in dicta Eccleſia facere . . . SQVARASTASE.* Iſtud *Squaraſtaſe*
, quoddam obſequii ritualis genus, diebus ſollemnibus erga majores
, exhibitum, fuiſſe in Appendice operis hujus Diatriba II. docebimus

, (IX)

, iſti BINVS & BILINGVIS fuiſſe
, propemodum ſynonyma: quia u-
, trumq. nomen e regione τὸ Δισσὸς
, (h.e. *Duplex*) poſuit. Dixi ea gloſ-
, ſographo viſa eſſe *propemodum* ſy-
, nonyma: nam ceteroqui *Binus*,
, qua *Duplicem* notat, multo latius,
, quam *Bilinguis* patet; quia *Bilinguis*
, omnis eſt etiam *Duplex* (κατά τι,
, lingua ſcil.) at non omne *Duplex*,
, continuo etiam *Bilingue* dicetur.

(VIII) *Anno* 1751. (*quo noſtra* *Diſſertatio* De Cathedrali unica *Nea-poli prodiit*) *nondum viſo Corſiniano codice praeſtantiſſimo, quaſi divinans ita, uti vides, corrigendum conjeceram. At biennio poſt in praeclaro illo Corſiniano* Codice (*cujus laudes in* Differt. de SS. Epiſc. Neap. *perſecutus fui*) *pro eo quo vulgo ſive* Reliquam, *ſive* Reliquum, *aut aliter vulgo legitur, ſcriptum inveni RELIQVA, nec aliter legendum eſſe ibi notavi.*

, (IX) Deinde ſex illae Graecorum Eccleſiae , quae ad id tenentur , , eaedem illae quas ſupra retulimus , enumerantur . Vides profectò , quam bene his cum vitae Athanaſianae loco conveniat . Faceſſat , igitur iſta duplicis Epiſcopalis ſedis Neapolitanae Chimaera : cui ni- , hil aliud quam uſurpata ab Athanaſianae vitae auctore elegantior , *Praeſulum* notio ab hoc tempore alienior, anſam praebuit . (*Hacte- , nus ex Diſſert. de Cathed. Neap. ſemper unica*).

(IX) (*Reperitur ea Diatriba in Diſſert.* de Cathedrali unica *a pag.*228.

EX DISSERTATIONE DE SS. EPISC. NEAP.

Editâ Neap. anno 1753. *pag.* 219. *ſeq.*

S E C T I O II.

De Calepodio Epiſcopo , an is eodem tempore , quo Fortunatus , Neapolitanam Eccleſiam adminiſtrarit , Curae poſteriores .

, DIxi in ſuperioribus , in Decreto Philippopolitani conciliabuli , (niſi , quandoquidem ibi Ariani pro Sardicenſibus ſeſe gere- , bant , *Sardicenſe Latrocinium* id vocare mavis) inter ceteros Epiſcopos , , quos praefert inſcriptio , *Fortunatum* Epiſcopum Neapolitanum aper- , te memorari . Hinc recte Joannes diac. & Blanchini catalogus Fortu- , natum inter Neap. Epiſcopos (etſi loco non ſuo , h. e. tertio ſae- , culo) recenſuerunt .

, Sed ex adverſo verae ac legitimae Synodi Sardicenſis acta nos , turbant : quandoquidem ei Concilio inter catholicos Epiſcopos *Cale- , podius Neapolitanus* ſubſcribit. Ac ne forte aliam Neapolim ſuſpice- , ris ; in Hilarii fragmentis dicitur *Calepodius a Campania* . Quae ſi , jungas , is jam erit *Calepodius Neapolitanus a Campania* .

, Huic difficultati pluribus modis in Comment. ad XIV.Junii obviam , itum fuit . I. Etſi Sardicenſi legitimo concilio Calepodius (quem , tantiſper ego quoque *Neapolitanum a Campania* nuncupo) anno 347. , ſubſcripſit ; tamen non diu poſt eam ſubſcriptionem Calepodio mor- , tuo Neapolitanos Fortunatum Epiſcopum ſuffeciſſe neceſſe eſt : ne- , ceſſe eſt , inquam , ne duos ſimul Epiſcopos unius ejuſdemque ſedis , contra Nicenos canones admittamus . Ad hunc vero Fortunatum , novum Epiſcopum Ariani Decretum Latrocinii ſui mittendum cura- , runt , ut eum nondum ſatis inſtructum in ſuas partes pertraherent . , Hanc reſponſionem fuſius in cit. Comment. ad Kal. p. 615. num. III. , deduximus . Ex qua (modo vera ſit) conſtaret ultimum Calepodii an- , num fuiſſe 347. primum vero Fortunati annum aut extremum 347. , aut ineuntem 348. Et hanc quidem reſponſionem ſummopere pro-

, ba-

Digitized by Google

, barem, niſi obſtaret praeteritus ab Joan. diac. Calepodius: cui acta , Sardicenſia comperta fuiſſe neceſſe eſt. Miſſum jam illud facio, quod , Fortunati Cathedrae (3) diuturnitas, ſi quidem vera ſit, impedi- , mento eſt, ne idem Calepodio tempore Sardicenſi ſucceſſerit.

, II. Reſponderi & illud poſſe ibidem num. IV. monui, nim. , ſub Fortunato vero & primario Epiſcopo fuiſſe & Calepodium Grae- , ci oris chorepiſcopum, qui nim. in Graecanicae originis urbe Grae- , cos adhuc ſuperſtites regeret. At iſtam reſponſionem ea refellunt, , quae nuper in Differt. de Cathedrali unica de Neap. Graeciſmo di- , ſputavi: in qua oſtenſum fuit, quarto ſaeculo nullum Neapoli po- , pulum Graeci oris coaluiſſe.

, III. Adhaec eàd. cit. Differt. Par. II. pag. 107. & ſeq. cum hanc , de Calepodio & Fortunato difficultatem iterato diſcuterem, dixi , *Calepodium* & *Fortunatum* duo fuiſſe ejuſdem Epiſcopi nomina: ſicu- , ti qui apud Joan. diac. num. 36. *Laurentius epiſcopus* appellatur, is , *Fauſtus* in Blanchiniano Catalogo dicitur, propterea quod utrumque , nomen illi Epiſcopo proprium fuiſſet. Poteſt hoc quidem tuto de- , fendi: quae reſponſio cum praeterito Calepodio in chronico Joan- , nis diac. recte ſtat; nec enim is praeteritus dici poteſt, cujus unum , nomen enuntiatur, reticetur alterum. Imo cum III. & IV. ſaecu- , lo πολυωνυμία maximo in uſu eſſet; tamen ſingula ſemper ſingulis , nomina ab Joanne Diac. tribuuntur.

, IV. Poſtremo & illud reſponderi jure optimo poteſt, fuiſſe , quidem Calepodium a Fortunato diverſum, ſed tamen eumdem Ca- , lepodium ubivis potius quam Neapoli in Campania ſediſſe. Hanc , quidem nodi ſolutionem jam quidem in cit. Comment. ad Kal. , Marm. pag. 614. num 1. propoſueram; verum quadam συγκαταβάσει , uſus, eidem non adhaeſi mordicus.

, At nunc mutato conſilio, hanc ceteris praeſtabiliorem judico. , Quid enim? Credibile ne eſt, Sardicenſis concilii ſubſcriptiones (in , quibus *Calepodii*, uti volunt, *Neapolitani* cernitur nomen) non fuiſ- , ſe IX. ſaeculo perſpectas Neapolitanis hominibus? Ex eo porro , ſubſcriptionum laterculo facile Epiſcoporum ſuorum indicem reſar- , civiſſent, adjecto Calepodio, ſi quidem hic re vera Neapoli con- , ſediſſet. Et eas quidem ſubſcriptiones IX. ſaeculo adhuc integras , Graece aut Latine ſuperfuiſſe, non eſt dubium, ut ex Iſidoro Mer- , catore (etſi intutae fidei) conſtat.

(3), In primis decem epiſcopis , annos cathedrae Joannes omiſit: , quos Blanchini catalogus (ex vero , an falſo, non interpretor) ſedulo , adſcripſit. Itaq. de Fortunato ſic , notat: *Sedit ann. XXI.* Atqui cum , Fortunatus circ. annum CCCL. Ma- , ximum ſucceſſorem habuerit; non , potuit ipſo anno 347. (quo Sardi- , cam conventum fuit) Calepodio , mortuo ſuccedere. Aut ergo Cale- , podium in eadem ſede rivalem ha- , buit, aut, quod verius eſt, Neapo- , li Calepodius nullus fuit.

, Verum ad eas ſubſcriptiones , quae nunc exſtant , veniamus.
, In Athanaſii quidem Apologia alterâ Καλεπόδιος (*Calepodius*) ſubſcri-
, ptor undecimus eſt, verum ſine ſedis mentione, quae & in ceteris
, Epiſcopis abeſt. Itaque nullum ex Athanaſio duci argumentum poteſt.
, inter Hilarii Fragmenta exſtant Sardicenſes ſubſcriptiones quaedam ,
, At inter quas quae huc attinet, eſt hujuſmodi: *Calepodius a Campa-*
, *nia*. Nam urbis nomen Calepodio non adſcribitur. Hanc igitur ſub-
, ſcriptionem , qua nunc quidem nihil exſtat antiquius , teneamus;
, ac fateamur , Calepodium alicujus in Campania ſedis Epiſcopum
, fuiſſe, veluti Nolanae, Puteolanae, Capuenſis, Cumanae , aut cu-
, juslibet, modo Neapolitanus non fuerit.

, At inquis, quod in Hilarianis fragmentis deeſt, id ex Iſidoro
, Mercatore ſupplendum eſt: apud quem in Patrum Sardicenſium ſub-
, ſcriptionibus legitur *Calepodius Neapolitanus*. Ergo ex Iſidoro iſto no-
, men urbis arripimus . Sed (quia nominis hujus urbes fuere pluri-
, mae) quod de Campaniae Neapoli Calepodius fuerit, id ex Hi-
, lârii fragmentis diſcimus.

, At pulchre ſe iſta haberent, niſi Mercatoris iſtius (quicumque
, is fuit) pleraeque merces magna ſuſpicione flagrarent. Si quis vero
, locus eſt, in quo argui ejus impoſtura aut negligentia poſſit , hic
, certe eſt : in quo duos in eamdem urbem intrudit eodem tempore
, Epiſcopos , idque reclamantibus duobus Antiſtitum noſtrorum cata-
, logis, Joannis uno , Blanchiniano altero : a quibus abeſt Calepo-
, dius, ſicuti & a ceteris Eccleſiae Neap. monumentis . Neque hic
, porro fraudi finis fuit. Nam facile ex praepoſtero ſubſcribentium or-
, dine , quem pertexuerat Mercator , factum fuit , ut quidam ſibi
, perſuaſerint Calepodium iſtum unum ex legatis (4) Romanis fuiſſe.
, Cum tamen Julium Romae Epiſcopum per Archidamum & Philo-
, xenum presbyteros praefuiſſe Concilio , aperte teſtetur Athanaſius.
, Ergo Iſidorum iſtum miſſum faciamus, ac ſatis habeamus, ſi duci-
, bus fragmentis Hilarii, regione Campaniâ contenti ſimus : de ur-
, be, quando huc compellit neceſſitas, ne nos excruciemus.

, Adhaec deſinant, cenſeo , Neapolitae exterique ſcriptores ad-
, verſus Joannem diacon. querelam inſtituere praeteriti Calepodii : quam
, querelam a Chioccarello primum intentatam, mox & Vghellus, &
, Bollandiſtae, & Muratorius in adnotatis ad Joann. diac. aliique re-
, dintegrarunt. Nam quo pacto praeteritus dicetur is, qui ubivis po-
, tius quam Neapoli ſedit ? At etiam queruntur iidem , praeteritum

, a Le-

(4) , In Mſ. Codice antiquo (ver-
, ba ſunt Philippi Labbei Jeſuitae do-
, ctiſſimi in adnotatis ad Iſidorianas
, ſubſcriptiones Sardicenſis Concilii)
, poſt Oſium recenſentur hi tres: *Vin-*
, *centius de Capua legatus S. Eccle-*
, *ſiae SS.* (ideſt *ſupra ſcriptae*) *Ca-*
, *lepodius Neapolitanus legatus Eccleſ.*
, *SS*. Similia habet Gratianus.

, a Levita noſtro fuiſſe Coſmam Conſtantini aequalem. Non: quia
, qui ceteris *Coſmas* eſt, is Diacono *Zoſimus* dicitur. Accuſant etiam
, *Marcianum* Neap. Epiſcopum effugiſſe ejuſdem chronographi diligen-
, tiam: quem proinde inter ſaeculi IV. Epiſcopos (inter Ephebum
, ſcil. interq. hunc, quo de nunc agitur, Fortunatum) ſuppleri ju-
, bent. Falluntur: nam, ſiquid video, Marcianus Joanne diac. &
, Blanchiniano catalogo poſterior fuit, ſaeculi X. Epiſcopus, ut infra
, cap. ult. demonſtrabitur. Fateor equidem aevo ante-Conſtantiniano
, facile plures exſtitiſſe epiſcopos, quam pauciſſimos illos, quos re-
, fert Joannes: at quos hic neſcivit, nobis aeternum ignorabiles
, erunt; niſi ſicunde ex titulis ſepulcrorum effoſſis, aut undelibet lux
, aliqua affulſerit. Nam monumenta, quae tunc exſtabant, excuſſa a
, Neapolitanis fuiſſe omnia, quis poteſt dubitare?

, Cetera quae ad hunc Fortunatum pertinent, ea in S. Maximo
, (quocum Fortunatus habuit communia pleraque) leviter attinge-
, mus: de quo Maximo jam videamus. (*Hactenus ea ſunt, quae in Diſſert. de SS. Epiſc. Neap. a pag.* 219. *ad* 224. *ſcripta exſtant. Cum his vero jungenda illa ſunt per quae in ead. Diſſert. loco vitae Athanaſianae illi* (Binas Praeſulum geſtat ſedes) *occurritur: quae exſtant pag.* 368. *Adn.* 12. *in haec verba, quae hic ſubiicimus.*

Nodus olim in Diſſert. de Cathed. unica explicitus,
paucis retractatur.

, *Praeſules* non Epiſcopos, ſed inferiores eccleſiarum praepoſitos
, hoc loco intelligi, innumeris auctorum locis docui in Diſſert. de
, Cathedr. unica pag. 111. hic vero ſupra p. 177. Quod doctis viris plane
, perſuaſi, non item ſemidoctis quibuſdam. Necdum enim induxere
, animum, in interpretandis ſcriptoribus vocum notiones non ex
, uſu hodierno eſſe petendas, ſed ex eo qui tunc obtinebat. Simile
, quiddam & *Praelati* vocabulo contigit: quae vox hodie non de
, aliis uſurpatur quam de Epiſcopis. Et tamen olim curiones &
, cujuſvis Eccleſiae rectores, *Praelati* vocabantur: quod exemplis plu-
, rib. oſtenditur. Adhaec non tantum Abbates ſed & alii mona-
, chorum praepoſiti, tum *Praelati* tum etiam *Praeſules*, & *Antiſtites*,
, ſicuti & Abbatiſſae *Antiſtitae* dicebantur. Exempla horum omnium
, ſunt paſſim obvia.

, Ceterum quid ſibi velit hoc loco auctor, quis non videt? Nea-
, polim ab externis propugnaculis ubi laudaſſet; ſe recipit, ajens:
, *Sed cur immoramur in exteriorib. aedificiis*. Hinc ad intramurana
, h. e. Eccleſias & monaſteria gradum facit. Mox ad intimam
, ipſam Eccleſiarum πολιτείαν (*adminiſtrationem*) tranſiturus, ſic
, incipit: *Nam & introrſus binas praeſulum geſtat ſedes* (h. e. *du-*
, *plices* ſive *bilingues* praepoſituras: duplicium autem praepoſi-
, torum nomine Latinos Graecoſq. intelligit qui ſui oris Eccle-
, ſiis

, ſiis praeerant ; nam & ſect. ſeq. de Latinis Graeciſq. loquitur)
, *ad inſtar duorum Teſtamentorum*. In iis porro quae ſequuntur, ſicuti
, in loco cit. Diſſertationis de Cath. un. p. 113. legendum eſſe praedi-
, xeram, ita prorſus & in Corſiniano reperitur: a quo & illud EAM
, importuniſſimum abeſt, & pro *Reliquam* ſcriptum eſt *Reliqua*. Quid
, *Reliqua* aevo ſequiore deſignaverit, ibidem dictum fuit. Lege igitur:
, *Quamquam una ſit* (Archiepiſcopalis ſedes: nam ſub Archiepiſcopis haec
, vita contexta fuit) *quae gubernat & regit reliqua, ut capite reguntur*
, *artus diverſi*. Quodnam rogo in his omnibus duplicis epiſcopalis ſedis
, veſtigium ? Qui haec tam facilia non concoquunt, eant : nec niſi
, pridianos ſcriptores lectitent, cenſeo: a paullo antiquioribus pluſquam
, a Saliari carmine ſe obſecro abſtineant.

POST VINDEMIAM

RACEMATIO SVPERSTES

Stiltingianarum objectionum.

QVamvis ſuperiora a pag. uſque 170. ex meis duabus ſpiſſioribus Diſſertationibus (quarum una *de Cathedrali unica*, altera *de SS. Epiſc. Neap.* inſcribitur) huc revocata ſatis eſſe poterant non tantum ad ſuadendam cauſam, verum etiam ad objecta quaelibet diſſolvenda: tamen vix mihi a modico ſpicilegio temperare potui eorum, in quibus quaſi Achilleis argumentis triumphat Stiltingus meus, toto maxime §. XVII. quem carptim lectori exponendum ſimulque locis aliquot refellendum putavi.

§. I.

PROLEGOMENA TRIA.

I. Cur Diſſertationis de SS. Epiſcopis Neap. nulla in Stiltingo mentio. II. De lite duplicis throni Neap. loco non ſuo mota. III. De Vitae & Translationis Athanaſianae aetate vera.

I. Quae ultimo loco a pag. 181. ex Diſſert. *de SS. Epiſc. Neap.* attuli, eorum apud Cl. Stiltingum nullum veſtigium, mutitio, aut ſignificatio nulla exſtat: qui ſic prorſus ſe gerit, quaſi qui eam Diſſertationem numquam viderit. Ea tamen jam uſque ab anno 1753. e prelis emiſſa, ac Benedicto XIV. Pont. Max. dicata prodiit. Eadem Romae, Neapoli, perq. totam Italiam, ultraq. montes circumlata, non potuit non Jeſuitas, ubiq. terrarum Bollandiana commoda promoventes, excutere, quin id qualecumq. opuſculum duobus tomis diſtinctum ad ſocios Bollandiſtas tranſmitterent, viſuros ſicui id ſibi

uſui futurum eſſet. Tametſi ego ipſe mea, quae potui, per Cl. Januar. Sances de Luna S. J. ad Bollandiſtas miſi, in primis Kalendarii marmorei tomos, quos ante etiam neſcio cui Antuerpiam mittendos tradideram. Verum quid ultra garrio? Scio ego, ſciuntq. omnes qui mecum juſſu Excellentiſſ. Civitatis memorias S. Mart. Januarii, ad Bollandianos tranſmittendas, collegerunt, una cum iis Diſſertationem illam de *SS. Epiſcopis* fuiſſe cum aliis ſubſidiis plurimis in eumdem faſcem adiunctam, & ab ead. Excellentiſſ. Civitate ad Cl. Bollandiſtas tranſmiſſam. Quae cum ita eſſe certiſſimum ſit; quid cauſae fuerit, cur nullo loco Diſſertationis *de SS. Epiſc. Neap.* mentionem Noſter injiciat? Scio equidem quae viro optimo mens ſic agenti fuiſſe videatur. Sed ſuſpicacior videri nolo.

Dixeris, cur hic potiſſimum ea expoſtulatio funditur? Quia aegre mihi fuit, quod poſt longum iter me Stiltingus adegerit, ut non modo quae de falſa duplicitate Cathedrae Neap. in *Cathedrali unica* dixeram, verum etiam quae in Curis poſteriorib. h. e. in *SS. Epiſc. Neap.* de eodem argumento nitidiora ſimulq. breviora ſcripſi, recoquerem integra, ne ſcil. cum Cl. Jeſuita funem contentioſum ducere cogerer.

II. Atq. illud notabile, quod nuſquam promiſſior, nuſquam in me efferatior Noſter, adhaec nuſquam argutior floridiorque quam in Duplicitate Cathedræ Neap. fundanda (atq. etiam ære ſocietatis Bollandianae, ſi ſit opus, dotanda) viſus Neapolitanis lectoribus fuit. Interdum furibundus bacchatur, alibi lenior fluit lepidiorque, vix tamen uſquam ab intorquendis aculeatis dicteriis temperans. Vivat diu floreatq. per me licet, nec tantae hujus fortunae invideo, qui toti ἁγιολογίᾳ jura ſtatuat legeſq. figat atq. refigat. Nec vero ἁγιολογίᾳ tantum, verum & controverſiis omnibus commune nihil cum pace noſtrorum Caelicolarum habentibus fines terminoſq. depangit. Nam quae, rogo te, Stiltinge praeſtantiſſime, cauſa compulit, ut de Sedis Neap. duplicitate controverſiam dictatorio jure decideres? Saltem id in loco feciſſes, ut puta in addendis ad S. Fortunatum, aut ad S. Athanaſium, ſumpta ſcil. occaſione vitae Athanaſianae. Quid huc quaeſo nunc intempeſtivus atq. importunus graſſaris? Verum quid fruſtra diſſimulo, quaſi qui id neſciam, quod nemo Romae, nemo Neapoli ignorat, ecquis nim. ille fuerit, qui Stiltingum ceſſantem atq. ſecurum, nihilq. minus quam duplicitatem Sedis Parthenopenſis curantem, per ſpeciem ulciſcendorum Papebrochii Manium, acuit perpulitque ut Sedis Neapolitanae miſertus, litem de ejus duplicitate εὐκαίρως ἀκαίρως terminaret. Verum haec obiter:

III. Interim ex occaſione vitae Athanaſianae (in qua *binae Praeſulum ſedes* memorantur) de aetate biographi illius diſceptatum vadit, & quidem copioſe num. 238. 239. 240. id vero inſudat tantummodo, ut nihil novi nobis obtrudat, ſed ut vulgarem opinionem,

quae

quae eum biographum parem aut ſupparem S. Athanaſio facit, nullis aliis quam veteribus, quae huc uſq. trivia omnia decantaverant, argumentis ab integro lectori nauſeoſo & averſanti, quaſi novis appoſitis epulis. At ego in Diſſert. *de Cathed. unica* Par. I. pag. 36. breviter ſed luculenter oſtenderam, eum ſcriptorem non antiquiorem exeunte XI. ſaeculo, nec labente XII. poſteriorem fuiſſe. Ac biennio poſt in Diſſert. *de SS. Epiſc. Neap.* (nempe occaſionem nactus, qua tum Vitam tum etiam Translationem Athanaſianam emendatiores, & ditiſſimis acceſſionibus auctiores dedi) eamdem noſtram ſententiam priſtinam argumentis novis ineluctabilibus demonſtravi per ſex integras paginas a p.357. ad 362. Ac nihil libentius exterorum eo libro carentium gratia facerem, quam ut totam illam de auctore Athanaſianor. tractationem hîc recudendam curarem, niſi jam longi itineris ac laboris taederet. Tamen eorum argumentorum ſyllabum ad cupidorum ſitim utcumq. ſedandam in imam (1) pagellam conjeci.

Aa 2 §. II.

(1) *De libellorum duorum, quorum unus S. Athanaſii vitam, alter ejus translationem & miracula continet, aetate qua fuere conſcripti.*

In *Diſſertat. de SS. Epiſcopis Neapolit.* poſtquam pag. 357. ea dilui argumenta, quibus hi duo libelli exeunti IX. ſaeculo aut ineunti decimo olim affigebantur; mox pag. 359. & ſeq. oſtendi, Vitam atque Tranſlationem Athanaſii Epiſcopi XI. deſinente ſaeculo, aut potius XII. incipiente fuiſſe conſcriptas. Nunc in Lectoris commodum horum argumentorum capita ſumma producam.

I. Hoc auctore ſcribente, Neapolitana ſedes, quae non niſi exeunte X. ſaeculo metropolis facta fuerat, jam diu haec jura conſecuta huic auctori creditur; nam §. 6. prope a fine in Codice Corſiniano (h. e. hor. duor. opuſculor. Lydio lapide) Athanaſius dicitur *Praeſul Provinciae:* ubi *Provinciae* nomen ſermone Eccleſiaſtico pro territorio Metropolitae uſurpatur, *Praeſul* vero non Epiſcopum provinciae notat (quod dictu abſonum) ſed non niſi ſolius Sedis Metropolitanae Epiſcopum, totius vero provinciae *Praeſulem* h. e. praepoſitum. Deinde Athanaſius junior S. Athanaſii ſucceſſor ab hoc ſcriptore in libello Tranſlationis §. 6. & 9. ſenſu proprio *Summus Pontifex* nuncupatur: qui titulus tunc temporis Metropolitis dabatur. Quae duae nomenclationes oſtendunt, duos illos libellos fuiſſe conſcriptos poſtquam Neapolis metropoliticam dignitatem conſecuta fuit, unde & *Enneapolis* appellata, quia novem ſedibus imperabat. Imo hoc auctore ſcribente initiorum metropoliticae dignitatis memoria ita penitus obſoleverat, ut vulgo crederetur, etiam IX. ſaeculo jure metropolitico Eccleſiam Neapolit. fuiſſe inſignitam, quia S. Athanaſius qui medio IX. ſaeculo ſedit, pro metropolita ibi habetur. Vix ergo exeunte XI. ſaeculo aut potius ingrediente XII. potuere duo hi libelli componi.

II. Argumentum alterum a receptis opinionibus ſumitur. Quae enim ab hoc ſcriptore traduntur de S. Aſprene, deque S. Agrippino ac ſimilibus, ea conſona ſunt poſterioribus ſcriptis, non vero antiquioribus, veluti Joanni Diacono, itemq. catalogo Blanchiniano. Vide in loco fuſius.

III. Eadem aetas demonſtratur ex totius dictionis effigie, quae XI. aut potius XII. ſaeculo, quam decimo, vide-

§. II.

Ex pſalmodia Graece juxta ac Latine ſimul & permixte uſurpata oſtenditur, Graecos non minus ac Latinos uni communi Epiſcopo paruiſſe.

§. XVII. num. 242. ex prologo vitae Athanaſiane haec vulgata toties noſter Stiltingus producit: *In qua* (urbe Neap.) *Laici ſimul cum Clericis aſſidue Graece Latineq. COMMVNI PRECE pſallunt Deo*. Itemq. ex libello Translationis affert: *Confluebant autem uterq. ſexus . . & qualiter poterant, pſalmodiae cantus utriuſq. linguae Graece & Latine ſuavi modulatione reſonabant*. Haec quidem Stiltingus affert, nec tamen animadvertit, hanc maxime fuiſſe ſcriptori occaſionem memorandae Epiſcopor. ac ſedium duplicitatis, ſi quidem re vera duplex Neapòli Epiſcopus, duplex Cathedralis fuiſſet. Nunc cum nullus prorſus duplicitatis ſignificatio nutuſve hîc exſiſtat, ubi eſſe debuiſſet, abjice quaeſo te, mi Stiltinge, hanc curam ſedis Epiſcopiq. duplicandi, nec, ſi me amas, ea te amplius cura dies noctesq. remordeat,

Ergo ſub uno eodemq. Latino Pontifice ita mutuo conglutinabantur Latini Graeciq. oris fideles, ut Graece ſimul Latineq. (ſed *qualiter poterant*, ait ſcriptor Translationis) Pſalmos promiſcue decantarent. Haec quidem Noſter ex uno Athanaſianorum ſcriptorē hauſit: verum jejune nimis, quia opimiora ex aliis pluribus dare potuiſſet. Itaq. dabo operam, ut quae olim in Differt. *de Cathed. unica* pag. 116. Adnot. 14. de genere hoc univerſo in unum congeſſeram, hûc transſcribantur. Ergo in ea, quam dixi, Notâ 14. poſt recitata duo ſupra ſcripta loca, ita ſequitur: , Joan. diaconus in Translatio- , ne S. Severini Norici ex Lucullano facta apud Bollandum (to. 1. , Jan. p. 1101.) *Alternantibus choris Latinis & Graecis ad monaſterium* , *ſaepe fati Abbatis* (Joannis Abbatis S. Severini) . . . *cineres ſanctos* , *de-*

videtur longe convenientior. Poſtremo quantum illud eſt, quod Cathedralis Eccleſia ab hoc ſcriptore *S. Januarii Eccleſia* vocari ſolet? quae appellatio ſaeculo XI. exeunte incepta, deinde XII. & XIII. tritiſſima evaſit. Leproſi quoque more XII. ſaeculi ab hoc ſcriptore *Lazari* vocantur, quae nomenclatura coepit ineunte XII. ſaeculo. Ceteris hujuſmodi locutionibus excerpendis, quibus duo hi libri abundant, ſuperſedeo.

Illud hîc lectores moneo, inter cetera argumenta, quo tum in Diſſert. *de Cathed. unica*, tum in altera *de SS. Epiſc. Neap.* ad deprimendam vitae & Translat. Athanaſianæ aetatem utebar, fuiſſe illud, quod in his Ludovico Pio *Almi* cognomen (inauditum, uti rebar, ante XII. aut XI. ſaec.) tribuitur: cui argumento nihil ſolidi Stiltingus repoſuit, niſi hoc tantum, potuiſſe id *Almi* cognomen antea uſurpari, etſi loca non repeRiantur. At ego Stiltingum optimum, ne forte ſcrutandi ſtudio noctes inſomnes agat, ab omni reperiundi cura libero, ut qui nuper *Almi* elogium Ludovico datum ab Erchemperto illuſtri noni exeuntis ſaeculi ſcriptore invenerim. Itaq. in Stiltingi dulciſſimi gratiam hujus me argumenti praeſidio libenter ſpolio, ut qui alioqui biographi Athanaſiani aetatem rationibus tam inconcuſſis ineunti ſaeculo XII. affixerim, ut hoc argumento, nunc demum ſponte a me falſi convicto, minime indigeam.

Digitized by Google

, *deducunt*. Idem auctor in Translatione S. Soſii: *Joannes Abbas* (S.
, Severini) *cum omnibus monachis advenit*, & . . . *per totam noctem una-*
, *nimes Graecam Latinamq. pſalmodiam ſonoris vocibus concreparunt*. In
, Chronico S. Mariae de Principio fol. 5. de die Sabbati ſancti: *Sex*
, *Primicerii ſex Graecarum eccleſiarum . . . tenentur venire ad dictam Neap.*
, *eccleſiam*, & *cantare ſeu legere ſex lecciones grecas:* alternatim ſcilicet
, cum aliis cantoribus totidem latinas decantantibus; loquitur enim
, de Prophetiis illis duodecim, quae Sabbato ſancto ante fontis be-
, nedictionem leguntur. Pergit: *Et in die Reſurrectionis dominice te-*
, *nentur dicto CIMILIARCHE* (Cathedralis) *aſſiſtere ad cantandum in*
, *illa CREDO IN VNVM in ydiomate greco*. Quod etiam alternatim
, fuiſſe factum, teſtatur Archiep. Joannis Vrſini (qui medio XIV. ſaeculo
, ſedit) Ritualis collectio, in qua in die Paſchatis ſic praeſcribitur:
, *Dominus Archiep. incipit CREDO in greco ſermone*, *ſi placet*, & *ſu-*
, *praditctus Archipresbyter S. Georgii ad Mercatum cum Sociis ſuis*, &
, *Archipresbyter S. Mariae Rotundae CREDO totum decantant in greco*
, *ſermone in conſpectu Domini Archiep. alta voce*, & *alii Cantores de*
, *choro repetunt alternatim in latino*, *cantando etiam alta voce*.

, Tametſi alibi quoque terrarum Graeco-Latina officia frequenta-
, ta novimus. In funere S. Paulae Pſalmos Hebraice, Graece, La-
, tine ac Syriace decantatos, ex S. Hieronymo obſervat Baronius ad
, ann. 34. Videatur & Leo Oſtienſis I. 31. ubi Caſinenſes monachi
, cum inferioris monaſterii monachis Miſſam promiſcue cantu Græco
, Latinoq. concinebant. Poſtremo ne quid omittam, idem quoque
, a S. Caeſario Arelatenſi in ſua Eccleſia ſaeculo VII. uſurpatum
, fuit, ut in ejus vita teſtatur Cyprianus Tolonenſis num. 11.: *Com-*
, *pulit ut laicorum popularitas pſalmos* & *hymnos pararet* (quod interpre-
, tor *memoriter diſceret*; nam id nos Itali *Apparare* dicimus) *altaque*
, & *modulata voce inſtar clericorum*, *alii Graece*, *alii Latine proſas anti-*
, *phonaſque cantarent: ut non haberent ſpatium in eccleſia fabulis occupari*.
, Propter Maſſiliae viciniam plures Arelate fuiſſe Graece peritos, no-
, tat Mabillonius in Curſu Gallicano. Haec in Adn. 14. Ergo tam
Neapoli quam alibi terrarum Graeci Latinique una pariter pſallebant
ſub uno Epiſcopo, nec uſquam Graeci Pontificis vola aut veſti-
gium: niſi vim inferant Athanaſianae vitae prologo.

§. III.

Rurſus de eo quod PRAESVLES ſaepe ſint Eccleſiarum conventualium praepoſiti, maxime cum de Abbatib. id Noſter fateatur.

Eod. §. num. 244. rurſus de *Praeſule* litigat, quem non aliter quam de Epiſcopo accipi jubet. At (quis crederet?) tandem neſcio qua Stoica fatali neceſſitate Noſter adactus, eo labitur, ut Abbatibus det appellationis hujus facilitate maxima veniam. Id ſi ego dixiſ-

xiſſem, idq. voluiſſem ex loco Sigeberti (2) pulcherrimo aliiſq. pluribus oſtendere; pernegaſſet ille continuo, meq. uti ſacrum & inteſtabilem diris devoviſſet. Nunc ipſemet id fatetur verbis cedro digniſſimis. Age, ὦ ἀναγνῶστα, *averſus* (3) legito, eaq. hîc αὐτολεξεὶ perſcribito. *Quamquam* (verba Cl. Stiltingi ſunt) ***LVBENS FATEOR ABBATES SVBINDE etiam PRAESVLES vocari***. Das ergo, *Abbates* appellationis *Praeſulis* ambitu comprehenſos ſaepe fuiſſe. A te datis contentus, nihil ultra quaero. Nam Eccleſiarum conventualium praepoſiti & olim ab immemorabili tempore, & nunc hodie dum *Abbates* Neapoli vocantur. Proferantur quaeſo ex Archiepiſcopali Archivo Viſitationum Commentaria: non aliter quam *Abbates* pleroſq. eorum vocatos reperies. Producantur Acta quaevis Synodalia. Imo quicumq. in Cathedrali Baſilica in feſto Translationis S. Januarii ſingulos Eccleſiarum matricum praepoſitos vocari ad obedientiam Eminentiſs. Archiepiſcopo exhibendam audiverint, ſi praecipuos quoſque aliter quam *Abbates* hodieque vocari animadverterint, prodeant in medium edituri, jubeo. Notiores quoſdam inferne (4) recenſui. Hi ergo ſunt *Praeſules*, de quibus biographus loquitur: *Sedes* autem (uti ſup. p. 180. dictum) ὑλικῶς ſunt ſubſellia, εἰδικῶς autem ſunt cardines ipſi praepoſitorum. Recte igitur tunc Neapolis *binas Praeſulum geſtabat ſedes*, ſed una Archiepiſcopalis regebat (τὰ λοιπά) *reliqua* h. e. omnia.

Sed adhuc ſubmurmurantem Stiltingum audio. Ede quaeſo. Athanaſianus, inquit, biogragraphus *Praeſulem* numquam aliter quam de Epiſcopo uſurpavit. Hîc etſi ultro confitear; non video ecquid umquam capiti meo periculi imminere queat. Nam dicerem, ideo in pro-

(2) In Actis ſinceris S. Luciae (id opus poſtumum eſt Joannis de Joanne eruditi Canonici Panormitani, quod dono mihi miſit vir doctiſs. Dominicus Sclavus) extſtat etiam Sigeberti Gemblacenſis ode Alcaica de S. Lucia. In ea pag. 102. ita legitur:

Elpidium dat Marſia Praeſulem,
Suum Tudertini quoq. Praeſulem
Te, Sancte Fortunate, donant,
Vos hodieque dediſſe florant.

Vides hos ambos junctim & uno loco dici *Praeſules*, cum tamen unus tantum Fortunatus Epiſcopus fuerit, prior vero Elpidius Abbas in Marſis extiterit: de quo vide Bar. ad 2. Sept.

(3) Quo iſtud *Averſus?* Jam jam ipſe quoq. Stiltingianis ſcrupulis arreptus, ſentire incipio, quam ſit contagioſum id malum. Ab initio quia ſancte promiſeram, me nec lecturum nec viſurum ſcripta Stiltingiana, eâ gratiâ quaedam ex eo excerpta parari juſſi. At quia non raro tale quid incidit, cur Stiltingiani latices, dulcius ex ipſo fonte hauriendi ſint; quoties id opus fuit, lectorem rogavi, uti librum afferret, & a me *averſus* legeret. Satin' ego religioſus homo?

(4) *Abbas S. Joannis Majoris*, *Abbas S. Mariae Majoris*, *Abbas S. Georgii Majoris*, *Abbas S. Mariae Rotundae*, *Abbas S. Mariae ad Plateam*, *Abbas S. Mariae ad Cappellam* &c. Fatendum eſt tamen plurimos, qui in antiquioribus monumentis inſcribuntur *Abbates*, in poſterioribus ſive *Praepoſitos* ſive *Rectores* aut Archipresbyteros aliterve vocari.

Digitized by Google

prologo tantum id pro Eccleſiarum praepoſitis ſive Abbatibus uſurpatum (*Binas*, inquit, *Praeſulum geſtat ſedes*) quia praeter prologum numquam niſi de Epiſcopo loquendi ſe dedit occaſio. Et tamen ſi Codicem Corſinianum (ad quem tamquam ad lapidem Lydium duos Athanaſiani biographi libellos in *De SS. Epiſc. Neap.* exegi) apud me ibid. conſulas, reperies ibi Athanaſium (qui ſaeculo illo XII. quo biographus ſcripſit, putabatur jam tum olim Metropolita fuiſſe) vocari *Praeſulem provinciae:* ubi (uti ſupra pag. 187. dictum) *Praeſul* non Epiſcopus eſt (nec enim Metropolita recte poterat totius *provinciae Epiſcopus* vocari) ſed tantum *Praeſes*.

Nec tamen Noſter quieſcit. Me ad infra dicenda provocat, ubi Lateranenſi capitulo IX. docturus ex Cathedra procedet. Μονομαχίαν haudquaquam detrecto. In loco & tempore, uti condixit, opperiar, non tamen cum armis a Saule datis, ſed cum Davidicis (funda & lapide) cum Stiltingo congreſſurus.

§. IV.

Rurſus de τῷ Binus *ad nauſeam, imo ad evomitionem uſque vitalium. Rurſus quoq. ex illa Ineptiarum ſcientia quam ſup. pag. 139. condiderat, opes mirificas fundit.*

Num. 245. criminatur Noſter quod in Cyrilliano Gloſſario τὸ *Binus* & τὸ *Bilinguis* tamquam ſynonyma habuerim, propterea quod eidem voci Δισσοῖς reſpondeant. Atqui nuſquam ea eſſe ſynonyma ſtatui, ſed *propemodum ſynonyma* videri dixi, ſicuti pleraq. eorum ſunt, quae uni eidemq. Graeco vocabulo declarando ſubjiciuntur. Plane quid ego ſenſerim, ea quae ſtatim ibid. (h. e. olim p. 113. Adn. 10: hîc vero ſupra p. 180.) ſubjeci, declarant: quae tamen verſutus criminator caute ſilentio preſſit. Ibi nimirum haec poſui: *Dixi ea Gloſſographo viſa eſſe PROPEMODVM ſynonyma; nam ceteroqui* BINVS, *qua* Duplicem *notat, multo latius, quam* Bilinguis *patet; quia* Bilinguis *omnis eſt Duplex* (κατά τι, *ſecundum quid, linguâ ſcil.*) *at non omne* Duplex *continuo etiam* Bilingue *dicetur*. Hacterus ego ibi. Quae nunc cauſa Stiltingo fuit tam lepide declamandi: *Verum* (inquit) *mittamus logos logica deſtitutos, & candide edicamus nec Gloſſarium Cyrilli, nec ullum aliud* (5) *profuturum Mazochio ad probandum, vocem* Binus, *quae reddi aliquando* Duplex *poteſt, ſimiliter exponi poſſe* (6) Duorum generum

(5) Ita profecto loquitur, quaſi ſi ipſe millena Gloſſariorum viderit triveritque: *Nec*, inquit, *ullum aliud*. At quis non ſentit, noſtrum hominem haec omnia criticae artis ſubſidia odio pluſquam Vatiniano proſequi?

(6) Modo ne, mi homo, excandeſcas, placide (& quidem omiſſis tantiſper odioſis iſtis Gloſſariis) ſic reſpondeo: Anne dubium eſt, quin hinc *Binus* & *Duplex*, illinc vero τὸ *Duorum generum* & *Bilinguis*, hoc inter ſe differant, quod totum a parte, genus a ſpecie? Duobus enim prioribus, utpote patentioribus, duo poſteriora continentur. Niſi vero etiam ſacroſancta *Summularum* effata negare ac proculcare (quod abſit) auſi fuerimus.

rum *aut* Bilinguis. Ac tandem ἐπιφωνηματικῶς finit: *Quanto diutius id tentabit*, *tanto PLVRES DABIT INEPTIAS*. Haec (7) amiciſſimus Bollandiſtarum Socius, quos nullo unquam non officiorum genere colui.

§. V.

Quae num. 246. 247. 248. Cl. Stiltingus pro duplicitate Sedis Neap. garrit, ea cum a me ſup. a pag. 170. ad 184. ita difflata fuerint ac diſſipata, ut plane in tenues auras abierint; ſtultiſſimus fuero ſi ibi dictis quidquam hîc rurſus adjiciam. Adhaec quod idem vir Cl. (non teneo numerum) miſerum in modum ſe delaſſavit, ut doctrinam de Chorepiſcopis, quaſi novam & inauditam aurib. averſantib. inferat (quam tamen hodie non tantum lippi & tonſores, verum & mendici, & balatrones norunt deq. fontibus purioribus hauriunt) pro eo tametſi verbo grates ingentes agimus, intus tamen, ſi quaeris, gratiam nullam habemus. Et quidem quis dubitat, quin ante ſublatum Chorepiſcoporum uſum, potuerit Neapoli Chorepiſcopo locus eſſe? Hoc unum relinquitur Stiltingo meo probandum, eum Neapoli aliquando fuiſſe: quod oſtendi poſſe praefracte nego.

§. V I.

Praeſulem vicarium illum, de quo Cap. Lateranenſe loquitur, fuiſſe presbyterii tantum honore inſignitum, ex Graeca fidiſſ. translatione conficitur.

Num. 250. & 251. in id totus incumbit, uti ſuadeat, *Praeſulem vicarium* illum, quem Canon Lateranenſis in urbibus πολυγλώττοις jubet a proprio civitatis Pontifice plebi oris diverſi praefici, Epiſcopali ordinatione praeditum intelligi. Sed quamtumlibet ſeſe torſerit, numquam hilum proficiet. Nam in Capitulo Lateranenſi *Praeſul* ille vicarius opponitur *Pontifici*: ex quo clare perſpicitur, vicarium illum (quem Pontifici in omnibus ſubjectum eſſe vult) non ex ordine Sacerdotum primi ordinis h. e. Pontificum fuiſſe eligendum, ſed ex Sacerdotibus ſecundi ordinis h. e. Presbyteris. Ac ne de meo haec comminiſci videar, ecce tibi ejus capituli veterem Graecam interpretationem (quam Harduino, cujus apud Jeſuitas auctoritas eſt quanta maxima, debemus, qui primus eam ad latus Capitum Lateranenſium comitem fidam appoſuit) quam libebit loco illi de quo controvertitur mediam infindere. Ergo Innocentius ait: *Sed ſi propter praedictas cauſas* (diverſitatis linguarum) *urgens neceſſitas poſtulaverit* (ὁ ἀρχιερεὺς τοῦ τόπου καθολικὸν ΠΡΟΕΣΤΩΤΑ τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις σύμμορφον, προβλεπτικῇ διασκέψει καθιστάτω ἑαυτοῦ ἀντιπρόσωπον ἐν τοῖς προῤῥηθεῖσι, τὸν κατὰ πάντα ἑσόμενον αὐτῷ ὑπήκοον καὶ ὑποτεταγμένον) quae Graeca in Latino ejus Concilii ita concepta fuerant: *Pontifex loci* (hic in Graeco eſt ἀρχιερεὺς h. e. *Summus Sacerdos*, in textu vero *Pontifex*) *Catholicum PRAE-SV-*

(7) Sic enim aſſolet, quoties illum intemperiae tenent. Tenent autem, quoties alio ſtimulante in furias agitur. Tunc enim vero omiſſo tantiſper languore, non de ſuo igneſcit, & eloquenter (quis credat?) invehitur.

SVLEM (vides in Latino Concilii *Praeſulem* non eſſe *Epiſcopum*, ſed generaliter *præſidem* ſive *praefectum*, id enim προεστὼς eſt, nec aliud *Praeſul* notat: de quo vide ſupra pag. 177.) *nationibus illis conformem provida deliberatione conſtituat ſibi Vicarium in praedictis, qui et per omnia ſit obediens*. Dixi modo illud προεστῶτα eſſe generaliter *Praeſidem* h. e. *Praeſulem*: ex quo factum, ut apud Graecos ea vox ita communis presbyteris ſimul Epiſcopiſq. fuerit, ſicuti apud Latinos ſunt *Sacerdos*, *Praeſul*, *Antiſtes*, *Paſtor*, *Praepoſitus* &c. Vox προεστὼς a S. Juſtino in Apol. II. uſurpatur ſaepe numero in iis miniſteriis, quae communia Epiſcopis presbyteriſq. ſemper fuerunt, veluti in oblatione ſacrificii, praedicatione & ſimilibus: nec aliter a ceteris patribus Graecis adhibetur. Videatur Cotelerius in ſcriptis Clementi tributis, & alibi paſſim. Vt illuc redeam; in hoc eſt rei caput. Loci Epiſcopus in Latino Concilii *Pontifex*, in Graeco ἀρχιερεὺς dicitur: atq. hae duae voces numquam de presbyteris uſurpantur. At ille alter qui in vicarium aſſumitur, is in Latino *Praeſul*, in Graeco προεστὼς vocatur: quae proinde duae voces communes utriſq. ſunt. Ergo quia in Concilio *Pontifex* & Ἀρχιερεὺς opponuntur *Praeſuli*, & προεστῶτι; ex eo luculentiſſime conſtat, in eo ſaltem Concilii loco *praeſulis* & προεστῶτι nomine non niſi eum venire qui pontificali conſecratione careat.

Atq. haec cum ſint clariſſima; Noſter tamen & inſoleſcit, & inſultat procaciter tum alibi, tum num. 251. his verbis: *Mazochius, qui Catholicum Praeſulem intelligere vult ſine Ordinatione Epiſcopali (praeſertim quando ADJVNCTA omnia, ut hîc ſit, REPVGNANT) nimium confidit de benevolentia eruditorum*. Atqui ſomnias mi Stiltinge clariſſime. Certe quae proxime ante iſtud epiphonema tuum adnotavi, liquido oſtendunt, in cap. Lateranenſi *Pontificem Praeſuli* (ſicuti in Græco ἀρχιερέα τῷ προεστῶτι) ita opponi, ut illum Epiſcopali, hunc vero presbyterali tantum ordinatione fulſiſſe oporteat. Ecquo igitur ore *adjuncta repugnare*, clamitas? At quae ſtatim Stiltingus addit, quis ferat?... *nimium confidit* (de me loquitur) *de benevolentia eruditorum, ſi commentitias id genus ac violentas verborum expoſitiones, quibus totum illud OPVSCVLVM* (8) *abundat, iis placituras exiſtimaverit*. At-

 qui

Atq. his equidem, cum eſſem paullo commotior, plura argumenti hujus, Stiltingo noſtro minime placitura, ſubjeceram, quae etiam viri docti piiſſimique audita probarunt, & uti talia ne ſyllabâ unâ minus prelo committerem, auctores fuerunt. Tamen memet ipſe Divina ope recipiens, non committendum putavi, ut ego ipſe, cui communis Dominus tam ingentia remiſit, conſervum meum ob tantulum debitum tenens ſuffocarem. Itaq. non tantum quae hîc, ſed & quae alibi pluries Noſter evomuit, pro indictis habeo.

(8) Quicumq. in Stiltingianis hiſce a ſummo ad imum guttatim ſorbendis ſuam exhauſere patientiam, mihi narrarunt, lucubrationes meas numquam alia quam *Opuſculorum* appellatione exor-

qui eas *Praeſulis* expoſitiones ſexcentis a me firmatas omnium ſaeculorum exemplis, ſatis ſcio eximie omnibus placuiſſe, tam iis qui vetus Latium norunt, quam qui in aevi medii ſcriptoribus aetatem triverunt. Interim aequo animo patiamur, a Stiltingo noſtro *Commentitias ac violentas verborum expoſitiones* vocari. Nec enim de ſuo ita vocat, ſed alio auribus inſuſurrante, uti §. ſeq. aperiam.

Quid vero ultra tricamur? An non ea ſatis ſunt, quae ſup. p. 177. & alibi de *Praeſulis notione*, quam late pateat, diximus? Quibus adde quod apud Joannem Diac. in chronico Epiſcopor. Stephanus Dux Neap. *Praeſul* pro *Dux* vocatur. Vide (9) locum. Et ubicumq. medii aevi ſcriptores aperiantur, ad primum reſerati libri occurſum exempla ſimilia (10) ψαμμακόσια ſe dabunt. Et tamen ubi Stiltingo ſuaviſſimo haec & ſimilia a nobis, verecunde quamvis, proponuntur, aut ſtat veluti Marpeſia cautes, aut in probra & contumelias (quarum exempla ubinam in Sanctis reperit, quos ſeſe illuſtraturum pollicetur?) ipſis vinitoribus indecoras effunditur. Tum enim vero illam ineptiarum ſcientiam, cujus ipſe conditor (vide pag. 138. in fine) in me totam exhaurit.

De

exornari. Itaq. ubi primam mei mentionem fecit, me vocat *quibuſdam editis opuſculis illuſtrem*. Sint ne haec ipſiſſima verba, non ſcio: ſed res eo redit. Atque hîc etiam, uti vides, & alibi ſemper meos quamlibet voluminoſos libros, *Opuſculum* vocat. Ita ubi ego vocarim, id modeſtiae tribuitur. At vero Cl. Stiltingus (novo & inuſitato modo) vicem meam modeſtus eſt, opuſcula vocans: pro quo quid reſtat, niſi ut grates agam? Interim *Operum* nomen ſibi ſociiſq. ſuis reſervat: ſane quidem vocabulum formidabile, ſiqua paroemiae illi fides, Μέγα βιβλίον, μέγα κακόν.

Sed memet revoco: cum potius Vir Clariſſ. non ſpernendi gratia, ſed permulcendi ita conſtanter uſurparit. Cum enim qui blandiuntur, voculis ὑποκοριστικοῖς gaudeant; puto eum voluiſſe mihi ſuaviter ſubblandiri, ubi me *opuſculorum* auctorem facit, opera vero ingentia ſibi ſuiſq. tribuit. Tribuat, per me licet: imo etiam *Quodlibeta* vocet, hoc eſt *Quodlibet* ei ſpecioſum nomen in mentem venerit. Tantum ſinat me, ſi videtur, mea requiete frui: ſinat jocis tantum innoxiis indulgere.

(9) Joannes Diac. in Stephano, qui cum Dux Neapolitanus eſſet, electus in Epiſcopum, Ducatum ſimul & Epiſcopatum geſſit, ita ſcripſit: *Omnes Neapolitae ad praedictum accedentes PRAESVLEM magnis poſtularunt precibus, ut Eccleſiae ſanctae providus paſtor accederet. Quorum petitiones non renuens, Romanam ſedem LAICVS & adhuc CONSVL adiit. Nam Parthenopenſem ducatum … duodecim rexit annos*. Vides hîc *Praeſulem* vocari Stephanum, quia tunc Ducem & Conſulem Neapolitanum. Vides ut *Praeſul* idem prorſus ac *Praeſes*.

(10) *Pluribus* exemplis illis, quae ſup. p. 177. attulimus, addi & S. Leo poteſt in Natali S. Laurentii, ita de S. Diacono ſcribens: *Poſtulat* (perſecutor) *ſibi ab immaculato SACRARII PRAESVLE* (Laurentio) *opes Eccleſiaſticas … inferri*. Sed jam a talibus producendis abſtinebo, etſi ἐμποδὼν ultro ſeſe gregatim offerant.

§. VII.

De Monito Stiltingiano ſuper Stephaniae ſitu (quem ipſe ſolus novit , ſed nunc labore delaſſatus celavit) plura ſcitu digniſſima .

Extremo hoc §. XVII. num. 252. ubi quaedam ad hanc quaeſtionem minime facientia (veluti Decretum Clementis VIII. & alia pauca) objeciſſet ; poſtremo hoc Monito ſuaviſſimo totum hunc §. XVII. (mihi inſenſiſſimum) claudit .

Illud ſolum Neapolitanos amice moneo , ne operoſis magis quam ſolidis Mazochii ratiociniis, quibus perſuadere nititur Eccleſiam S. Reſtitutae eſſe antiquam Stephaniam , nimium fidant .

At quamdiu (vos quaeſo Neapolitani cives) iſta tam ſuperba imperia patiemur ? Nam ſub Moniti (quis crederet ?) nomine exercent iſti tamen minime ferendum imperium . *Neapolitanos* (inquit dictator iſte) *MONEO* . Ante omnia verbum ipſum *Moneo* auctoritate plenum neſcio qua terroris horripilatione percellit cutem . Deinde ſi monenti non pareas , quid tum poſtea ? ad palum ne deligabimur ? virgae & ſecures expedientur ? Non opinor quidem , ſed tamen non caret periculo negotium .

Atqui a Monitore noſtro quaero , ecquis te , hominem tam alieni caeli , & pigro Bootae ſubjectum , Monitorem Neapolitanis , & quidem hoſpitem in rebus noſtratib. (puta *Stephania* , *S.Reſtituta* rebuſq. ſimilib.) dederit ? hoſpitem , inquam , quorum nomen nunc ei primum ad aures accidit ? Atqui monitores neceſſe eſt , de quibus monent , in iis eſſe volutatiſſimos . Verum me revoco : jam enim ſentire incipio , hunc qui Neapolitanos monet , nonniſi ſubmonente alio ac verba praeeunte monere . Si lector , ecquis ille alter monitor monitoris ſit , a me quaerat ; ſignis quam verbis demonſtrare tutius ad ſalutem duco . Scitum eſt enim ecquis in Vrbe aſſiduus auribus ejus inſuſurraverit , ecquis Stephaniam alibi quam in hodierna S.Reſtituta eſſe, ſcriptis ingentibus libris docuerit, proq. duplicitate ſedis Neapolitanae depugnaverit . Hoc ergo duce in toto §. XVII. iter invium Belga peragravit , ſicuti & alibi , ſaltem ubicumq. ſtylus ſupra Stiltingianum aſſurgit . Ac ſtyli diverſitatem paſſim Neapolitani noſtri olfecerunt . Quis enim non perſentiſceret?

At , inquies , cur tanti apud modo deſignatum inſtigatorem fuit ſeſe Stiltingo tradere ? Brevi reſpondeo . Vir ille doctiſſ. qui ſeſe Stiltingo adglutinavit , is ut ſuas (de eo nim. quod Stephania longe alia ab hodierna S. Reſtituta fuerit , taliaq. alia) ſententias clavo trabali figeret firmaretque , numquam non Bollandiſtarum ſuffragium ambivit . Nam ita ſecum rationes iniit : Bollandiani Operis ſicuti immenſum eſt corpus , ita & permagna auctoritas . Pleriq. hominum , ubi Bollandiſtas citaveris , ſilentium obſtupefacti tenent , ipſàq. brutâ taciturnitate adſen-

Digitized by Google

ſentiuntur. Quid quæris? quidquid a quovis illorum ſociorum illitum chartis exſtat, id vulgo inter ſententias ratas refertur. Egomet Mazochius experientia doctus, oblivìſci nequeo, quanto mihi ſteterit, Papebrochium, quem ſemper honorifice nominaveram, ſemel tantùm, neſcio quomodo aliud agendo, ſine ſignificatu laudis appellaſſe. Adhuc ob hoc facinus unum, laceras veſtes gero. Ergo cum haec Noſter ille, de quo loquimur, probe ſciat; ſatis provide nihil magis dat operam, quam ut cum Bollandiſtis faciat. Nihil idem libentius quam illa inſanae molis volumina citat. Ad ſummam, cum ipſe ſit maximo ingenio doctrinaq. praeditus, tamen ita ſe demum regnaturum ſperavit, ſi ſe totum Bollandiſtis dederet atq. demitteret. Ergo pro tot laboribus, quos in Stiltingo notitiis inſtruendo devoravit, hoc tantum depactus eſt, ut ille viciſſim ſententias ſuas firmaret Bollandiano ſuffragio. Quod tamen hic admodum jejune parumq. grate hoc loco fecit, h. e. verbis paullo plus decem.

Fatendum eſt tamen, id alibi prolixe a Stiltingo factum, tum ſcil. in dupſicitate ſedis Neapolitanae, tum in primis in deligendis Actis S. Januarii. Nam in horum Actorum inſtituendo delectu ſatis apparet, diu aeſtuaſſe Stiltingum, dum jam jam videbatur Vaticana rejecturus, Bononienſia praepoſiturus (vide ſup. p. 76. & alibi clarius) ad extremum tamen tum aliorum, tum hujus maxime monitoris auctoritas una valuit, ut Bononienſia repudiaret, Vaticana praeferret, reluctante conſcientia: quae quidem optime ſcio, ſed multa ſalutis gratia (quae ſero nimis cordi eſſe incipit) reticere cogor.

Verum his tandem miſſis, ad ſuperius illud MONEO Stiltingianum, a quo diverteram, redeo. Neapolitani noſtri Stiltingianis *monitis* ita reſpondent, ſeſe in ſitu Stephaniae non poſſe ipſius auctoritatem ſequi multis de cauſis: I. ob πατροπαράδοτον conſtantemq. doctrinam quae a ſaeculo XIII. ad uſq. XVII. ſemper Stephaniam in hodierna S. Reſtituta poſuit: de quo videatur *Cathedralis unica* a pag. 18. ad 88. & totum Peremptorium Edictum, praeſertim a pag. 352. ad finem: ex quibus oſtenditur, ibi ſemper Stephaniam fuiſſe ubi nunc eſt S. Reſtituta recentior. II. Deinde videatur demonſtratio illa ἀποδεικτικὴ, quam ego in Anteloquio ad *Cathedr. unicam* dedi ſimul cum αὐτοψίᾳ ichnographica Stephaniae veteris cum hodierna S. Reſtituta & Cathedrali nova complicatae.

Quod ſi Jeſuitarum auctoritate (quae ſi forte in hac cauſa pro me ſteterit, haud dubie fuerit quavis demonſtratione multo valentior) certandum ſit; Stiltingo, utpote mihi ſuſpectiſſimo, recuſato, ecce me viri optimi ſummoq. ingenio doctrinaq. praediti Franciſci Ant. Zachariae auctoritas recreat. Is in *Hiſtoriae* ſuae *litterariae Italicae* to. VI. (edito Mutinae an. 1754.) pag. 549. inſciente me, excerpta quaedam meae Diſſertationis de *Cathed. unica* ſatis accurata ac nitida inſeruit,

non

Digitized by Google

non omiſsâ limatiſſimi judicii ſui ſeveritate : quae tanta eſt, nemini ut ſerviliter blandiatur, ſed judicium ſuum libere ſimulq. modeſte interponat. Ergo in hac inter me interq. Jeſuitam Stiltingum controverſia poterit ſatis tuto lector Jeſuitae Zachariae judicio inculpato adquieſcere, ſi videtur.

EX FRANC. ANT. ZACHARIAE

HISTORIAE LITTERARIAE ITALICAE

Tomo VI. pag. 549. num. IV.

IV.

, NOn coſì brevemente ci ſpediremo da un altro libro, che altra
, non letteraria conteſa ha cagionato. Monſignor *Niccolò Carmi-*
, *nio Falcone* nella Storia di S. *Gennaro*, che a *Napoli* pubblicò nel
, 1713., diede il primo ſegnale di queſta guerra. Fermiſſima per-
, ſuaſione de' *Napoletani* era, che l'odierna Chieſa di *S. Reſtituta*
, foſſe l'antica lor Cattedrale, ora *Stefania* appellata, ed ora Chieſa
, di *S. Salvadore*. Ma contro queſta comune ſentenza alzò il primo
, bandiera Monſig. *Falcone*, inſegnando che la *Stefania* diverſa foſſe
, dalla Chieſa di *S. Reſtituta*. Nel 1745. il Sig. Benedetto *Serſale*
, nel ſuo *diſcorſo Iſtorico della Cappella de' Signori Minutoli col titolo di*
, *S. Pietro .... dentro il Duomo Napolitano* ſtudioſſi pure di perſua-
, dere queſta diverſità della *Stefania* dalla *Chieſa di S. Reſtituta*, ma
, inſieme ſoſtenne, l'una e l'altra eſſere al tempo ſteſſo ſtata Catte-
, dral Chieſa. Nel che era egli ſtato preceduto da' Curiali di *Roma*,
, i quali intorno al 1738. in una famoſa funeral lite tra' Canonici
, della inſigne collegiata *Napoletana* di *S. Giovanni Maggiore*, e gli
, Ebdomodarj (o come altrove chiamanſi *Beneficiati*, *Manſionarj*,
, *Cappellani*) della *Metropolitana* di *Napoli* per difender la Cauſa degli
, *Ebdomodarj*, inventarono un grazioſo ſiſtema. Queſto è, che in
, *Napoli* due foſſero le Cattedrali, la *Stefania*, alla quale gli
, odierni *Ebdomadarj* ſerviſſero come Canonici di rito *Latino*, l'al-
, tra di *S. Reſtituta* da *Coſtantino Magno* fondata, della quale gli
, odierni Canonici della *Metropolitana* foſſero Canonici, ma come
, di Cattedrale di *Greco* rito. Il Chiariſſimo *Canonico Mazocchi*, il
, quale è la gloria della letteratura *Napoletana*, ſi è preſo in una
, particolare diſſertazione a confutare queſti capricci.

, *Alexii Symmachi Mazochii Neapolitanae Eccleſiae Canonici Regii*
, *S. Script. interpretis Diſſertatio hiſtorica de Cathedralis Eccleſiae*
Nea-

Digitized by Google

, *Neapolitanae ſemper unicae variis diverſo tempore vicibus cum*
, *praevio Anteloquio*, *& Appendice opuſculorum &c. Acceſſit Pe-*
, *remptorium Edictum ad eluendas Adverſarii doctiſſimi Crimina-*
, *tiones*. Neapoli 1751. 4. pagg. 364. ſenza l'Anteloquio.
, Quattro coſe dunque contiene queſto a' *Canonici Napoletani*
, ſempre memorevol libro, un *Anteloquio*, la *Diſſertazione*, un *Ap-*
, *pendice*, e l' *Editto perentorio*. L' *Anteloquio* è diviſo in quattro
, parti. La prima ci mette innanzi un breve compendio degli
, argomenti, che moſtrano, l'antica Chieſa di *S. Salvadore*, o ſia
, la *Stefania* non altra eſſere ſtata che l'odierna Chieſa di *S. Re-*
, *ſtituta*. La ſeconda parte è *iconografica*, e in eſſa alla immaginaria
, deſcrizione delle due Cattedrali fatta da *Benedetto Serſale* opponſi
, la pianta dell' odierna Cattedrale, e della vera *Stefania*. *Cronologica*
, è la terza, e ci ſi dà la ſerie de' Veſcovi, e degli Arciveſcovi
, di *Napoli* con erudite annotazioni. La quarta è pur *Cronologica*,
, e per ordine de' Secoli ne propone più coſe ſparſe nell' opera. Ma
, baſti aver queſte coſe accennate. Vengaſi alla *Diſſertazione*. Siccome
, due punti mettonſi in diſputa, uno che riguarda il *materiale* della
, Cattedrale *Napoletana*, l' altro che appartiene al *formale*, così in
, due parti diſtribuita è la Diſſertazione. Nella prima parte ſi prova
, dal N. A. che la vetuſta Cattedrale di *Napoli* celebre ſotto i nomi
, di *Stefania*, e del *Salvadore*, altra non fu dall' odierna di *S. Reſtitu-*
, *ta*. Nella ſeconda dimoſtraſi, non eſſervi mai ſtata in *Napoli* che
, una ſola Cattedrale, e queſta di ſolo rito *latino*. La prima parte
, non intereſſa che i *Napoletani*, onde direm brevemente, tutta rag-
, girarſi eſſa a provare queſto Sillogiſmo. *Quella Chieſa dee dirſi eſſere*
, *ſtata la* Stefania, *o la* Chieſa del Salvadore, *nella quale ſola trovanſi*
, *tutte le parti*, *tutti i ſegni diſtintivi*, *e i nomi dell' antica* Stefania;
, *ma nell' odierna Chieſa di S.* Reſtituta *unicamente ſi trovano le parti*
, *tutte*, *tutti i ſegni diſtintivi*, *e i nomi dell' antica* Stefania; *dunque l'*
, *odierna Chieſa di S.* Reſtituta *dee dirſi l' antica* Stefania. La minor
, propoſizione quella è, che ſola abbiſogna di prove. Il N. A. la dà
, colla ſolita ſua incredibile erudizione diſcorrendo per l' *eſtreme*, l'
, *interne*, e sì pure le *adjacenti* parti dell' antica *Stefania*, per gli
, varj nomi, che queſta ebbe in diverſe età, e per le memorie, ch'
, d' eſſa hannoci laſciate *Alberico*, *Giovanni Cimeliarca*, e il più antico
, Scrittore del *Cronico di S. Maria de Principio*, e dimoſtrando come
, tutto concorra nella odierna Chieſa di *S. Reſtituta*. Dico l' *odierna*,
, perchè è da ſapere, che oltre l' *odierna* Chieſa di *S. Reſtituta*, altra
, più antica ve n' ebbe in *Napoli* di queſto nome. Il che poſto cade
, di per ſe l' unico argomento di qualche conto, ſul quale fondaronſi
, e 'l *Falcone*, e 'l *Serſale*. Perciocchè l' Autore della più lunga vita
, di S. *Atanaſio* Veſcovo di *Napoli* apertamente dalla *Stefania* diſtin

, gue-

Digitized by Google

, gue la Chieſa di S. *Reſtituta*; il che niente pregiudica alla ſentenza , del N. A. e degli altri Scrittori *Napoletani*, che fino al *Falcone* non , mai ſognarono la Cattedral Chieſa eſſere anticamente ſtata diverſa , dall'*odierna* di S. *Reſtituta*.

, V. Queſto dovrebbe baſtare, perchè ſi conchiudeſſe, una ſola , eſſere ſempre ſtata la Cattedrale di *Napoli*. Perciocchè quelli che , due ne vogliono, diſtinguono la *Stefania* dall'*odierna* Baſilica di S. , *Reſtituta*. Tutta volta il N. A. nel primo capo della ſeconda parte , mettesi a provar queſto ſteſſo con tre altri fortiſſimi argomenti. , Il primo argomento è negativo, e fondaſi nel ſilenzio di tutti gli , Scrittori delle coſe *Napolitane*, i quali non mai diedero indizio, , che due foſſero in *Napoli* le Cattedrali. Prendeſi il ſecondo argomen-, to dal coſtante uſo, del quale abbiamo innumerabili monumenti, , di chiamare la *Chieſa Napoletana* aſſolutamente, e ſenz' altro aggiun-, to, che la Chieſa *Greca* diſtingua dalla *Latina*. Il terzo è tratto , dall'eſſerſi ſempre in *Napoli* una ſola feſta celebrata della Sagra del-, la Chieſa Cattedrale il primo di Dicembre. Ed è ben vero, che , in un Manoſcritto libro delle anniverſarie feſte del Capitolo *Napoletano* , a' 25. di Gennajo notaſi: *Dedicatio Ecleſiae S. Reſtitutae*: ma queſta , Chieſa non è l'odierna, ma l'antico Oratorio di queſta Santa. , Ma ſe una fu *materialmente* la Chieſa Cattedrale di *Napoli*, fu ella , tale ancor *formalmente?* Il fu, ripiglia a dire il N. A. E certo in , due maniere potrebbe eſſervi ſtata una doppia Cattedrale in formal ſen-, ſo, o perchè doppia ſerie di Veſcovi foſſevi ſtata, cioè di Veſcovi , *Greci*, e *Latini*, o perchè almeno doppio Capitolo aveſſe avuto, , altro di *Greco* rito, ed altro di rito *Latino*. Ma nè l'una coſa, , nè l'altra è vera. Ed a cominciare dalla ſerie de' Veſcovi, qual , neceſſità di Veſcovi *Greci* e *Latini* avea Napoli? Sino al principato , di *Tiberio*, e mentre *Strabone* ſcrivea la ſua Geografia, conſervò ella , la forma di *Greca* Repubblica. Ma a poco a poco o ſia perchè per , la legge *Giulia* foſſe ella entrata ne' diritti della Cittadinanza *Roma-*, *na*, o ſia perchè atteſa la frequenza de' *Romani*, i quali tratti dalle , delizie di quelle campagne aveanvi d'ognintorno poſte magnifiche , Ville, ne prendeſſe la lingua, ed i coſtumi, andava anche allora , declinando alla barbarie, la quale da *Strabone* rimproveravaſi alle , *Greche* Città di quella Provincia, nel linguaggio e nella forma del , loro governo, *latine* omai divenute. Ma quando verſo la fine del , primo Secol Criſtiano *Napoli* diventò *Colonia Romana* [di che poco , appreſſo diremo], cambiò del tutto faccia; e comechè alcuni , veſtigj delle *Greche* coſtumanze vi rimaneſſero, e lo ſtudio della , lingua *Greca* fioriſſevi ancora nel ſecol terzo [ne abbiamo ſicura , prova in un paſſo di *Filoſtrato* dal N. A. egregiamente ſpiegato , contro l' opinion del *Laſena*] pur tuttavia la dominante lingua, e

, la

Digitized by Google

, la precipua maniera del civile governamento eravi la *Romana*. Nel
, quarto ſecol poi di Criſto dileguoſſi affatto il *Grecismo* da *Napoli*, e
, trattine forſe alcuni *Greci* Monaſteri, ne' quali parlavaſi il *Greco*
, linguaggio, e manteneaſi il rito *Greco*, tutto v'era *Latino*. Caduta
, *Napoli* verſo la metà del ſeſto ſecolo in potere di *Giuſtiniano*,
, maraviglia non è, ſe prendeſſe alcuna leggiera tintura di *Greciſmo*,
, la quale niente manco non paſsò mai tant'oltre, che appariſſe *Greca*
, Città ritornata. Qual biſogno adunque in *Napoli* d'un *Latino* Ve-
, ſcovo, e sì pure d'un *Greco?* Benchè quando ancora ſi concedeſſe,
, di due lingue eſſere ſtato il popolo *Napoletano*, non ne ſeguirebbe,
, che due Veſcovi vi foſſero ſtati. *Latino*, e *Celtico* linguaggio parlava-
, ſi ſotto i primi Romani Imperadori nelle *Gallie*, il *Punico* inſiem col
, *Latino* nell'*Africa* anche a' tempi di S. *Agoſtino*, il *Sirio*, e *Caldeo*, e
, il *Greco* nella *Paleſtina*, nè però dovrem dire, che Veſcovi vi foſ-
, ſero in quelle Città diverſi per gli *Latini*, e per gli *Celti*, per gli
, *Punici*, per gli *Siro-Caldei*. Sarebbe anzi una tal pretenſione con-
, traria alla diſciplina della Chieſa, concioſiachè l'ottavo canone del
, *Niceno* Concilio eſpreſſamente abbia vietato, che in una Città v'
, aveſſe due Veſcovi. Non è tutta volta ſenza le ſue difficoltà queſta
, certa ſentenza del N. A. Due ne oppoſe il gran *Papebrochio*, che
, meritano conſiderazione. La prima è, che nel Concilio di *Sardica*
, nel 347. trovaſi ſottoſcritto *Calepodius Neapolitanus*, o come s'ha ne'
, frammenti di S. *Ilario*, *Calepodius a Campania*. Ma lo ſteſſo anno
, nel conciliabolo, che gli *Ariani* da *Sardica* ſottrattiſi raunarono
, in *Filippopoli*, fatto un decreto, dal quale appare, che Veſcovo di
, *Napoli* foſſe *Fortunato*. Sembra dunque, che *Calepodio* foſſe Veſcovo
, *Greco*, *Fortunato Latino*. Ma il N. A. non ſi ſgomenta. Nel dot-
, tiſſimo ſuo commentario ſopra il *Calendario Napoletano* inclinò a
, credere *Calepodio Corepiſcopo*, ſpezialmente perche da *Giovanni Diacono*
, nel Catalogo de' Veſcovi *Napoletani* ommetteſi *Calepodio*. Ma conſi-
, derando, che altri antichi Veſcovi di *Napoli* ignorati furon da *Gio-*
, *vanni*, penſa ora, che Veſcovo foſſe, e forſe lo ſteſſo che *Fortunato*,
, il quale due nomi aveſſe (la qual pluralità di nomi dopo la deca-
, denza della *Romana* Repubbica era venuta in uſo); oppure (il che
, a noi ſembra più veriſimile) che *Calepodio* moriſſe nel 347. e
, ſubito aveſſe per ſucceſſore *Fortunato*. (*) Ma la maggior difficoltà
, quel-

(*) *Praeter haſce duas reſponſiones, attuli tertiam in Diſſert.* de SS. Epiſc. Neap. *omnium expeditiſſimam, quam noſter doctiſſ. Zacharias omiſit, quod eâ, opinor, Diſſert. tunc caruiſſet. Eam vide ſupra in his Vindiciis pag.* 182. *num. IV. & p.* 183. *Summa eo redit. Quod Calepodius uti Epiſc. Neapolitanus ſubſcripſerit, id unius Iſidori mercibus infidis debemus At vero fides potiſſima S. Hilario debetur, cui hic vocatur* Calepodius a Campania. *Cujuſvis ergo urbis Campaniae Epiſcopus fuit Calepodius, Neapoli excepta, ubi eo pte anno S. Fortunatus ſedebat.*

Digitized by Google

„ quella è, che traeſi da un paſſo della vita più lunga di *S. Atana-*
„ *ſio* Veſcovo di *Napoli*. Leggeſi ivi di *Napoli*, che *& introrſus*
„ BINAS PRAESULUM GESTAT SEDES *ad inſtar duorum Teſta-*
„ *mentorum*, *quamquam una ſit*, *quae eam gubernat*, *& regit reliquam*, *ut*
„ *capite reguntur artus diverſi*. Il *Baronio* contro la fede de' Manoſcritti
„ ſcriſſe *interdum* invece d' *introrſus*, parendogli troppo ſtrana coſa,
„ che due Veſcovi foſſero perpetuamente nella ſteſſa Città. Ma con-
„ cioſiachè il nome *ſedes* non ſia ſolo proprio delle ſedi Veſcovili,
„ ma ancora de' più diſtinti luoghi, che occupano i Preti, ed altri
„ Eccleſiaſtici, e ſimilmente il nome *Praeſul* ſia comune a qualunque
„ ſacro e profano Propoſto, preſto va a terra una difficoltà, che è
„ ſembrata ſinora inſuperabile. Nella Chieſa *Napoletana* furonvi anti-
„ camente più Chieſe *Greche*: ſei ſe ne contavano ancora nel tredi-
„ ceſimo ſecolo. In eſſe eranvi i loro *Preti*, de' quali uno era il pri-
„ mo, o *propoſto*. Di queſti dunque va inteſo quel difficil teſto, dal
„ quale non altro deeſi raccogliere, ſe non che in *Napoli* eranvi due
„ ſorte di ſacerdoti, altri di lingua *Greca*, altri di lingua *Latina*,
„ ma ſottopoſti gli uni e gli altri ad una ſola podeſtà (del Veſcovo
„ *Latino*) *quae gubernat & regit reliqua*, o *reliquas*, *non reliquam* [2]. E' da
„ vedere queſto paſſo del N. A. per l'erudite coſe, con che appog-
„ gia la felice ſua ſpiegazione.

„ VI. Ma è ella ugualmente aperta coſa, che due Capi-
„ toli non ebbe mai la Chieſa di *Napoli*? Queſto è il forte del
„ libro per gli Canonici di quella Chieſa, ma ella è altresì la
„ parte, che meno importa al comun de' noſtri lettori. Per lo
„ che eſtimiamo di farne brevi parole. Gli *Ebdomadarj* pretendono,
„ che *S. Atanaſio* Veſcovo di *Napoli* nel IX. ſecolo gl' inſtituiſſe,
„ dove i Canonici erano ſino da' tempi di *Coſtantino* il *grande*.
„ Ma il Sig. *Canonico Mazocchi* prova con molta chiarezza, e forza,
„ che i *Canonici* non abbiſognano di falſe prerogative, perche ſplendi-
„ do qual è, ed ornatiſſimo appaja il loro Capitolo; onde nega,
„ che origine aveſſero dal *Magno Coſtantino*, ma ſibbene da *S. Ata-*
„ *naſio*, il quale eſſendo il loro numero incerto e ſcarſo, con aſ-
„ ſegnare le debite facoltà ne determinò un certo numero, e baſte-
„ vole agl' impieghi d'un sì ragguardevole Capitolo. Scuopre poi l'
„ origin vera degli *Ebdomadarj*; e fa vedere, come nel XIII. Seco-
„ lo non altro erano, che inferiori Cherici *Collettizi*, e *Confratelli*
„ della Congregazione di S. *Salvadore*. Ma ſotto *Giovanni Orſino* tra
„ l'Ottobre del 1334. e 'l Meſe di Maggio del 1337. furono elet-
„ ti ad *Ebdomadarj*. Quindi ſi fa ſtrada a cercare l'origine, l'

Cc „ epo-

(2) „ Forſe biſogno non v'è di
„ tal correzione. Il *Reliquam* barba-
„ ramente è preſo per *aliam*. *Alteram*
„ (*Praeſulum ſeriem*) il che più
„ chiaramente conferma l' opinione
„ del N. A.

, epoca, e la natura di tutte le Confraternite, che ſono nel-
, le Chieſe *Matrici* di *Napoli*, anzi ſale ſino a' tempi gentileſchi,
, ne' quali in *Napoli* da *Atene* paſſato era l' uſo, e il nome *Fratria-*
, *rum*, quali erano quelle degli *Eumelidi* in onore d' *Eumelo* Padre
, di *Partenope*, degli *Artemiſi*, degli *Ariſtei ec.* Avvertan quì i no-
, ſtri Lettori, che il Sig. *Canonico Mazocchi* di notizie sì pellegrine,
, e di sì curioſe ricerche ſparge una poco comune quiſtione, che
, non v' ha maniera di ſtudioſi, i quali non ne poſſano profittare.
, Noi intanto accenneremo, che coloro, i quali de' ſacri riti ſon va-
, ghi, potranno leggere un bel monumento, che il N. A. reca, ed
, illuſtra, cioè una Coſtituzione del mentovato *Giovanni Orſino* intor-
, no l' eſequie (p.157.); nè laſcino la *diſquiſizione* (p.184.) *de notione*
, *Presbyterorum, aut Presbyterorum de Choro; itemque Presbyterorum qua-*
, *draginta, aut de numero Quadraginta in Urſinianis ritibus*.

, VII. Sei eccellenti *Diatribe* formano l'*Appendice*, che ſegue al-
, la *Diſſertazione*. La prima è *de inſula, & caſtro a Conſtantino Magno*
, *Eccleſiae Neapolitanae dono datis, ſive de inſula Salvatoris, deque Caſtro*
, *Lucullano*. In due parti è diviſa queſta *Diatriba*: e nella prima il
, N. A. con iſquiſita erudizione ci mette innanzi il ſito, l' origine,
, la ſtoria del *Caſtello Lucullano*; nella ſeconda tratta dell'*Iſola*, ſpie-
, ga nell' una, e nell' altra varj paſſi d' autori, eſpone la topografia
, di più luoghi. Noi traſcegliamo una lapida, perchè nel 1751. tro-
, vata nella Cattedrale d' *Averſa*, onde ſuppliremo il capo delle ſco-
, perte anticaglie, che ſi ha nel precedente volume della noſtra Storia.

, *A. Plautius . Evbodus . ſibi . & . liberis ſuis*
, *A. Plautio . Daphno . & Plautiae . Primigeniae . &*
, *Plautiae . Laurillae . & . Plautiae Feſtae . & . Plautiae Succeſ-*
, *ſae . ET*
, *A. Plautio . Abeſto . Libertis . Libertabuſque ſuis . Poſteriſque .*
, *Eorum . Is . Qui .*
, *Plauti . vocitabuntur Vicus Spuria*
, *nus cum ſuis meritoriis & Diaeta*
, *Quae eſt juncta huic monumento cum*
, *Suis . parietibus . & fundamentis . huic*
, *Monument . cedet*
, *ſi qui ex . is . qui . ſupra . ſcripti . ſunt . hoc .*
, *monumentum . aut . Vicum . Spurianum*
, *aut Diaeta . quae . eſt juncta huic mo*
, *numento vendere volent*
, *tunc ad Rempublicam Coloniae Puteo*
, *-lanae pertinebit .*

, Queſta Iſcrizione è aſſai pregievole. Nel Cronico di S. *Maria*
, *de*

, *de Principo* ſi legge: *& more Graecorum debent in dicta Eccleſia facere* , *facetias*, *quae dicuntur latine* SQVARASTASE. Che è queſto mo- , ſtruoſo vocabolo? E che ſignifica? Ad iſpiegare queſto vocabolo in- , diritta è la ſeconda *Diatriba*. Moſtra prima l'Autore, che quella , parola *latine* val tanto, quanto *Volgarmente*, conciofiachè *latinator* ne' , barbari tempi ſignificava *interprete*, onde il *Boccaccio* ſcriſſe (G. v. 9. , 32.3.) *Il Co: d'Alvagna della Magna chiamato in loro lingua Luſſoma-* , *ſtro*, *ch' è tanto dire in latino*, *come Maſtro Siniſcalco*. Ciò poſto ne' , riti di *Giovanni Orſini* trova, che due *Arcipreti* nel giorno di Paſca , *Archiepiſcopo*, *& capitulo tenentur facere ludum*, *quod vulgariter nuncu-* , *patur Liſquaraſtate*, o piuttoſto *liſquaraſtaſe*. Che teſto più chiaro al- , l'intendimento del N. A. il quale crede non altro quì intenderſi, , che *complimenti*, e *complimentare*, la qual parola in *Napolitano* dialetto , ſi diceſſe *Squaraſtaſe*. Confrontiſi di grazia il *latine* del primo paſſo col , *vulgariter* del ſecondo, e ſimilmente il *facere facetias* dell'uno, col *facere* , *ludum* dell'altro. Nella terza *Diatriba* dimoſtra l'autore: che *Napoli* fu , *Colonia Romana*, non che colà foſſer mandati nuovi Coloni, ma per- , chè ammeſſa fu a' diritti delle Colonie. Queſto provaſi dall'Autore , con molte lapide, tra l'altre con una del *Ligorio* [3]. Ma quando fu , *Napoli* poſta tra le Colonie? Sotto *Domiziano*, riſponde il N. A., e , ne dà alcune ingegnoſe conghietture. Ancor nel quarto ſecolo tro- , vaſi *Napoli* chiamata *Colonia*; di che recanſi in prova dall' Autore , due lapide *Gruteriane*. E certo in tutte e due trovaſi la ſigla V. P. , cioè *Viro Perfectiſſimo*, la qual dignità innanzi al quarto ſecolo non , trovaſi mentovata, e che è più, in una leggeſi *Ex Comitibus*, il che , è del ſecolo di *Coſtantino*. Paſſiamo alla quarta *Diatriba*. I Canonici , della Cattedrale di *Napoli* trovanſi detti *Cardinales*, come in altre , Chieſe (4). Di queſti prende l'Autore a diſcorrere nell'accennata , *Diatriba*, della loro origine, del nome, del numero, de' loro tito- , li; ſe Preti foſſero ſolamente, o ancor Diaconi; qualche coſa pur , dice de' Cardinali di *Roma*, e d'altre Chieſe. Vn prezioſo monu- , mento, cioè *Brevis ordo divinorum officiorum* oſſervato nelle Confra- , ternite di *Napoli*, portaſi dall' A., e con egregie annotazioni co- , mentaſi nella quinta *Diatriba*, ſiccome nella ſeſta un antico inven- , tario de' Beni, diritti, e peſi dello Spedale *Atanaſiano*.

, VIII. Siamo all' *Editto Perentorio*, che al libro pon fine. *Monſ.* , *Giuſeppe Aſſeman* eſſendo ſtato a *Napoli*, in mentre che l'amiciſſimo , ſuo Sig. Canonico *Mazocchi* andava ſtampando la preſente *Diſſertazio-* , *ne*, ebbe modo d'averne i fogli di mano in mano, che s'andavan

[3] , In queſta Iſcrizione ſonovi , le ſigle H. V. Il N. A. le ſpiega , *Honorato Viro*. Ma il Muratori, che , riporta la ſteſſa lapida (p. 1112.), , le interpetra forſe meglio *Honore Vſo*.

[4] , A quelle, che accenna il , N. A., aggiungaſi la Chieſa *Cremoneſe*.

, tirando. Quindi a *Roma* tornatoſi, nel ſecondo tomo degli Scrittori , *Italicae hiſtoriae*, del quale demmo un baſtevole eſtratto nel quinto , volume, contro l'opinion del *Mazocchi* ſi preſe a ſoſtenere, che l' , *odierna* Baſilica di S. *Reſtituta* non è altrimenti l' antica Cattedrale , di *Napoli*, o ſia la *Stefania*, ed ogni sforzo mette in opra per , riſpondere alle ragioni del Chiariſſimo noſtro Autore. Si è dato il , caſo, che il *Mazocchi* in tutta la ſtate, e in parte dell'autunno del , 1751. gravemente infermato non potè all' opera ſua metter termi-, ne, onde è, che quantunque nel tomo dell' *Aſſeman* citiſi il libro , del *Mazocchi*, come di già uſcito a luce, prima quello di queſto , ſi pubblicò, e portato fu a *Napoli*. Stava appunto il *Mazocchi* per , terminar la ſua ſtampa, quando eſſendogli pervenuto all'orecchie, , che il ſuo libro innanzi ancora di venire in pubblico, era ſtato , dalla dotta penna di *Monſignore* non pure ſcreditato, ma meſſo a , niente, pensò di non darlo fuori ſenza moſtrare agli *Ebdomadarj* di , *Napoli*, che vani erano i lor trionfi, comechè ſulla molta dottrina , e ſama del *Prelato Maronita* foſſer fondati. Or queſto appunto fa , egli nell' *Editto perentorio*, del quale parliamo, in due *azioni* diviſo. , La prima ſerve in parte d' introduzione, conciofiachè narrici la , controverſia del *Mazocchi* coll' *Aſſeman*, e in parte di conferma a , quanto avea dianzi il N. A. ſtabilito. In fatti riepiloganſi breve-, mente le più forti ragioni, che nella prima parte della Diſſerta-, zione erano ſtate propoſte, e con due nuovi argomenti vengano , ſiancheggiate. Nell'altra *azione* riſponde l'autore alle obbiezioni dell' , amico avverſario. Dopo le quali coſe il *Mazocchi* grazioſamente s' , appella dalla difinitiva ſentenza dell' *Aſſeman* all' incorotto giudizio , de' leggitori, i quali ſpera, che vorran bene rimettere i Canonici , della Cattedrale di *Napoli* nel poſſeſſo d' eſſer Canonici dell' antica , *Stefania; Vti poſſidetis, ita & poſſideatis*. Vorrebbeſi quì forſe, che , noi deſſimo il noſtro giudizio, e il noſtro ufizio parrebbe che l' , eſigeſſe. Ma in coſa, che parla da ſe, non han biſogno i noſtri , leggitori, che noi col noſtro giudizio quaſi gli dirizziamo a porta-, re giuſta ſentenza. Ci ſi permetta tuttavia di celebrare il merito , del Sig. *Canonico Mazocchi*, e di dire, che per tanti ſuoi libri di , ſignolar dottrina pieni andrà il ſuo nome fra quelli de' maggior , noſtri letterati adorno

, *Senza temer tempo nè morte*,
, *E dove naſce, e dove more il giorno*.

§. VIII.

§. VIII.

De Conſtitutione Cypria Alexandri IV. male a Cl. Stiltingo intellecta.

Hactenus doctiſſ. Zachariae Excerpta ex mea *Vnica Cathedrali* procedunt. Nunc antequam ab hoc §. XVII. Stiltingiano digredior, fateor nolenti mihi (pag. 192. 193.) excidiſſe, quod Stiltingus Noſter num. 251. conſtitutione Cypria Alexandri IV. abutitur, ejus vim minime aſſecutus. Ea ſic incipit: *Quoties* (in inſula Cypro) *quamlibet praedictarum ſedium Graecorum PRAESVLE vacare contigerit*. Triumphat hîc noſter in fine num. 251. quod ſibi tandem datum fuerit *Praeſulem* pro Epiſcopo reperiſſe. Quid ſi tibi Stiltinge clariſſime, in Graeco Novi Foederis, ac Patribus (11) Graecis etiam *Presbyteros* vocatos repererо eos, qui re vera Epiſcopi fuerint? Sunt enim plura horum generalia vocabula, quae poſterior aetas diſcrevit. Pergit Conſtitutio: *Alter* (praeſul Graecus) *a Clericis ſedis ejuſdem* (ſuis ſcil. terminatae finibus)... *in Epiſcopum eligatur. Cujus electionem Latinus Pontifex, in cujus dioeceſi fuerit ſedes illa ... confirmet ... recepturus ab eo juratoriam profeſſionem obedientiae*. Conſtitutionem hanc totam vide to. 24. Venetae Collect. Concilior. ad ann. 1260. Ex eâ tamen quaedam inferne (12) decerpſi.

Hîc cedo mihi, Stiltinge ornatiſſime, quid haec ad rem noſtram? aut quid hiſce ſedibus Cypriis cum ea, quam Neapoli fundas, ac laute de tuo dotas, commune? Cypriae ſedes ſuis limitibus circumſcriptae, oppidum peculiare habebant. Oſtende ſis Graeculi iſtius, quem

(11) Praeter Graecos Novi Foederis interpretes veluti Theodoretum, Oecumenium ad XX. Actor. Theophylactum & alios; reperitur Πρεσβύτερος pro Epiſcopo apud Dionyſium Areopagitam (qui in Cael. Hier. Timotheum vocat συμπρεσβύτερον h. e. *coepiſcopum ſuum*) ejuſq. interpretes S. Maximum, & Pachymerem. Itaq. *Praesbyter*, *Praeſul* &c. ſunt voces utriſq. communes.

(12) In ea pag. 277. quatuor tantum Sedes Graecor. Epiſcoporum intra totidem dioeceſes Latinorum aſſignantur his verbis: *Vnam ſiquidem pontificalem ſedem Graecorum in Nicoſienſi* (Dioeceſi) *apud Soliam, aliam in Paphena apud Arſino; tertiam vero in Famaguſtana apud Carpaſium, & reliquam in Nimocienſi dioeceſibus apud Leſcaram conſiſtere volumus; & ab iis denominari; & tam nomen quam dignitatem pontificalis officii habere Pontifices qui eas pro tempore canonice obtinebunt*. Deinde ſtatim ſequitur: *Quoties quamlibet praedictarum ſedium Graecorum* &c. uti ſupra.

Hae igitur ſedes ſuum ſegregatum territorium in oppidulis dictis habebant: quae oppidula dicuntur fuiſſe in *dioeceſi* inſignioris urbis, cui Latinus Antiſtes ille praeerat, cui ſuberat Graecus de quo agitur, tamquam ſuffraganeus. Quo loco uti dixi, *Dioeceſis* notionem *provinciae* obtinet: qua notione Gillebertus Lunicenſis ſaeculo XII. *Dioeceſeos* vocabulum uſurparat: qui in *De uſu Eccleſiaſtico* de *Archiepiſcopo* ſic ait: *Cujus Eccleſia* (h. e. territorium) *ſubſcribitur Dioeceſis*. Vbi *Dioeceſis* provinciam notat; ſicuti & ab antiquioribus Anaſtaſio, & Hincmaro Remenſi & aliis pluribus uſurpabatur. Ergo in Cypro ſedes epiſcopor. Graccor. ſuis intra Latini provinciam finibus terminatae, obedientiam Latino illi, a quo electus confirmabatur, tamquam ſuo Archiepiſcopo debebant.

quem Neapolim invitum intrudis, Epiſcopi territorium, oppidumq. illi aſſignato. Vbi feceris, libenter ab eo Graecam ordinationem acceperimus. Nec enim unquam negavi potuiſſe Neapolitanam regionem aliquam terminatam Graeco Epiſcopo alicui in territorium aſſignari; modo ejus Epiſcopi neceſſitas eſſet, quae numquam fuit; ac modo ea ſedes ex chronico Joannis Diac. aliiſque hiſtoricis diſerte oſtendatur. Diſerte, inquam, atq. perſpicue: nam Iſidorianas, refragante S. Hilario, merces, aut binas biographi Athanaſiani *ſedes* nemo hodie Neapoli moratur, quamvis clare monente te (num. 252.) *ne* mihi Neapolitani *fidant*. Quamdiu nihil horum oſtenderis, fabulam ſurdo canes. Atq. haec, uti modo dixi, ad pag. *192.* & *193.* ſupra referes: quae ibi properanti exciderunt.

RACEMATIONIS RELIQVA
In §. XVIII. XIX.

TOto uti vidimus §. XVII. adverſus me graves accuſationes Noſter inſtituit, & quidem nuſquam a contumeliis abſtinens. At §. XVIII. & XIX. multo gravior & procacior in me inſurgit, eoq. ipſo ſemper tum monitore viaeq. duce utitur, eodemq. incitatore inſtigatur, quem ſupra ſubindicavi, quemq. hiſce de rebus copioſe ab hinc paucos annos ſcripſiſſe, nemo eorum ignorat, qui librorum recens editorum ſeſe non ſegnes conquiſitores praebent.

Atqui cur ego memet ſimulq. lectores excruciem, ut inſiſtam Stiltingi veſtigiis? Satis in ſuperioribus ceteris congreſſionibus lector experimento probavit, a me Stiltingianas rationes ita ſemper diſflatas, ut in tenuem abierint fumum. Rogo ergo curioſos hujus generis Diſceptationum, uti (ſiquid modo in veteris mediaeq. aetatis antiquitatibus valent) Stiltingianas aggreſſiones cum iis *Cathedralis unicae Neapolitanae* locis conferant, quae aggreſſor adoritur, ac libratis utrinq. rationibus, ita demum judicium ferant: quorum ego non defugiam auctoritatem. Veluti ubi Stiltingus amiciſſimus §. XXI. num. *306.* a me traditam liquationis S. Januarii ſanguinis epocham convellere ſatagit, adeat lector meam Cathedralem unicam pag. 50. & ſeq. ubi accuratam *Procurſionem* ea de re inveniet. Adhaec, ubi Noſter in *Eccleſia S. Januarii in Cubiculo poſita* reperiunda §. XVIII. aeſtuat, inviſat lector, tum eamdem noſtram *Cathedralem unicam* a pag. 43. ac deinceps, tum in primis *Diſcuſſionem* illam (quae exſtat in Differt. de SS. Epiſc. Neap. pag. 150.) quae *de Cubiculo ante Eccleſiam S. Januar. in quo Tiberii Epiſc. cuſtodia fuit*, ſcripta viſitur, eamq. jungat. cum Joanneo textu ibi adſcripto. Hanc ultimam *Diſcuſſionem* (quam Stiltingus meus videri vult non legiſſe) αὐτολεξεὶ huc comportaſſem, niſi longo jamdiu viae tedio captus eſſem. Tamen ſi in fine poſt Indices aliquid chartarum ſupererit, tum hanc *Diſcuſſionem*, tum alia fortaſſis *Addenda* appendemus. INDI-

Digitized by Google

I N D I C E S

INDEX PRIMVS

Capitum, Sectionum, & Adnotationum longiorum.

DEDICATIO pag. III.
SYLLABVS . . p. . .
PRAEFATIO Alexandri Etymegori. pag. 1.
Quidnam obſervatum in recudendis Actis Bononienſibus fuerit. 5.
ADMONITIO ad S. Januarii Acta ſincera. 6.
ACTA BONONIENSIA S. JANUARII & ſocior. Martyrum cum Mazochii veteribus noviſq. animadverſionibus. 14.
Embolium de repetita collatione cum exemplari Bononienſi. 17.
Supplementum Actor. Bononienſ. ex fine Actor. Vaticanor. (qua parte Vaticanis ſinceritas conſtat) ad Bononienſia ſupplenda adſcitum. 44.
Primae Actor. ſectionis textus Bononienſis correctus atq. ſuppletus. 62.
ADNOTATA longiora in Acta Bononienſia.
Adn. IV. Complurium Actor. S. Januarii recenſio & judicium. 7.
Adn. 2. Acta Bononienſia tranſlata olim de Graeco fuiſſe. 14.
Adn. IV. Evangelia antiquitus lecta non decantata, uti poſtea nono & ſecutis ſaeculis. Flamma in martyrii ſignum caput Soſii ambiens cum flamma Polycarpi comparatur. Praeſagia martyrii in Martyrum hiſtoriis familiaria, & quot modis oblata. De viſu matris S. Januarii. 23.
Adn. 17. Quodnam circa judicem, inter Acta Bononienſia ſimulq. Bedam, interq. cetera, diſcrimen. Romano magiſtratui Graecum Timothei nomen parum congruum. Dracontii plures in Cod. Theodoſ. De hoc noſtro divinatio. Campaniae Rectores ab Hadriano Conſulares, poſt Conſtantinum etiam Correctores dicti. 25.
Adn. VII. Graeciſmi quidam Sectionis IV. enodati. Arenarii vox etiam de arenae praepoſito uſurpata. Proſopopoeia Pallii Tertullianici dilucidata. 30.
Adn. XII. Rationes γονυκλισίας Sanctorum Martyrum. 36.
Adn. XIII. De ſignaculo martyrii ſempiterni. 37.
Adn. XV. De Sulphuraria Puteolana. 39.
Adn. 39. Diem paſſionis SS. Januarii & ſocior. non in menſem Septembrem ſed Aprilem incidiſſe: proinde diei 19. Septembris feſtum alio pertinere. 42.
APPENDIX ADNOTATIONVM QVATVOR INSIGNIORVM.
ADNOT. I. Quatenus Acta noſtra cum vulgatis & Menologio conveniant, diſſideantve. De ſacri cruoris compertiſſima liquatione verbum. 47.
ADNOT. II. PARS I. De Stephani epiſcopi verbis judicium accuratius: quamve hic hiſtoriam Joan. Diac. tradiderit excerpendam. 49.
PARS II. Stephani verborum paullo curioſius examen aliud. 53.
Adn. XXI. Praefatio Joan. Diac. ad certamen SS. Soſii, Januarii etc. Tum quaedam de hoc ſcriptore notata. 49.
ADNOT. III. Acta Bononienſia tracta de Graeco fuiſſe, ex integro luculentius demonſtratur. 55.

Digitized by Google

DIGRESSIO. De eo, ecquonam haec quaeſtio valeat. 60.

Adn. *XXII. Quando & quibus gradibus in his locis ſermo vernaculus ex Graeco Latinus evaſerit.* 61.

ADNOT. IV. *Quibuſnam locis prima Actorum ſectio manca aut foedata videatur, quove modo corrupta ſanari, lacunae vero ſarciri queant.* 62.

INSIGNIORIBVS quatuor ſupraſcriptis ſubſerviunt aliae quae ſequuntur.

Adn. *XXIV.* Ἐξίσαμαι *&* Ἔκστασιν *translate de mentis exceſſu uſurpari: non raro tamen de diſceſſu locali proprie dictum reperiri.* 65.

Adn. *XXV. Ex Philoxeni gloſſis & aliunde oſtenditur,* Ecſtaſin *in Actis Bonon. eſſe ſaeviſſimam perſecutionem, qualis anno 305. in Oriente erat.* Ἔκστασις *&* Ἀποστασία *ſynonyma. Paulus ad Theſſalonic. illuſtratur.* 66.

Adn. *XXVII. Quid olim* Collectio divinae legis *notarit.* 68.

Adn. *XXVIII. S. Juſtini Sibyllae deſcriptio, & ſectio prima Actor. Bononienſ. illuſtrantur.* 70.

In Acta Bononienſia animadverſiones Stiltingianae priores cum Mazochianis interlocutionibus. 72.

Impreſſiones Stiltingi priores aut compreſſae aut repercuſſae. 73.

ADNOTATIONES praecipuae.

Adn. 6. *Excerpta quaedam ex Stiltingi ſectionib. 26. 27. 28. pag.* 74.

Adn. 9. *Ad Sect. Stiltingi 30. De Soſii interrogatione praeterita: ex eo probari Acta Bononienſia peculiaria Januarii fuiſſe.* 77.

Adn. 23. *Amicis ornatiſſimi Viri objectis officioſa reſponſio.* 82.

ACTA BONONIENSIA mendis librariorum deterſis ſolidatiſq. lacunis, nitidiore vultu reducta cum novis aliquot adnotatis, cumque Stiltingianis objectis poſterioribus in calce Actor. exhibitis & refutatis. 85.

Supplementum Actor. Bononienſ. ex fine Actor. Vaticanor, qua parte non dubia eis ſinceritas conſtat. 92.

DE MARTYRIO SEMPITERNO S. Januarii martyris in Actis Bononienſibus. 93.

SECTIO I. Thomae Aquinatis Theologicam Summam haec ipſa docere oſtenditur, quae modo poſita. 93.

SECTIO II. Eadem doctrina ex Divinis Scripturis ſecundum interpretationem Cathechiſmi Romani, Eſtii, & aliorum demonſtratur. 94.

SECTIO III. Virum doctrinae de charactere Martyrii, ab Aquinate ad nos tranſmiſſae, adhuc in iis quae ſuperſunt veteris Eccleſiae monumentis ulla reſtent impreſſa veſtigia. Ac primum de martyrio ſempiterno Actor. SS. Januarii &c. 95.

SECTIO IV. Ejuſdem ſignaculi in Martyrib. impreſſio ex loco Epiſtolae Eccleſiarum Viennenſis & Lugdunenſis mirifice confirmatur. Ibid. col. 2.

SECTIO V. De eodem Martyrum charactere locus Clementis Alexandrini. 96.

SECTIO VI. Minutiorum aliquot huc pertinentium congiobatio. Ibid. Col. 2.

OBJECTA Stiltingi poſteriora ab eodem Bononienſib. Actis ſubjecta. 97.

ADNOTATIONES in objecta poſteriora Stiltingi.

Adn. 40. *Palam deteſtantium ſaevitiam in* Confeſſores *exempla.* 98.

Adn. 41. Gentiles *ejuſdem injuſtitiae hoſtes.* 99.

PROLVSIO ad Acta Vaticana cum Bononienſibus comparanda. 104.

§. 1. *Antequam invicem comparentur, abſolutis aliquot argumentis Acta Bononienſia rei geſtae coaequalia fuiſſe oſtenditur.* 105.

§. 2. *Qua ratione, quove fructu Vaticana cum Bononienſibus comparaturi ſimus. Obiter Vaticanorum laus ab haud aſpernandis eorum aliquot in Eccleſiam meritis.* 106.

§. 3. *De Vaticanorum ſcriptionis aetate ex Stephani Epiſcopi verbis conjectura ducitur.* 107.

ACTA VATICANA cum obſervationibus

nibus neceſſariis. 110.

Appendix Actor. Vaticanor. 124.

ADNOTATIONES in Acta Vaticana praecipuae.

Adn. 5. *Timotheum ac Dracontium duo fuiſſe unius judicis nomina. Alia quaepiam*. 111.

Adn. 19. *Nullus in Vaticanis juris ordo ſive in interrogando, ſive in ferenda ſententia. Duplex Vaticanor. σφάλμα: prius de non lata, ubi oportuit, ſententia: alterum de lata, cum non neceſſe fuit: at contra in Bononienſibus omnia ex juris formula recte & ordine facta narrantur*. 118.

COMPARATIO *iterata Vaticanorum cum Bononienſib. Actis, per quam Bononienſibus τὰ πρωτεῖα, itemque proprietas quinque communium ſectionum decernitur*. 125.

PARS PRIOR. Τὰ πρωτεῖα vetuſtatis prioribus quinque Bononienſium ſectionibus ex integro facta collatione decernitur. Ibid.

PARS ALTERA. Qua quinque ultimas utrorumq. Actorum ſectiones totidem utrobique verbis conceptas, Bononienſis fundi primitus exſtitiſſe oſtenditur, hinc vero in Vaticanum ſolum tranſductas. 127.

PARS TERTIA. Auctori Vaticanorum dicta dies ob quaedam eiſdem impacta crimina, in primis interpolationis, luxaturae graviſſimae, nec non mutilationis Bononienſium Actorum. 128.

SINCERA DENVNTIATIO. *Qua Acta Bononienſia tamquam primitiva & inculpata proponuntur: Vaticana vero probantur ea parte qua cum Bononienſib. non colliduntur, & apta ſunt alere pietatem*. 131.

PARS I. Cauſae dictio ſummaria. 132.

PARS II. Poſt Cauſae dictionem peroratio. 142.

PARS III. Novae poſt cauſam peroratam actiones: nimirum de Patronatus antiquitate, deque Patrocinii S. Januarii praeſentia.

Actio I. Stiltingianae adverſus utramque molitiones. 145.

Actio II.

Sectio I. *De Patronatu S. Januarii paſſioni ejuſdem coaevo, per Acta vero Stiltingiana ſublato*. 147.

Sectio II. *Qua de cauſa Acta Belgica Stiltingiana patronatu & ſepultura S. Januarii detruncata reperiantur*. 151.

Sectio III. *De hoc quod Acta tam turpiter vitalibus deminuta Populo Neapolit. Stiltingus obtruſerit, gravis expoſtulatio*. 156.

Actio III. De Patrocinii S. Januarii indiciis neſcio qua intempeſtiva religione à Stiltingo debilitatis, expoſtulatio lenior. 160.

DENVNTIATIONIS CONCLVSIO. 164.

ADNOTATIONES in Denuntiationem praecipuae.

Adn. 3. *De Beda, Vſuardo, & Rom. Mrologio*.

SECTIO I. Qua via Henſchenius & Papebrochius Bedae Mrologium ſuae ſinceritati reſtituerint, ac vera Bedae elogia (inter quae illa ſunt SS. Januarii & Socior.) a pannis aſſutis diremerint. 132. & 133.

SECTIO II. De Vſuardo Rom. Mrologii fonte: deque Romano ipſo, non niſi Bononienſib. Actis favente. De Sollerii in Vſuardum adnotatis. 134.

Adn. 5. *De vitiis quae in Actis Vaticanis ita offendunt Stiltingum, ut eas Actorum partes damnet*. 137.

Adn. 6. *EXCVRSIO DE STILTINGI CRIMINATIONIBVS*.

SECTIO I. Criminatio de forma judiciaria in horum martyrio neglecta diluitur. 138.

SECTIO II. De ceteris objectis lector alio remittitur. De novo inaudito crimine INEPTIARVM, quas Stiltingiana elegantia in Bononienſibus Actis abominatur. Ibid. col. 2. Ibid. eſt Adnot. I. *De Stiltingiana in verbo* Ineptiarum *antiphra-*

phraſi. 139.
SECTIO III. *Rurſus de lemmate* (*ACTA MENDOSA*) *quod Stiltingus praeſcripſit*. 140.
Adnot. 15. *De cura ſepeliendi vita functos ex jure naturae divinoq. profecta. Hinc hiſtoricis vitio verſum, ſi de ſepultura tacuiſſent. Acta Stiltingiana enormiter peccaſſe in hanc regulam*. 150.
Adnot. 16. *De Appendice Stiltingiana*.
PARS I. *In ſupplendo Cod. Antuerpiano dupliciter a Stiltingo peccatum*. I. *Quod Actorum Vitalia in Appendicem conjecerit*. II. *Quod eadem opus VII. aut VIII. ſaeculi aeſtimarit: utrumq. in damnum Neapolitani populi*. 152.
PARS II. *Dubitationes duae: prima de Epiſcopo Januarii tranſlatore, altera de tempore ſcriptionis Actorum Bononienſium. De eo quod Januarius domo Neapolitanus fuerit*. 154.
Adnot. 17. *De* τῷ Abſconderunt *Bononienſium Actorum, h. e. de ſubitaria Januarii ſepultura, eaque nocte peracta, deque Baſilica ibidem poſtea condita, antequam lipſana Neapolim tranſveherentur. Haec omnia exemplo S. Saturnini firmata*. 157.
Adnot. 20. *PARS* I. *De miraculis a Stiltingo aut omiſſis, aut alio remiſſis*. 161.
PARS II. *De miraculo Vrbis a Saracenis liberatae incommode dilato*. Ibid.
PARS III. *De tempore Saracenicae invaſionis, ejuſque chronicis notis*. Ibid.
Adnot. 21. *Quid antiquitas vocaverit* Experta miracula. *Eorum regeſta in Eccleſiae tabulario cuſtodita*. 162.
DE COMMENTITIA DVPLICITATE NEAP. SEDIS EPISCOPALIS.
§. I. *De ſuperioris opuſculi cauſa*. 165.
§. II. *Quid opus altera hac ſcripiuncula fuerit*. 166.
§. III. *Stiltingiana pro duplicitate Sedis Epiſcop. Neapolit. molimina cur tantum repetitâ alibi dictorum editione retundere viſum fuerit*. 168.
EX DISSERTATIONE DE CATHEDRALI NEAP. SEMPER VNICA.
SECTIO II. *Qua duplicis Epiſcopalis commentum refellitur*. 170.
I. *Argumenta generalia duplicitatem Neapolitanor. Antiſtitum convellentia*. Ibid.
II. *Objecta Papebrochiana, praeſertim de Calepodio, diluuntur*. 172.
III. *Auctoris Vitae S. Athanaſii vexatiſſimus locus, qui in contrarium afferri ſolet, expeditur & illuſtratur*. 174.
EX DISSERTATIONE DE SS. EPISC. NEAP.
SECTIO II. *De Calepodio Epiſcopo, an is eodem tempore, quo Fortunatus, Neapolitanam Eccleſiam adminiſtrarit, curae poſteriores*. 181.
Nodus loci vitae S. Athanaſii paucis explicitus. 184.
Adn. 10. *Peculiaris ſignificatio vocis BINVS ex Cyrilli Gloſſis elicitur*. 179.
POST VINDEMIAM RACEMATIO SVPERSTES *Stiltingianarum objectionum*.
§. 1. *Cur Diſſertationis de SS. Epiſc. Neap. nulla in Stiltingo mentio*. II. *De lite duplicis throni Neap. loco non ſuo mota*. III. *De Vitae et Tranſlationis Athanaſianae aetate verâ*. 185.
Adn. 1. *De libellorum duorum, quorum unus S. Athanaſii Vitam, alter ejus Tranſlationem & miracula continet, aetate qua fuere conſcripti*. 187.
§. 2. *Ex pſalmodia Graece ac Latine permixte uſurpata oſtenditur Graecos, Latinos uni communi Epiſcopo paruiſſe*. 188.
§. 3. *Rurſus de eo quod PRAESVLES Neapoli ſint Eccleſiarum con-*

conventualium praepoſiti, maxime cum de Abbatibus Stiltingus id fateatur. 189.
§. 4. *Rurſus de τῷ* Binus. 191.
§. 6. *Praeſulem vicarium, de quo Cap. Lateranenſe loquitur, fuiſſe presbyterii tantum honore inſignitum, ex Graeca fidiſſima translatione conficitur*. 192.
§. 5. *De Monito Stiltingiano ſuper Stephaniae ſitu plura ſcitu digniſſima*. 195.
Franciſci Ant. Zachariae Excerpta Diſſertationis Cathedralis Eccleſ. Neap. ſemper unicae: ex hiſtoriae litterariae Italicae to. VI. pag. 549. n. *IV.* 197.
Reliqua racemationis. 206.
FABVLAE EXODIVM. 202.

INDEX II.

RERVM ET VERBORVM.

A

Abbatiare. p. 15. n. 3.
Acta Martyrum intimis religionis ſenſibus referta, p. 132. n. 1. quo ſinceriora eo breviora. p. 136. n. 1. raro ſepulturas eorumdem tacent. p. 150. n. 15. publice in conventibus praelecta. p. 152. quae quatuor prioribus Eccleſiae ſaeculis ſcripta, tuta a fraude. p. 76. n. 8. p. 136.
Acta SS. MM. Eutychetis & Acutii a Raynerio ſcripta, & quo ſaeculo. p. 33. n. IX.
Acta S. Januarii Bononienſia, Vaticana, Stiltingiana. Vide ſuis locis.
S. Acutius S. Januarii ſocius num ab initio cum S. Januario tentus. p. 27. n. VI. p. 31. n. 26. cum eodem capitis damnatur. p. 32. Ejus acta a Raynerio ſcripta. p. 33. col. 1. Ejus nomen varie ſcriptum. Ib. n. IX.
Adens partic. ex *adſum*. p. 115. n. 11. hinc *adentia*. Ib.
Adhibeam pro *adhibebo*. p. 114. n. 8.
Aetas pro *ſtatura*. p. 64. n. XXIII.
Almi cognomen quandonam primum audiri coeperit. p. 188. in n. 1.
Amphitheatra in monte excisa. p. 99. col. 2.
Ampulla quare dicatur Petronio loculus, ubi Sibyllae Cumanae cineres pendebant. p. 71. n. XXIX.
Ante triduo. p. 60. col. 1.
Ἀποτασία quid, p. 68. col. 1. an eadem ac *ἔκτασις*, *perſecutio*. Ib. col. 2. egregius Apoſtoli locus explicatur. Ib.
Arduum quid. p. 89. n. 29. *ardua cuſtodia*. p. 88. col. 1.
Arenarius, qui in amphitheatro depugnat. p. 30. n. 23. col. 1. item qui Arenae Praepoſitus. Ib. col. 2. qui ſint Tertulliano *Numerorum Arenarii*. Ib.
S. Athanaſii vitae Scriptor quo ſaeculo floruerit. p. 187. n. 1.
Augurius, pueri nomen proprium. p. 139. n. 1.
Aureola Martyrii, quid. p. 94. col. 1.

B

Baptiſmus *ignis* eſt ipſa paſſio. p. 24. col. 1. Baptiſmus ſanguinis imprimit characterem. p. 37. n. XIII. p. 93. col. 2. & cujus generis. Ib. Ejuſdem baptiſmi ſive Martyrii dignitas. p. 94. col. 1. Cetera V. in *Martyrium*.
Card. Baronii de liqueſcente cruore S. Januarii luculentiſſimum teſtimonium. p. 49. n. XX. Baroniana acta S. Januarii. V. Vaticana.
Bedae auctoritas & eruditio. p. 132. Ejus martyrologium ab additionibus Flori aliorumque ſegregatum opera Henſchenii & Papebrochii. p. 133. in n. 2. ſincerum ejus martyrologium vindicatur a Baylleti obje-

objectionibus. p. 133. col. 2. ad ſincerum ejus mrologium pertinent Elogia SS. Januarii & Soſii. p. 134. col. 1. quae recitantur. p. 9. ſeq. eadem mutuati ſunt Vſuardus ceteriq. mrologi, & ipſum Romanum mrologium. p. 134. col. 2. Beda in his elogiis conficiendis acta Bononienſia S. Januarii ſecutus. p. 48. p. 135. col. 1. an ipſe acta Vaticana ejuſdem martyris viderit. Ib. n. 3.

Bini idem ac *Duplices*, ſeu *Bilingues*. p. 179. n. 10.

Binus. p. 192.

Bononienſia acta S. Januarii in uſum Eccleſiae Neapolitanae concinnata. p. 46. eorumdem judicium. p. 11. p. 55. col. 1. cur mutila inventa. p. 21. n. 11. cur & quando Neapoli interciderint. p. 12. p. 55. col. 1. de Graeco tracta. p. 14. n. 2. p. 55. ſeq. p. 64. ſeq. Eorum aetas. p. 61. col. 1. p. 86. n. 25. haud diu poſt martyrium S. Januarii ſcripta. p. 105. Latina eorumdem interpretatio videtur antiquior translatione corporis S. Januarii. p. 86. n. 25. Horum quis primus indicium fecerit. p. 11. accuratior horum actorum epigraphe. p. 18. Ea primario de S. Januario loquuntur, de S. Soſio vero tamquam commilitone. p. 52. ſeq. p. 75. n. 6. Haec acta ex MSto producuntur ex nova Fabri collatione. p. 19. ſeqq. Eadem mendis expurgata recuduntur. p. 85. ſeqq. Eorumdem ſupplementum. p. 44. Horum prima ſectio manca & corrupta ſuppletur & explicatur. p. 62. ſeqq.

Bononienſia acta S. Januarii quo differant a Vaticanis ceteriſque actis ejuſdem martyris antea vulgatis. p. 47. p. 48. Horum prae Vaticanis praeſtantia. p. 123. n. 27. & antiquitas. p. 6. col. 1. p. 105. p. 123. n. 27. p. 125. ſeq. utraque conferuntur. p. 104. ſeq. p. 125. ſeq. p. 141. Bononienſia mire conſonant cum Beda. p. 48. p. 135. col. 1. & Mrologio Rom. p. 166. n. 2. lecta & interpolata ab Joanne Diacono. p. 49. quo ſenſu *lepida* & *inepta* ab eod. Diacono dicta. p. 53. col. 2. p. 54. Temere ut *mendoſa* traducuntur ab Anonymo & Stiltingo. p. 82. n. 23. p. 103. n. 56. 57. p. 139. p. 140. col. 2. an oppoſitas ſibi narrationes contineant. p. 81. n. 16.

Bononienſia Acta S. Januarii perperam ut *improbabilia* traducuntur Stiltingo. I. ob omiſſionem interrogationis S. Soſii. p. 77. quae tamen facta innuitur. p. 77. n. 9. p. 88. n. 29. p. 98. n. 38. p. 100. n. 42. p. 102. n. 54. p. 138. n. 6. II. ob non deſignatum carceris locum. p. 77. n. 10. p. 101. n. 44. p. 113. n. 7. III. ex eo quod inibi martyres ultro ſe perſecutoribus tradunt. p. 78. n. 11. p. 98. n. 40. IV. ob dilatam S. Januarii capturam. p. 78. n. 12. p. 101. n. 43. V. ob arenam paratam & mox omiſſam. p. 102. n. 50. VI. ob Proculum & Eutychetem indicta cauſa ad ſupplicium raptos. p. 102. n. 54. Ex ſervato juris ordine commendantur. p. 118. n. 19.

C

Caminus ignis, an reorum ſupplicium apud Romanos. p. 114. n. 10.

Calepodius a Campania in actis Concilii Sardicenſis memoratus an ſimul ſederit Neapoli cum *Fortunato* Epiſc. p. 172. an unus alteri ſucceſſerit. p. 173. an idem ac *Fortunatus*. p. 174. an chorepiſcopus. p. 173. p. 175. *Calepodius* ubivis potius quam Neapoli ſediſſe oſtenditur. p. 181. p. 183. ſeq.

Campania ceteris Italiae regionibus tranquillior in perſecutionibus. p. 67. in n. XXV. perperam in *provincias* diviſa innuitur in actis Vaticanis. p. 112. in n. 5. Campaniae rectores, *Conſulares*, *Proconſules*, & *Correctores* vocati. p. 26. col. 2.

Chorepiſcopus an umquam Neapoli ſne-

Digitized by Google

fuerit. p. 173. p. 175.

Chriſtiani palam de injuſtitia in martyres conqueſti. p. 27. n. VI. p. 98. n. 40. in perſecutionibus nullo juris ordine ſervato damnati. p. 102. n. 54. Horum in tumulandis martyrum corporibus ſtudium. p. 150. n. 15. in frequentandis *conventibus* ſeu *collectis* ſedulitas. p. 69. n. XXVII.

Cicerones Puteolani, unde dicti. p. 70. n. XXVIII.

Codices antiqui librariorum imperitia corrupti. p. 83. col. 1.

Collectio divinae Legis, quid in Actis Bononienſib. p. 68. n. XXVII. *Collectio* pro σύναξις. p. 14. n. 2.

Commodus, an proprium viri nomen in actis S. Januarii. p. 40. n. 35. p. 153.

Conſtantinus pro *Conſtantius* ſaepe uſurpatum. p. 15. n. 5. Conſtantius Chlorus quando Auguſtus proceſſerit. p. 16. n. 7.

Conſulatuum notandorum Graeca ratio. p. 15. n. 2.

Contrivium, vox nova, Graeca imitatione facta. p. 45. n. XVII.

Cumae tumulo Sibyllae ſatis celebres. p. 69. Cumana Sibylla. V. Sibylla.

Cuſtodia quo differat ab Ergaſtulo. p. 88. n. 29. *ardua cuſtodia* an proba locutio. p. 89. in ead. adn.

Cuſtodiebantur pro *cuſtodiebant*. p. 15. n. 2. p. 58. col. 2.

Cyphius Senator Benevent. p. 158. in n. 17.

Cypria conſtitutio Alex. IV. illuſtratur. 205.

D

Depoſitio in faſtis Sanctorum diem emortualem notat. p. 42. col. 1.

Deſiderius Lector S. Januarii Epiſc. p. 27. cum eodem capitis damnatur. p. 31.

Diaconem pro *Diaconum*. p. 24. litt. c. p. 58. col. 1.

Diocletiani Imp. edictum contra Chriſtianos palam laceratum. p. 99. in n. 40. p. 120. in n. 41. perſecutio per lenta ſupplicia deſaevijt. p. 114. n. 10. nec ſervato juris ordine. p. 138. col. 1. & 2.

Dioeceſis interdum eſt Metropolitani Provincia. 205.

Diſceſſio an pro perſecutione. p. 68. in n. XXVI.

Dona amicis relicta a Martyribus. p. 34. n. X.

Dracontius Campaniae corrector. p. 25. n. 17. plures Dracontii in Codice Theodoſ. Ib. S. Januarii & Sociorum judex. Ib. quiſnam fuerit. p. 26. n. 17. num idem ac Dracontius Actorum S. Marcelli. Ib. num idem ac Dometius Dracontius Magiſter rei privatae Africae ſub Conſtantino Magno. Ib. num idem ac Timotheus. p. 25. n. 17. p. 47. n. XIX. p. 111. n. 5.

E

Ἔκστασις tum *mentis exceſſum*, tum *diſceſſum* de loco notat. p. 57. col. 1. p. 65. n. XXIV. item *peccatum* ſignat. Ib. aliquando eſt *qualitatis immutatio*. Ib. item *perſecutio*. p. 66. in n. XXIV. Ἔκστασις & ἀποστασία ſynonyma. p. 68. col. 1.

Epagathus. V. Vettius.

Epiſcopi, fervente perſecutione, ſe invicem occulte viſitabant. p. 21. ſeq. Epiſcopos duos in una urbe etiam bilingui nec neceſſitas, nec canones ſimul praeeſſe ſinebant. p. 170. ſeqq. difficultas ex Canone Lateranenſis concilii diluitur. p. 192. ſeq.

Ἐπισφραγίζομαι idem ac *ſigno*. p. 97. Ἐπισφραγίζεσθαι τὴν μαρτυρίαν quid. p. 96. col. 1. hinc *ſignati* interdum ſunt *Martyres*. p. 97. col. 1.

Ergaſtulum quo differat a *cuſtodia*. p. 88. n. 29.

Evangelia antiquitus lecta non decantata. p. 24. n. IV.

Evidenter pro ἐναργῶς. p. 15. col. 1.

S. Eutyches Januarii Socius num ab initio cum eodem tentus. p. 27. n. VI. p. 31. n. 26. Capitis damnatur. p. 32. Ejus nominis varia ſcriptura. Ib. n. IX. Ejus acta a Raynerio ſcripta. p. 33. col. 1.

Examinatio aevo medio pro tormentorum

torum ſaevitia . p. 51. col. 2.
Exinde quid . p. 106. col. 1.
Exitioſus , epithetum pueri, & quo ſenſu . p. 139. n. I.
Ἐξίστασθαι , de exceſſu mentis , & de diſceſſu locali uſurpatum . p. 65. n. XXIV.
Expectaculum pro *ſpectaculum* . p. 29. n. 23.
Experta miracula quae dicta . p. 162. n. 21.

F

FAcio in Cod. Bonon. eſt *exigo* . p. 59. col. 1.
Falcidii praetorium Puteolis . p. 45. n. XVI.
Fama pro ἀκοή . p. 14. n. 2.
Feretrum pro Sepulcrali arca . p. 157. n. 17. col. 2.
S. Feſtus Diaconus S. Januarii Epiſc. p. 27. cum eodem capitis damnatur . p. 31. ejus nomen varie ſcriptum . p. 32. n. IX.
Firmus pro *gravis* . p. 56. col. 2.

G

GAlerius quo anno cum Chloro Auguſtus proceſſerit . p. 16. n. 5.
Gentiles ſaevitiam in Chriſtianos deteſtantur . p. 99. n. 41. Gentilitas num Saeculo VI. plane extincta p. 66. n. 25.
Genu-flexio (γονυκλισία) in excipiendo martyrio fere ſemper ſervata , & quare . p. 36. n. XII. p. 91. n. 33.
Graecus ſermo Neapoli , Miſeni , Cumis olim plebi vernaculus . p. 61. n. XXII. Neapoli quando deſierit . Ib.
Gymnicus , epithetum pueri , & quo ſenſu . p. 139. n. I.
Hebdomadarii Neapoli , qui alibi *Manſionarii* dicuntur . p. 166. n. 3. Illorum commentum , quo ſe Canonicis aequarent , exploſum . p. 167.

I

S. Januarius Epiſc. Benev. Soſium Diaconum Miſeni inviſit . p. 23. eidem martyrium praeſagit . p. 25. Soſii incluſionem palam miſeratur . p. 27. hinc apud judicem Dracontium ſiſtitur & interrogatur . p. 28. idque Puteolis . p. 29. col. 1. p. 98. n. 39. p. 101. n. 44. ad amphitheatrum deſtinatus . p. 29. morâ intercedente capitis damnatur . p. 31. Seni cuidam pollicetur orarium . p. 34. matri fuae per quietem oblatus . p. 34. n. 29. decollatur abſciſſo ſimul digito . p. 37. apparens orarium ſeni , quod promiſerat , reddit . p. 38. n. XIV. ut digitum cum reliquo corpore componant , monet . p. 39.
S. Januarius Epiſc. Benev. a Neapolitanis divino admonitu ut patronus adoptatur . p. 40. n. 35. in Marciano ſtatim a martyrio tumulatur . Ib. n. XV. quo ſenſu ibi *abſconditus* dicatur . p. 157. n. 17. Neapolim aſportatur . p. 40. n. 34. Severo ibi Joanne tunc temporis Epiſcopo . p. 41. n. 37. p. 155. col. 1. Domo Beneventanus an Neapolitanus . p. 156. in adnot. Ejus prodigioſus cruor. p. 48. col. 2. p. 49. n. XX. S. Januarii Paſſio incidit menſe Aprili ante abdicationem Diocletiani . p. 15. n. 4. p. 16. n. 5. p. 42. n. 39. Patronatus Neapolitanis divinitus conceſſus . p. 147. ſeqq. perperam a Stiltingo in controverſiam vocatus . p. 149. n. 14. p. 152. p. 156. n. 16. p. 158. ſeq. Patrocinium erga Neapolitanos a Stiltingo extenuatum . p. 160. p. 161. n. 20. ſeq. *Per merita B. Januarii Mart.* obteſtationes Neapoli factae . p. 6. n. II. Ejus cultus antiquitas . Ib.
S. Januarii Actorum recenſio & judicium . p. 7. n. IV. p. 9. n. V. p. 13. n. VII. Bedae Elogia de S. Januario itemq. Soſio producuntur . p. 9. ſeq. Ea genuino Bedae vindicantur . p. 132. n. 2. unde ea elogia excerpta ſint . p. 135. Acta Bononienſia producuntur & illuſtrantur . p. 14. ſeqq. p. 85. ſeqq. Acta Vaticana . p. 110. ſeqq. Acta recentiora S. Januarii quibus additamentis contaminata . p. 136. Cetera de Actis vide in *Bononienſia* , *Vaticana* . S. Januarii

rii dies feſti. p. 42. n. 39.
Iarruαίεμπ cum duplici N Graecis ſcribitur. p. 14. n. 2. p. 42. n. 39.
Ignis in Scripturis *paſſionem* notat. p. 24. col. 1. Baptiſmus *ignis*, conſummatio per *ignem*. Ib. Ignis ſupplicium, quo pacto Chriſtianis irrogatum. p. 114. n. 10.
Ineptum quid apud Scriptores medii aevi. p. 54. col. 2. *Ineptia* quo olim ſenſu accepta. p. 139. n. I.
Interloqui quid in re judiciaria. p. 118. n. 19.
Joannes Diaconus Neap. unus an duplex. p. 51. col. 1. Hiſtoriam S. Soſii primario ſcripſit. p. 52. col. 2. ad quam ornandam Bononienſia Acta S. Januarii ex parte adoptavit. p. 52. col. 2. p. 53. ſed praecipue Vaticanis uſus eſt. p. 53. col. 2. utraque conciliare ſtudens. Ib. p. 108. ſeq. p. 112. in n. 5. cur duplicem judicem in judicio S. Januarii induxerit. p. 47. n. XIX. Ejus in ſcribendo cacozelia p. 51. in adn. col. 1.
Ita pro *poſtea* p. 87. n. 27.
Jubeam pro *jubebo* p. 116. n. 14.
Judices caſtigationes ſive emendationes de plano reis imperabant. p. 118. n. 19. at in poenis capitalibus e tribunali ſententiam dictabant. Ib.
Ixi pro *ipſi*. p. 22. n. III.

L

L*Epidus* interdum eſt *veriſimilis*, *politus*. p. 54. col. 1.

M

M*Ajores* qui dicantur jure civili. p. 109. n. 62.
Mania. V. Sibylla.
Manifeſtor pro *manifeſto*. p. 15. n. 2.
Marcianum in agro Puteolano. p. 40. n. XV. quo ſenſu ibi *abſcondita* dicantur lipſana S. Januarii. p. 157. n. 17.
Martyres ante ictum ſuis ſibi manibus oculos tegebat. p. 35. n. XI. cur genua flecterent. p. 36. n. XII. p. 91. n. 33. p. 96. col. 2. pluries nullo ſervato juris ordine damnati. p. 112. n. 54. p. 138. n. 6. Martyrum paſſionibus ſigna de caelo oblata praeire ſolebant. p. 24. Martyres mox occubituri dona amicis relinquere ſolebant. p. 34. n. X. p. 38. n. XIV. Martyribus *ſalvum lotum* acclamatum a Gentilibus. p. 37. col. 2. Martyrum ſupplicia palam deteſtantur Chriſtiani. p. 98. n. 40. imo & ipſi Gentiles. p. 99. n. 41. Sub Diocletiano per lenta ſupplicia tentati. p. 114. n. 10. Quo juris ordine martyrium conſummarint. p. 118. n. 19. Martyrum ſepulturae raro in eorum actis tacentur. p. 150. n. 15. Horum ſepulturam miracula comitantur. p. 158. n. 18. Martyres interdum *ſignati* dicti & quare. p. 97. col. 1.
Martyrium *baptiſmus ignis* dictum. p. 24. col. 1. & *Sacramentum fidei*. p. 37. col. 2. ſecundi baptiſmatis loco habitum. Ib. poſitis genibus plerumq. excipiebatur & quare. p. 36. n. XII. p. 91. n. 33. Martyrium *characterem* imprimit. p. 37. n. XIII. ſed non *Sacramentalem*. p. 93. col. 1. idcirco *martyrium ſempiternum* in actis Bonon. vocatur. p. 95. col. 1. de eo ſignaculo teſtimonia Eccleſiarum Lugdunenſis ac Viennenſis. Ib. col. 2. Clementis Alexandrini. p. 96. col. 2. ac Divi Thomae p. 93. col. 2. Martyrium aeque ac Baptiſmus *percipi*, *conſummari* dicebatur. p. 97. col. 1. & 2.
Martyrologium Romanum quos auctores ſecutum ſit. p. 134. col. 2. in elogio S. Januarii unice cum Bononienſibus actis facit. Ib.
Maximianus ſepties an quinquies Conſul, S. Januario martyrium faciente. p. 16. n. 6.
Miracula *experta* quae p. 162. n. 21.
Miſenatae Eccleſiae, pro *Miſenatis*. p. 19. n. 8.

N

N*Atalis* in faſtis Sanctorum non eſt dies emortualis. p. 42. col. 1.
Neapoli in urbe Graeca quando ſermo vernaculus evaſerit latinus. p. 61.

61. n. XXII. Neapolis laudes. p. 42. ſeq. invaditur a Saracenis Africanis & quo anno. p. 161. n. 20.

Neapoli an ullo tempore duo ſimul Epiſcopi ſederint. p. 170. unus ſemper praefuiſſe oſtenditur, Ib. & p. 171. p. 181. ſeqq. Objecta Papebrochii diluuntur. p. 172. vexatiſſimus locus Vitae S. Athanaſii, ubi *Binae Praeſulum ſedes* memorantur, expenditur, & illuſtratur, p. 174. ſeqq. p. 184. ſeqq. an umquam ibi fuerit *Chorepiſcopus*. p. 173. an *Protopapa*, p. 175. Neapoli ſex adhuc Eccleſiae Graecorum XIII. ſaec. durabant. p. 178. ſeqq.

Neapolis quando *Metropolis* facta. p. 187. n. I. quare *Enneapolis* tranſnominetur Scriptore vitae S. Athanaſii. Ib. Ibidem pſalmodia Graece & Latine celebrata. p. 188. ſub uno tamen Epiſcopo. Ib. ſeq. Ejus Cathedralis Eccleſia olim erat Eccleſia S. Reſtitutae. p. 195. ſeqq.

Notitia quid. p. 67. col. I.

O

OFficium quid hujus nominis ambitu olim veniret. p. 67. col. 2. p. 68. n. XXVI.

Oppoſuit ſe, pro *occurrit*. p. 15. col. I. p. 59. col. 2.

Orarium quid. p. 35. n. XI. ejus uſus in martyrio. p. 38. n. XIV. *Orarius*. p. 92. num. 35.

P

PAſſio in faſtis Sanctorum diem emortualem ſignat. p. 42. col. I.

Patronatus & Patrocinium quo differant. p. 161.

Pauperiſſimus pro *pauperrimus*. p. 33. lit. f.

Perſecutio Diocletianea in Italia quo anno exorſa, extinctaq. p. 16. n. 7. an eo anno quo S. Januarius martyrium fecit, *ingens* fuerit. Ib. & p. 110. n. 3.

Perventores qui ſint. p. 51. col. 2.

SS. Petri & Pauli App. depoſitio quo die ſignata. p. 44. col. I.

Petri Subdiac. Eccleſiae Neapol. teſtimonium de veteri cultu S. Januarii apud Neapolitanos. p. 6. n. II.

Φαιὸς. V. in Sibylla.

Plebeii dicti qui de Clero non erant. p. 32. col. I.

S. Polycarpus ex viſa flamma martyrium ſibi auguratur. p. 24. col. I.

Polyonymia temporibus Caeſarum frequentata. p. 47. n. XIX. p. 111. n. 5. p. 174.

Presbyter vox communis Epiſcopis & presbyteris in N. T. ſic etiam *Praeſul* & tot aliae voces. 205.

Praeſagia in paſſionibus Martyrum frequentia. p. 24. n. IV.

Praeſecutio idem ac *Perſecutio*. p. 66. n. XXV.

Praeſul pro quovis praepoſito. p. 177. n. 9. p. 184. in Canone Concil. Later. notat *Vicarium* Epiſcopi. p. 178. n. VII.

Praeſul de Abbate & Epiſcopo dictum. p. 190. n. 2. in Concilio Lateranenſi eſt Vicarius, non Epiſcopus. p. 192.

Praetoria veteribus quae p. 45. n. 16.

S. Proculus Puteolanus Diac. num ab initio cum S. Januario tentus. p. 27. n. 18. p. 31. n. 26. cum eodem capitis damnatur. p. 32. ejus nomen varie ſcriptum. p. 32. n. IX.

Προεδρὸς, eſt *Vicarius* non *Epiſcopus* in Concil. Lateran. p. 192. ſeq.

Puerorum blanda vocabula. p. 139. n. I.

R

RAynerius acta SS. Eutychetis & Acutii ſcripſit. p. 33. col. 1. quo ſaeculo floruerit. Ib.

Rectores Campaniae, Conſulares & Correctores dicti. p. 26. n. 17. *Reddi* pro *reddere*. p. 60. col. 1.

Romani judicii forma in interrogando reos, ferendâque in eos ſententia. p. 116. n. 19.

Salvum lotum, *Salvum lotum*, martyribus acclamatum a gentilibus. p. 37. col. 2.

S

SAnctorum Omnium dies feſtus quo pacto in genuinum Bedae martyrolo-

logium irrepſerit . p. 133. col. 2.
Saraceni Africae quo anno Neapolim irruperint. p. 161. n. 20.
S. Saturnini M. acta ex parte producuntur, & cum actis S. Januarii conferuntur. p. 157. n. 17.
Scaliger in legendis martyrum ſincerjs actis mirifice commotus. p. 132. n. 1.
Sedere non minus de Presbyteris quam de Epiſcopis dicitur. p. 176. ut & *Sedes* & Καθέδρα. Ib. n. 7. p. 177. n. 8.
Senis in recto caſu pro *ſenex*. pag. 59. col. 2.
Sepulturae cura, apud omnes gentes. p. 150. n. 15. petraro omiſſa in hiſtoriis. Ib.
S. Seſontius in mrologio Hieronym. an idem ac *S. Sinotus*. p. 20.
Sibylla. Ejus nominis etymon. p. 70. n. XXVIII. Cumanae *Baſilica* in qua edebat oracula. Ib. Φακὸς h. e. ſepulcrum lenticularis figurae. Ib. ad ejus tumulum concurſus paganorum. p. 22. n. 13. 14. p. 70. ejus cineres in ampulla pendebant. p. 71. n. XXIX. an *Mania* vocata. p. 71. col. 2. quamdiu Sibyllae ſuperſtitio durarit. p. 86. n. 25.
Signari. V. Ἐπισφραγίζεσθαι.
Silentio hora noctis, an proba locutio. p. 39. n. 33.
S. Sinotus. V. S. Seſontius.
S. Soſius Diaconus Miſenenſis Eccleſiae inviſitur ab Epiſcopis Theodoſio & Januario. p. 21. n. 10. Ex viſa in ejus capite flamma martyrium ei auguratur S. Januarius. p. 25. haec flammae narratio cur omiſſa in actis Vaticanis. p. 73. n. 1. apud judicem Dracontium accuſatur. p. 25. ergaſtulo mancipatur, mox interrogandus. p. 26. n. V. an ejus interrogatio omiſſa in actis Bononienſibus. p. 77. n. 9. p. 91. num. 31. p. 98. n. 38. Cum Januario & Sociis capitis damnatur. p. 32. Reliquiarum translatio in quem diem incidat. p. 43. col. 2. S. Soſii elogium ex Beda producitur. p. 10. acta a Jo: Diacono ſcripta. p. 7. n. IV. p. 49. ſeqq. Ejus nomen cum duplici ſibilo, *Soſſius*, effertur. p. 19. n. L in mrologio Hieronym. *Seſontius* vocatur. p. 19. n. 1. inflexo nomine a graeco verbo Σώζειν p. 20. col. 1. in Muſivo Capuae *S. Suſius* ſcribitur. Ib.
Spectare pro *exſpectare*. p. 29. n. 22.
Stephanus Epiſc. Neapol. hortatur Jo: Diaconum ad ſcribendam S. Soſii vitam. p. 51. col. 1. p. 108. ſeq.
Stiltingus genuini Bedae de SS. Januario & Soſio elogia Floro tribuit. p. 132. n. 2. S. Januarii acta Vaticana ut abſurda ex parte traducit. p. 137. n. 5. Bononienſia ut mendoſa criminatur. p. 138. n. 6. ſua quaedam acta probat, quae Martyris patronatu Neapolitanis divinius conceſſo, & ſepultura deſtituuntur. p. 146. patrocinium S. Januarii extenuat. p. 147. eàq. ex cauſſa injuriam Neapolitanis infert. p. 152. n. 16. p. 156. Stiltingus cur in Comment. de Actis S. Januarii in res alieniſſimas a propoſito excurrerit, p. 166. n. 3. Pluribus locis notatur, refelliturque. V. Ind. Auct.
Sulphurataria. Ejus orthographia & etymon. p. 39. n. XV.
Συντρίβον, vel συντρίδιον an proba vox. p. 45. n. XVII.

T

SS. Tarachi & Socior. Mart. elogium an a Bedâ contextum. p. 83. col. 2.
Theodoſius Epiſc. S. Soſii familiaris. p. 57. in actis Bononienſibus *Dei Gratia* dicitur. ib. & p. 58. col. 1. Num ex Graecia in Italiam venerit. p. 67. col. 1.
Timotheus fruſtra in Actis Vaticanis dicitur praeſidatum agere in provincia Campaniae. p. 112. in n. 5. Cetera vide in *Dracontius*.
Tyrannus ut appellativum nomen pro *crudelis* rariſſime in Actis ſinceris Martyrum. p. 112. n. 6.

V

VAticana Acta S. Januarii quae primus Baronius viderat. p. 7. col. 1. p. 110. n. 1. an illa ſint, quae Stephanus Epiſc. Neap. excerpenda Joanni Diac. propoſuerat. p. 8. col. 1. Eadem ſuſpectae fidei ſunt Tillemontio. p. 9. n. V. abſurda ex parte videntur Stiltingo. p. 74. col. 2. p. 75. col. 2. p. 76. p. 137. n. 5. Acta Vaticana ſaeculo IV. aut quinto ſcripta non fuiſſe arguunt peccata in hiſtoriam illius aevi. p. 110. n. 3. p. 111. n. 4. p. 112. in n. 5. p. 114 n. 10. item ſcriptionis ſtylus tunc temporis inſolens. p. 112. in n. 5. col. 2. & n. 6. p. 114. n. 8. p. 115. n. 11. p. 116. n. 14. p. 118. n. 18. p. 121. n. 21. 23. p. 126. n. 31. abſurdae narrationes & amplificationes. p. 114. n. 9. 10. p. 115. n. 12. p. 120. n. 20. p. 121. n. 22. p. 122. n. 24. 25. p. 123. n. 27. & neglectus juris ordo in ferenda ſententia. p. 115. in n. 10. col. 2.

Vaticana Acta, Bedae aetate poſteriora. p. 108. col. 1. vergente VIII. ſaeculo ſcripta. p. 107. p. 109. producuntur & illuſtrantur, a p. 110. ad p. 125. Horum prae Bononienſibus actis fides longe infirmior. p. 125. ſeqq. Bononienſes narrationes paſſim amplificat, interpolat, mutilatve. p. 105. ſeq. p. 128. col. 2. Viris doctiſſimis habita ſuſpectae fidei. p. 143. n. 12. cur narrationem de flamma in capite S. Soſii viſâ omittant. p. 73.

Vaticana Acta S. Januarii ex editione Stiltingi, patronatu Martyris erga Neapolitanos, & ſepultura deſtituuntur. p. 146. ſeqq. ob id perperam probantur Stiltingo. p. 149. n. 14. quare ea acta ſic truncata reperiantur.

Vatis Cumanae tumulus celebris apud gentiles. p. 23. n. 14. cetera V. in *Sibylla*.

Vettius Epagathus ultro Chriſtianorum cauſam ſuſcipiens, in martyrum numerum refertur. p. 98. n. 40.

Vicarii Epiſcoporum quando ortum habuerint. p. 178. n. VII.

Virtus pro *δύναμις*. p. 15. col. 1.

Vranius Presbyter S. Januarii Neapolim illuſtrantis meminit. p. 6. n. I.

Vſuardus in elogio S. Januarii Bedam ſecutus eſt. p. 134. col. 2.

INDEX III.

Auctorum quicunque laudantur, notantur, corriguntur.

ACta S. Cypriani illuſtrantur. p. 35. n. XI.

S. Eupli. p. 91. n. 32. & 33. p. 118. n. 19.

S. Fructuoſi. p. 36. n. XII.

SS. Jacobi & Mariani. p. 37. col. 2.

S. Januarii. V. Ind. II. in Vatic.

SS. Marciani & Nicandri. p. 35. n. XI.

SS. Montani, Lucii &c. p. 36. n. XI.

SS. Perpetuae & Felicitatis. p. 37. n. XIII. p. 140.

S. Saturnini. p. 68. n. XXVI. p. 69. n. XXVII. p. 157. n. 17.

SS. Tarachi & Socior. p. 83. p. 99. n. 4. p. 120.

Ado. p. 10.

Alexandri IV. Cypria Conſtitutio illuſtratur. 205.

Anthologium. p. 42. n. 39. p. 43.

Baillettus refellitur. p. 133. col. 2.

Baronius laudatur. p. 48. p. 49. n. XX.

Baſilii Menologium laud. p. 29. n. 21. p. 48. n. VI. p. 76. n. 6.

Beda laudatur. p. 9. p. 45. p. 83. n. 23. p. 132.

Caſſiodorus laud. p. 15. n. 5.

Cata-

Digitized by Google

Catalogus Blanchinianus. p. 20. n. 1.
Clemens Alexandrinus illuſtratur. p. 96. col. 2.
Codex Theodoſianus illuſtratur. p. 26. n. 17.
Concilium Calchedonenſe laud. p. 30. n. VII.
Lateranenſe explicatur. p. 192. ſeq.
Cyrilli Gloſſarium illuſtratur. p. 179. n. 10.
Ephemerides metricae corriguntur. p. 42. col. 2.
Epiſtola Eccleſiarum Viennenſis & Lugdunenſis illuſtratur. p. 97.
Euſebius laud. p. 15.
Faber (*Dominicus*) *laudatur*. p. 17.
Faſti Florentini laud. p. 15. n. 5. *emendantur*. p. 16. n. 6.
Florentinius laudatur. p. 19. n. 1.
Galianus (*Caeleſtinus*) *laudatur*. p. 11. p. 15. n. 3.
Gruterus. p. 26. n. 17.
Henſchenius laudatur. p. 132. n. 2.
Inſcriptio inedita producitur & illuſtratur. p. 139. n. I.
S. Joannis Apocalypſis illuſtratur. p. 94. col. 2.
Joannes Diaconus explicatur. p. 7. n. IV. *emendatur*. p. 40. n. 35. p. 51. col. 2. *illuſtratur*. p. 16. ſeq. p. 73. n. 1. *notatur*. p. 27. n. 18. p. 31. n. 24.
S. Juſtinus illuſtratur. p. 7. p. 71. n. XXIX.
Kalendarium Carthaginenſe laudatur. p. 6. n. III.
Neapolitanum marmoreum. p. 39. n. XV. *Tutinianum*. p. 156. col. 2.
Lactantius explicatur. p. 115. n. 10.
Majellus (*Carolus*) *laudatur*. p. 143. n. 12.
Marcheſius (*Annibal*) *laudatur*. p. 143. n. 11.
Martyrologium Bedae laudatur. p. 19.
Hieronymianum. p. 6. p. 19. n. 1.
Vſuardi. p. 134.
Menaea laudantur. p. 7. n. IV. p. 43. col. 1.
Mombritius laudatur. p. 7. n. IV. p. 83. n. 23.
Notkerus laudatur. p. 10.
Papebrochius laudatur. p. 132.
S. Paulus Apoſt. explicatur. p. 68. in n. XXV. *illuſtratur*. p. 94. col. 2.
Petronius illuſtratur. p. 71. n. XXIX.
Philoxeni Gloſſae emendantur. p. 66. n. XXV.
Prudentius illuſtratur. p. 29. n. 23.
Raynerius illuſtr. p. 22. n. 13. *notatur*. p. 27. n. 18.
Ruinartus laudatur. p. 83. n. 23. p. 143. n. 12.
Seraus (*Franciſcus*) *laudatur*. p. 17.
Serſalius (*Card.*) *laudatur*. p. 143. n. 11.
Sollerius laudatur. p. 135. col. 1.
Sparanus (*Joſephus*) *laudatur*. p. 143. in n. 11.
Spinellus (*Card.*) *laudatur*. p. 142. n. 2.
Stiltingus notatur. p. 27. col. 1. p. 42. col. 2. p. 51. col. 2. p. 58. col. 1. p. 60. col. 2. p. 73. n. 1. 2. p. 74. n. 3. 4. 5. 6. p. 76. n. 8. p. 77. n. 9. 10. p. 79. n. 16. p. 87. n. 26. p. 88. n. 29. p. 98. n. 37. 38. 39. 40. p. 99. n. 41. p. 100. n. 42. 43. p. 102. n. 49. 50. 54. p. 103. n. 56. 57. p. 112. in n. 5. p. 113. n. 7. p. 118. n. 19. p. 132. n. 1. 2. p. 137. n. 5. p. 138. n. 6. p. 139. n. 1. p. 140. ſeq. p. 145. ſeqq. 152. n. 16. p. 185. ſeq. p. 193. & 195.
Surius notatur. p. 83. n. 23.
Tertullianus explicatur. p. 30. col. 1. & 2.
S. Thomas Aquin. illuſtratur. p. 93. n. 1. p. 97.
Tillemontius laudatur. p. 9. n. V. p. 137. n. 5.
Vita S. Athanaſii explicatur & illuſtratur. p. 172. ſeqq. p. 184. ſeqq. p. 189. ſeq.
Vlpianus emendatur. p. 40. col. 1.
Vſuardus laudatur. p. 134.
P. Zacharias laudatur. p. 168.

Digitized by Google

F A B V L A E   E X O D I V M

Spectatoribus feſſis datum.

SVperioris fabellae (cui nomen VINDICIARVM poëta fecerat) initio ALEXANDER quidam ΕΤΥΜΗΓΟΡΟΣ (*veriloquus*) ſane quam obſcurus homo, nec ulla re alia praeterquam veritatis profeſſione notus, praelocuturus in ſcaenam prodiit. Nec enim eo terrae filio excepto, tunc reperire licuit alium qui ad prologi partes agendas ſeſe adduci pateretur, recuſantibus pluribus paullo clarioribus notioribuſque, metu ſcil. gravium adverſariorum, quibuſcum res agitur, eo temporis articulo conſternatis, quo me proſtratum prorſus ab hoſte, hoſtica praedicabat phalanx. Atq. is etiam, quem modo dixi, terrae filius (quamquam, non niſi *Etymegori* perſona tectus, *εἰς τὸ προλογίζειν* prodiiſſet) haud libere quidquam auſus eloqui, verum mutire potius ac veluti ſingultire paulliſper ſpectatoribus viſus, non multo poſt haud magno cum plauſu ſeſe de ſcaena proripuit.

Ac nunc quoq. quamquam multi mihi ſeſe gregatim offerant, deniq. vulgo nomina; tamen a ſemel formidoloſis cavendum fuit. Itaq. factum, ut interlocutorum non tam inopia quam neſcio qua ſervili formidine, nunc in exodio ludorum poeta (quem intus potius docere fabulam, quam verſari in publico decuit) palam per ſeſe ipſe progredi in ſcaenam cogatur, ſpectatores jam jam e theatro digreſſuros nonnulla in fine docturus. Adhuc enim duo triave nuper excerpta ex *Dedicatione* Stiltingiana, quae ante exciderant, expedienda reſtant.

I. *De Bollandiſta noſtro in hac cauſa, uti volunt, compromiſſario.*

Stiltingus ornatiſſ. noſter Commentario de S. Januario prolixam Dedicationem (*) Excellentiſſ. Civitati Neapolitanae praemittit: in qua eam inter cetera ſic alloquitur: *Jucundum mihi accidit, quod per* (1) *adjunctas* (monumentis de S. Januario) *litteras diſertis verbis monebar, ne exiſtimarem veſtri eſſe conſilii, ut cujuſcumq. privati ſcriptoris opinionibus inhaererem, ſed potius libere* EDICEREM (2) *quid nobis de ſingulis videretur. Ae-*

quiſ-

(*) *Haec Dedicatoria epiſtola reperitur tantum in editione in quarto, pro Neapolitanis facta, abeſt vero a romis in folio.*

(1) *Hae* Adjunctae litterae *facile ab Jeſuita Neapolitano aliquo, negotiorum Societatis Bollandianae geſtore, ſcriptae videntur, qui per occaſionem tranſmittendi Monumenta S. Januarii, ſenſa Excellentiſſ. Civitatis marte ſuo exprimeret. Vir certe mihi amiciſſ. omniq. exceptione major, Diurna Excellentiſſ. Civitatis Acta* (Appuntamenta *vocant*) *illius temporis attente evolvit, nullumq. prorſus ea occaſione mandatum epiſtolae ſcribendae nomine Civitatis reperit. Sed tamen fieri poteſt, ut is qui Civitati Excellentiſſ. a ſcribundis Epiſtolis praeſto eſt (indignum ratus ſi Monumenta ſine adjunctis litteris Antuerpiam pervenirent) Epiſtolam nomine Civitatis a ſe ſubſcriptam adjecerit; eâq. in epiſtola laxiores conſuetis officiis habenas, ſui muneris fines excedens, permiſerit; atq. ea mox lautiora iſtius adminiſtri officia a Cl. Stiltingo in neſcio quam compromiſſi interpretationem detorta fuerint.*

(2) *Interdum quidem* Edico *pro ſimplici* Dico *uſurpatur. At hoc loco verbum plenum auctoritatis eſt, quod apte convenit Stiltingo* Compromiſſario; *cujus ſcil. arbitrium vim ſupparem habet edictalis imperii. Nec inepte per litteras putativas iſtas Excellentiſſimi Ordinis, in ſeſe compromitti noſter pu-*

ta-

Digitized by Google

quiſſima, inquam, hæc monitio (quantumvis nobis (3) *minime neceſſaria) mihi ſane advenit jucundiſſima; quandoquidem intellexerim me pace veſtra facturum, quod per legem* (4) *vera inveſtigandi conſtanter nobis propoſitam, non poſſumus non facere, ubi veritas ſatis ſe videtur manifeſtare.* Haec ibi Dedicator eloquitur. Nos ad alia pergimus.

II. *Quid Stiltingo ſint MVLTA SAECVLA patrocinii.*

In Denuntiatione, quam ſup. a pag. 131. habes, praeter (5) morem commoveri pluſculum viſus fui, propterea quia amiciſſ. noſter Stiltingus Patronatu beatiſſimi Martyris (quem Acta tam Bononienſia quam Vaticana Civitati Neapolitanae ſtatim ab ejus paſſione indultum docent, & adhuc calenti Martyris ſanguine conſignatum) urbem civeſq. noſtros exſpoliavit. Adhaec quoties *Patrocinii* Januarii meminit, ejus initia non Martyrio coaeva facit, ſed a *Multis ſaeculis* (ſic enim ſemper (6) frigide loquitur) id patrocinium ſupputat; nec dubium eſt quin ejus patrocinii exordia ad citeriora (7) ſaecula deprimat. Ac ſane miſereor tantae Stiltingi noſtri pareimoniae: qui poterat de ſuo plus aliquid adnumerare, & quidem ſine ſcrupulorum anxietate, quibus perdite laceratur. Si nulla eum Bononienſium, nulla Vaticanorum, & in Campaniae totius forulis latentium Actorum reverentia tetigit, at tot alia monumenta antiquitatis patronatûs attollere altius epocham potuiſſent. Verum quid fruſtra tempus in hac ſuaſione tero? Satius eſt Cives Neapolitanos facti ſui commonere, uti quibuſcuſcumq. modis poſſint, ipſi ſibi & patrocinii & patronatus antiquitatem, calenti adhuc Martyris cruori aequalem, tueantur. Jam ergo huic eſto Exodio finis. Praeſtat enim civibus iſta minime placitura nuntiare, ſimulq. hortari, uti pro patronatu S. Januarii coaevo paſſioni

ejus

tavit, ut quem doctrinam legalem aliquam reperiſſe neceſſe eſt, ex qua colligatur, poſſe Corpus pro ſingularibus perſonis ejus corporis, licet invitis, in unum aliquem ad componenda litigia compromittere. Quis autem ad id aptior homine Bollandiſta, imo ſuorum ſociorum principe? Sane ſi quidem hodie ex compromiſſo ad Stiltingum itur; quorſum iſta evaſura ſint vereor. Equidem, ſi tergori periculum imminet, rogo te Arbiter & Compromiſſarie, paullum ſuſtine: profer arbitrio diem. Quis ſcit, an non memet ipſe recipiens, cantatâ tantum ſollemniter palinodiâ (dicto enim, non facto peccavi) terga fuſtigationi ſubtraham?

(3) Nobis, *inquit*, *Bollandiſtis (ex quo ſcil. in id collegium quiſque allectus fuit)* minime neceſſaria, *quippe quorum acri cenſurae & arbitrio ſubſunt, velint nolint, omnes quotquot ſub ſole degunt, ſi quidem vel tantum hiſcere de Sanctis audeant.*

(4) *Quam ſancte haec* lex vera inveſtigandi *in his, de quibus agitur, ſervarit Noſter, hae* Repetitae Vindiciae *a ſummo ad imum diſerte lectorem ac luculenter edocuerunt.*

(5) *Etſi mihi numquam alibi ad voluntatem loqui, ſed ſemper ad veritatem inſitum fuit; tamen veritas in his ſine amaritie placuit. Atq; hinc mea haec ſaepiuſcule facetiarum condimento conſperſi, quae natae amaritiem obtundere.*

(6) *Vide Dedicationem Commentarii, quem Excellentiſſ. Civitati Neap. dicavit, pag. ... item Comm. num.* 219.

(7) *Ea* [illegible] A multis ſaeculis *nihilo plus valere ſolet, quam* ab aliquot ſaeculis; *imo ſi probe num.* 19. *Stiltingum expendas, vix patrocinium a V. ſaeculo (quo Joannes Epiſc. Januarii corpus e Marciano tranſtulit) inchoantem reperies. Adde quod quaevis epocha a Stiltingo afferatur, ea mere humana eſt; cum contra in Actis origo Divina tradatur verbis illis:* Nocturnu.. Neapolitani.. Januarium ſibi patronum .. a Domino meruerunt.

ejus fortiter militent , uti cives tanti Tutelaris ſtudioſos decet . Hoc dum ago , vos interim , ſpectatores, valete & plaudite .

§. III. *Ad cives Neap.* παραινετικȣ λόγȣ (adhortationis) *adumbratio*.

Atq. haec olim ſcribenti mihi, adhortandorum civium meorum ad cauſam primaevi patronatûs ſtrenue capeſſendam ex neſcio qua occaſione cupîdo inceſſit. Itaq. in pittacio quaedam tunc adumbravi , quorum haec ſunt capita aliquot. I. Piiſſimos hoſce, de quibus conqueror , homines ita ſe geſſiſſe expoſtulabam, ut videantur ope ſumma id laboraſſe tantum , uti Cives Neapolitanos patronatûs hujus a Deo ipſo capte martyrii nocte indulti praeſidio ſpoliarent. Quid enim? Acta Bononienſia de medio tollunt , in ſpeciem, quaſi *Mendoſa*, re tamen vera quia continent *Inſtrumentum plenariae ſecuritatis* (ut olim vocabant) ejus patronatûs .

II. Deinde niſi haec cauſa improbandi Bononienſia fuerit ; cur etiam Vaticana a Baronio uſurpata , qua parte de patronatu illo coaevo conſentiunt, abjecerunt? cur Actis, quae Neapolitana tabularia, quae Beneventanum , quae Caſinenſe aſſervant, eapte illâ parte fidem derogant? Cur derogant Joannêis, & actis ordientibus, *Ad gloriam?* Cur inquam omnibus totâ Italiâ & Europâ Januarii Actis abrogant fidem , niſi quia in patronatûs antiquitate omnia cum Bononienſibus amice conſpirant? Poſtremo cur poſt rejecta omnia patronatui faventia Acta, unis illis Antuerpiani collegii ſui aſſurgunt (ſane quam vitioſiſſimis , ſi nihil aliud , quia Martyres, proh nefas ! ſpoliant ſepulturâ) niſi quia ab his , ſicuti relinquuntur Martyres inſepulti , ita Neapolitani praeſidio patronatûs tunc divinitus dati nudantur? Imo niſi quia ea ſola Neapolitanis civibus vere venefica Cl. Stiltingus invênit , ut quae ſola illos patronatu primaevo ſpoliant , quem eiſdem Athleta ſanctiſſ. ſtatim a fuſo ſanguine obligaverat , datiſq. in pignus cruoris ampullis firmaverat, firmatq. quotidie , quoties oppoſitu Capitis cruor ille ſpumat, rubeſcit, ebullit , funditur , ac veluti in populi Neap. tutelam ex ampullarum carceribus foras prorumpere ſe geſtire ſignificat.

III. Tamen antequam finio, memet ipſe recipio , ac nego quaecumq. ſive dicta ſive facta a Stiltingo fuerunt , malitioſe malignеq. acta . Age Stiltingiana iſta omnia in molliorem partem , ſicuti Chriſtianos decet , accipiamus, ſuſpicemurq. honeſtiorem aliquem finem nobis obſcurum ab eo fuiſſe ſpectatum . Quid tum vero poſtea? an quia ille ſibi recta propoſuit , noſmet in re noſtra indulgere ſocordiae deceat? an quiſquam erit , qui nihil a nobis per noſmet ipſos nobis providendum cenſeat? Imo tum maxime , ubi talia molliter accipiuntur , tum inquam , quo blandius virus eſt , quam ut perſentiſcatur, hoc acrioribus antidotis opus arbitror. Ergo ab his noſtris bonis hominibus , dum ſauciant, dum graſſantur, dum urunt, mala mens (ſat ſcio) malus animus abfuit: vel ſic tamen per eos, quamvis damnorum ſibimet minime conſcios , pernicies illata fuit : vel ſic propinata venefica pocula , quae niſi vomitu prompto rejicimus , emoriamur . Culpâ illos quidem quam libentiſſime liberamus: ſed quantum in illis fuit , nos jam , niſi viri ſumus, confecerunt.

Haec & horum ſimilia in ea Paraeneſi ad cives Neapolitanos erant. Verum eam totam allocutionem nunc quidem aliquot de cauſis premendam cenſui, daturus alias, ſi paullum laceſſar.

F I N I S.

AD-

Digitized by Google

ADPROBATIONES VTRIVSQVE CENSORIS

Adm̃od. V. J. D. D. Thomas Taglialatela in hac Regia Studiorum Vniverſitate S. Theologiae Profeſſor Primarius revideat & in ſcriptis referat. Datum Neapoli die 20. *Novembris*. 1758.

NICOLAVS DE ROSA EPISC. PVTEOL. CAPPELL. MAJOR.

S. R. M.

DOMINE

R*Epetitas Vindicias Actorum S. Januarii Martyris* ab Alexio Symmacho Mazochio Neapolitanae Eccleſiae Canonico & Regio primario Sacrae Scripturae Interprete elucubratas imperio tuo obſequuturus maxima cum animi voluptate perlegi. Nec aliter affici potui, quum Acta ſincera Bononiae reperta percurrerem, quae hujus noſtri Patroni Martyrium referunt, quaeque nativum veritatis & antiquitatis nitorem, nativamque pulchritudinem oſtentant; nimirum enim brevitatem cum gravitate, & ſimplicitatem paſſionis temporibus conſonam praeſeferunt. Accedit quod quamquam illa caſtis veritatis amatoribus ſincera videantur, & ipſa ſe ſe commendent; tamen eorumdem Actorum veritas & antiquitas demonſtratur duobus Bedae elogiis auro contra & gemmis pretioſioribus, quae ſententias, & verba, & helleniſmos ab Actis illis mutuantur; & quae poſteriores Martyrologi vel ipſiſſima exſcribunt, vel ad eadem digitum intendunt. Quæ cum ita ſint, Bononienſia Acta antiqua & ſincera procul dubio ſunt. Sed donum iſtud divinitus nobis datum quidam licet eruditione praediti viri nobis inviderunt, & quibuſdam undique corraſis argumentis ereptum voluerunt. At eo magis emicuit veritas. Etenim Cl. Actorum Editor Italiae noſtrae ſplendidiſſimum jubar, in penitiore litteratura ſupra omnium fidem verſatus, eorumdem Actorum veritatem eo argumentorum pondere vindicavit, ut hae *Repetitae Vindiciae* conſenſum vel ab invitis extorqueant. Itaque aetatis noſtrae, cui ſinceris his Actis frui licet, & Patriae noſtrae, quae a Deo monita hunc Martyrem ſibi Patronum adoptavit; & Tuae, REX fortunatiſſime, felicitati, cujus ſub Imperio haec gaza reperta eſt, gratulans, hunc Vindiciarum Librum neque Regia jura, neque civilem morum honeſtatem laedentem, edendum cenſeo.

Numini Majeſtatique tuae Devotiſſimus
Thomas Tagliatela.

Viſo Reſcripto ſuae Regalis Majeſtatis ſub die 7. *currentis menſis, & anni, ac relatione Reverendi D. D. Thomae Taglialatela de Commiſſione Reverendi Regii Cappellani Majoris ordine praefatae Regalis Majeſtatis.*

Regalis Camera Sanctae Clarae providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inſerta forma praeſentis ſupplicis libelli, ac approbationis dicti Reverendi Reviſoris; verum in publicatione ſervetur Regia Pragmatica. Hoc ſuum.

CASTAGNOLA. FRAGGIANNI. GAETA. ROMANVS.

Ill. Marchio Danza Praeſ. S. R. C. tempore ſubſcriptionis impeditus.

Reg. fol. 82.

Carulli. *Athanaſius.*

Il-

Illuſtriſſ. & Rev.mus D.nus D. Matthaeus Januar. Teſta Canonic. Neap. a ſanctiorib. Cleri negotiis Secretarius, Theologus Regis Utriuſq. Sicil. Gubernator Regii Ephebii revideat & in ſcriptis referat.

FRANC. CAN. JORDANUS LOCUMTENENS PROVICICAR.

JOSEPH SPARANUS CANONIC. DEPUTATUS.

EMINENTISSIME PRINCEPS.

JUſſu tuo accuratione quanta maxima *Vindicias repetitas Actorum Bononienſium S. Januarii & Soc. Mart.* legi: in quarum lectione ita me narrationibus actorum nullo quidem artificio, ſed pietate religioneque conditis captum ſenſi, ut non amplius mihi meus ipſe viderer. Adeo Acta illa ſe commendant a veriſimilitudine, ſimplicitate & breviloquentia: quae ſunt lineamenta ſinceritatis. Quae quidem Acta ubi neglecta delituiſſent, & a temporum injuria ſitum ſqualoremq. contraxiſſent; iis plane carendum omnino fuiſſet, niſi opportune incidiſſent in manus eruditiſſimi Editoris, cujus doctrina ſe ſatis pluribus a ſe datis operibus comprobavit. Enimvero auctor ſua ſagacitate ita luxata ſuis apte locis reſtituit, manca ita ex vero ſupplevit, ut jam nitore ſuo, & integritate inter probatiſſima quaeque Eccleſiae monumenta locum ſibi jure meritoque tueantur. Et tamen quamquam ipſa actorum ſinceritas ultro in oculos legentium incurrat; reperti ſunt nuper qui nitorem tantum obfuſcare animum induxerint. In quibus refellendis Cl. Auctor has *Vindicias* impendit, rationum pondere, variaque eruditione, &, quod praecipuum eſt, Chriſtiana adverſus obtrectationes moderatione commendandas. Quocirca cum ceteroqui in hoc opere nihil integritati Fidei, morumque honeſtati adverſetur; remp. Chriſtianam demerebis, Princeps Eminentiſſime, ſi, ut publicae uſurae fiant, annueris.

Obſequientiſ. Devotiſſimuſque
Can. Matthaeus Januar. Teſta.

Attenta relatione Domini Canonici Reviſoris imprimatur.

FRANC. CAN. JORDANUS LOCUMTENENS PROVICAR.

JOSEPH SPARANUS CANON. DEPUTATUS.

527240

527240